GEORGI·GVALTHERI

AD.ANTIQVAS.TABVLAS

ANIMADVERSIONES

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT I. ℘ quid in lapide, opinio noua. Populus arbor. Aeſculapius. Hygia. Tutelares regionum. cur Aeſculapius Mamertinorum tutelaris. Mos Romanus patrios deos euocandi. Imp. Pius. Antonini cognomen. Augusti, Pij, Patris patriæ tituli. Veneris templa in Sicilia. Græci à patribus cognominantur. glandes fuſiles. lingua Oſca. Meddix. Mamertinus. Moſelli regio Meſſanæ

B I. Columna hæc ex ijs erit, quæ *Meſſanæ* in Foro ſpectabantur, quod *Diis immortalibus*, ſic Cic. 4. Ver. *Populoq; Romano habuit ornatum.*

℘) I. *Iacobinus* ad Io. Bapt. *Fontei* comm. *de priſca Cæſiorum gente* notã hanc *Cordis* eſſe, præuijs ſuis argumẽtis opinatus eſt. ſic omnes queis vetuſtatis ſtudium cordi fuit. ei opinioni & ego nomen dederam, ex qua Panormi *elegantis genij, & ingenij* I.C. *Alph. Zoppetta* me exemit, exhibens numum *Herculis* coronati *Populo.* vnde ℘ *Populi* ramum agnoui. *Herculi* ea ſacra. Plin. 12. c. 1. *Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruantur; vt Ioui eſculus, Apollini laurus, Mineruæ olea, Veneri myrtus, Herculi populus.* hinc in eiuſdem ſacris vſurpata. is *cum Ioui in Olympia ſacrificaret, victimarum coxas populeis lignis adoleuit.* Pauſ. l. 5. cuius ſolius *lignis Elei in Iouis ſacris vtendum cenſent.* ibid.
C Ad Herculis certe honorem ea ſaxis inſerta planta ipſi cara; vel quod ſub eius vmbra quieuerat. Ouid. 10. Met. *oportuna ſua blanditur populus vmbra.* Negat vero Plin. 16. c. 23. *Populo vmbram, cui ſint ludentia folia.* Sed *Libycæ,* cui folia exigua. *Albam* Hercules adamauit, quæ athletarum, ac heroum coronamentum, ac temporis nuncia. ibid. *Mirum id quod vlmo, tiliæque, & oleæ, & populo albæ, & ſalici euenit, circumaguntur enim folia earum poſt ſolſtitium, nec alio argumento certius intelligitur ſidus confectum.* vel rectius, quia ex Græcia deuexerit, quam *notam ad Acherontem Theſprotiæ flumen reperit.* Pauſ. l. 5. ℘ & amorem deſignat. amantium enim populea corona ob *longitudinem, & rectitudinem.* Auſ. ea *Teucer* apud Virg. redimitus, vt lætitiam præ ſe ferens alios be-
D ne ſperare iuberet.

ΑϹΚΛΗΠΙΗΩ) Ἤπιος mitis *Aſclen* Epidauri Tyrannũ valetudini reſtituens Ἀσκλήπιος nũcupatus. primis ſtatim ætatis ſpacijs Deus habitus, nõ factus Pauſ. in Corint. hinc & à puero ex voto mederi, & defunctos exſuſcitare peritus. ibid. Apollo eum *Chironi Phillyræ & Saturni* F. regi *Pelij, Theſſaliæ & Magneſiæ* tradidit erudiendum πολυπήμονας ἀνθρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους, *multinocuos hominibus ſanare morbos.* Pind. Od. 3. & eo profecit, vt idem ipſum ἥρωα παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νόσων *heroem quo-*

rumuis propulſatorem morborum laudarit, & pleriq; *medicinarum de-* E
monſtratorem. Arn. l. 1. cont. gent. *Æſculapium medicinarum repertorem, poſt pœnas & ſupplicia fulminis, cuſtodem nuncupaſtis, & præſidem ſanitatis, valetudinis, & ſalutis*. at Hyginus partem modo ei diuiſit: *Medicinã*, ait, *Chirurgicam Chiron excogitauit primus, Apollo ocularium, Aſclepius F. Clinicen*. Statuebatur cum pallio, & crepidis, ritu Græco. *Epidauri* eius ſimulacro *nec aqua infunditur, nec oleum*. Pauſaniæ Græciam peragrando cauſam quærenti reſponderũt. id *& ſolium ad puteum factũ*. Feſt. eum tutatur *draco* (hinc in lapide TORQVEM AVREVM EX DRACVMCVLIS datum vidi) *canes adhibentur eius templo, quod is vberibus canis ſit nutritus* (aut quod à cane Phruro cuſtoditus capella lactante. Pauſ.) *bacillum habet nodoſum, quod difficultatem ſignificat artis, laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum ſit remediorum. huic gallinæ immo-* F
lantur, (at *Socrates* moriturus *gallum* vouit) ei *de capra res diuina inprimis fiebat, quia capra nunquam ſine febre eſſe dicitur*. Feſti ipſi dies *Epidauria & Æſculapia*, in lap. ΑΓΩΝ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ Epidauri *tetraeterica*, ſeu *pentaeterica*, nouem dies poſt *Iſthmia*, præſide Æſculapij genere, poſt primis Argiuum, acta in luco ei ſacro finibus ſepto, vbi feminis *mori, & parere* nefas. *Antoninus* demum ædes ſtruxit, vbi id licebat. Pauſ. Templis eum *Siculi* honorarunt *Syracuſis*. Cic. vnde *Verres ſignum Pœanis ſacrũ, & religioſũ ſuſtulit*. Athenæus l. 3. *Dionyſio ſeniori Hermacratis* F. vitio dedit, quod *Syracuſis ante Æſculapium cum eſſet, aurea menſa poſita merum Boni Dæmonis deo præbibit, ac continuo menſam apportari iuſſit*. item *barbam auream demi iuſſit, nec enim conuenire barbatum eſſe filium, cum in omnibus fanis pater inberbis eſſet*. Cic. 3. nat. deor. *& Agrigenti*; ex G
quo Verres P. *Scipionis monumentum ſignum Apollinis pulcerrimum* tulit. Cic. hoc victoribus *Pœnis* ablatum, *Carthagine* expugnata à *Scipione Æmiliano* reſtitutum erat. auguror ex lapide, ædem & *Æſculapio* non longe à *Caltaſimi* fuiſſe. ac citra dubium *Meſſanæ*, vbi ſtatua proſtitit. In numis *Selinontiorum* eiuſdem ara conſpicitur cum *ſerpente*, & *gallo gallinaceo*, ſacrificante, vt placet Hub. Goltzio, *Empedocle* peſtis ibi extinctore, quum ex *Selinonte & Hypſa* amnibus aquas dulces in ſtagnantes ſalſas, luis ſcaturigines abunde immiſiſſet. *Romæ* coli cepit M. *Quinto Max*. F. D. *Iun. Bruto Scæua Coſſ*. immani enim peſte graſſante, ex *Sibyllinis* libris reſponſum, ab *Epidauro Argolidis* vrbe *Æſculapium* accerſendum: quare legatis hinc redeuntibus in *Tiberi* fanum accepit. Liu. l. 10. cum horrendum *Epidaurium colubrum cum ipſo Æſculapij lapide ad-* H
nexerint. Paul. Oroſ. Hiſp. adu. pag. l. 3. c. 22.

ΥΓΕΙΑ) ſeu *Salus Æſculapij ex Lampetia Solis* F. nata. efficta fuit in ſolio cum patera, poſita ara, cui anguis caput attollens implicitus. Signum hoc apud *Sicyonios non facile inſpicias; velatum enim vndecunque eſt, partim comis, quas Deæ mulieres detonderunt, partim verò Babyloniæ veſtis lacinijs*. Pauſ. l. 2. *Ægienſes accipiunt à Salute bellaria patria, & in mare abijciunt. mittere ſe aiunt, quæ Syracuſis eſt, Arethuſæ*, Id. l. 7. feriæ antiquitus illi, *qui nominaſſet Salutem, Semoniam, Segetiam, Tutelinam*. Mac. l. 1. Sat. c. 16. prodidit

ΠΟΛΙ.

A ΠΟΛΙΟΥΧΟΙΣ) *Vrbis tutelaribus*, lapides SALVTARIBVS reddunt. Tert. apol. c. 24. vnicuique *prouinciæ*, *& ciuitati ſuus Deus eſt, vt Syriæ Aſtartes, vt Arabiæ Diſares, vt Norici Belenus, vt Africæ Cæleſtis, vt Mauritaniæ Reguli ſui.* poſt. *Cruſtuminienſium* (MSS. *Caſianenſium* & *Caſinianenſium*) *Beluentinus, Narnienſium Viridianus, Aſculanorum Ancaria, Volſinienſium Nerſia, Oriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia, Faliſcorum in honore eſt pater Curis, vnde accepit cognomen Iuno.* & paſſim viſuntur; Indorum *Iupiter Pluuialis*, & *Ganges* flumen, Maurorum *Iuba*, Venetorum *Diomedes*, Latinorum *Faunus*, Cypri *Venus*, Cretæ *Diana*, Macedoniæ *Gabirus*, Romæ *Mars*, Germaniæ *Tuiſco* & *Mannus*, Siciliæ *Hadranus*. Appian. *& Cæſar octauũ ſupra XX annum agens oppidatim inter deos tutelares conſecratus.* Πολιοῦχε vocabulo *Lacones Mineruæ*
B fanum dicarunt. Pauſ. l. 3. & eam Pind. Olym. od. 5. ὦ πολιάοχε inuocat, innuens *ſapientiæ*, & *fortitudinis* arce ſeruari vrbes. hinc & Πολιάς dicta quaſi *vrbana*. *Æſculapius* nullibi aliàs hoc titulo enotuit, ergo ſingularem *Meſſanenſem Tutelarem* arguerim. tutelæ huius cauſſæ vagæ: An forte à *peſtis* illius, qua *Meſſanam Samnites* compulſi, memoria, & vt inpoſterum *Salutiferis Dijs* præſidibus ab eius furia ſecuri eſſent? de qua Feſt. *Quum de toto Samnio grauis incidiſſet peſtilentia, Sthenius Mettius, eius gentis princeps conuocata ciuium ſuorum concione, expoſuit, ſe vidiſſe in quiete præcipientem Apollinem vt, ſi vellent eo malo liberari, Ver ſacrum, ideſt, quæcunq; vere proximo nata eſſent, immolaturos ſibi. Quo facto leuatis poſt annum XX. deinde eiuſdem generis inceſſit peſtilentia. rurſum itaque conſultus Apollo reſpondit; non eſſe perſolutum ab is votum;*
C *quod homines immolati non eſſent, quos ſi expuliſſent, certe fore, vt ea clade liberarentur. Itaque ij iuſſi patria decedere, cum in parte ea Siciliæ conſediſſent, quæ nunc Tauromenitana dicitur; forte laborantibus bello nouo Meſſanenſibus auxilio venerant vltro: eoſq; ab eo liberarunt. Prouinciales ob meritum eorum, vt gratiam referrent, & in ſuum corpus, communionemq; agrorum inuitarunt eos, & nomen acceperunt vnum, vt dicerentur Mamertini, quod coniectis in ſortem XII. deorum nominibus, Mamers forte exierat.* An forte *Dei ciuis* tutela vt glorioſa, ita certiori regantur? *Meſſenij* enim *Peloponneſi*, vnde *Meſſenij ad Fretum* deſcendunt, æque ac *Epidaurij* ſibi huius natales vindicarunt. hi eum apud ſe in itinere editum litigantes conceptum ex *Coronide, Phlegyæ Orchomeni Bœotiæ* regis filia, & *Apolline* commenti ſunt. quæ poſtquam & *Iſchyi Arcadi Elati* F. ad
D libidinem adſcita foret, à *Diana* fraternæ iniuriæ vindice enecta eſt, partu ex aluo adulteræ rogo impoſitæ a *Mercurio*, vt Pauſ. eruto. *Meſſenij* verò eius matrem citarunt *Arſinoen Leucippi* regis F. *Perieris* N. *Æoli* cognomine *Saturni* proneptem, ſororem vxorum *Caſtoris* & *Pollucis*. Secundum *Epidaurios* Delphis *Apollo* conſultus litem dedit, pro *Meſſenijs Heſiodus* fuit. *Pauſanias* l. 2. in gratiam illorum hoc ſcriptum, vel aliunde *Heſiodeis* carminibus adſutum afferit. ſed huius rei nullum teſtem tulit. contra fatetur *Æſculapij* proli aliquam dominationis partem ceſſiſſe. ait namq; ad *Neſtorem Nelei F. Meſſeniorum peruenit imperium, ex-*

ceptis ijs, quæ Æſculapij filijs parebant. Hinc non perfunctoria argumen- E
ti pars, qua cunis deorum *Meſſeniorum gloria* augetur. ſi namq; apud
eos *Æſculapij nati* præpotuere, quei negaueris patri hanc patriam. In
Cic. 3. nat. deor. tres Æſculapios video. *Æſculapiorum primus Apolli-
nis, quem Arcades colunt, qui ſpecillum inueniſſe, primuſq; vulnus obligaſ-
ſe dicitur: Secundus ſecundi Mercurij frater, is fulmine percuſſus dicitur
humatus eſſe Cynoſuris: tertius Arſippi, & Arſinoæ, qui primus purgatio-
nem alui, dentiſq; euulſionem, vt ferunt, inueniſſe: cuius in Arcadia non
longe a Luſio flumine ſepulcrum, & lucus oſtenditur.* Certe ergo reputo
vnum horum *Meſſenium* eſſe, *Arſinoes*, inquam, filium. euincit id *Cicero
vtriuſq; profanæ Theologiæ, & Romanæ*, & *peregrinæ* ſcrutator. conijcio ve-
ro ſingulorum geſta Poetas in ſolius *Coronidis* filij gloriam præcipue
conuertiſſe, vti *Herculorum* in *Alcmenæ F.* Æſculapius *cum mortuos ab* F
inferis exſuſcitare creditus a Ioue fulmine ictus. Diod. *Palladis* enim dono
cruorem Gorgones poſſidebat. & cruore quidem e *venis dextris* vitam
dedit, vti e *læuis* ademit. Apollod. quos in vitam aſſeruerit non vna au-
thorum mens eſt. Pauſ. l. 4. *Hippolytum Theſei* patris imprecationibus
diſcerptum, eius nutu reuocatum tradit, poſthac regem *Aricinorum* vi-
xiſſe, & *Dianæ nemoris* authorem; vbi ſeruis profugis agonem inſtituit,
cuius victor Deæ ſacer. *Hymenæum*: Steſichorus. alij *Tyndareum*, pars
Glaucum Minois F. Hygin. alij *Capaneum*, & *Lycurgum*, alij *Orionem* ſcri-
pſere. an itaq; ob hanc in *Orionem* beneuolentiæ recordationem *Æſcula-
pius Tutelaris* adoptatus; quod nil ſanctius, nil pulcrius ducerent, quam
eius auſpicijs perennare, cuius artibus *antiquæ vrbis reſtaurator* reuixe-
rat. Mirũ vero, ꝙ in hac columna *Meſſana* deos ſuos publicarit. an neſcia G
cognitos euocare *Romanos* doctos? Macr. l. 3. ſat. c. 9. *Morem Roma-
norum arcanum, & multis ignotum fuiſſe, vt cum obſiderent vrbem hoſtium,
eamq; iam capi poſſe confiderent; certo carmine euocarent Tutelares deos,
quod aut aliter vrbem capi poſſe non crederent, aut etiamſi poſſent nefas exi-
ſtimarent deos habere captiuos. Nam propterea ipſi Romani, & Deum, in
cuius tutela vrbs Roma eſt, tum ipſius vrbis Latinum nomen ignotum eſſe
voluerunt.* Sic refert *opida deuota Stonios, Fregellos, Gabios, Veios, Fide-
nas, item Carthaginem, & Corinthum. & exercitus, opidaq; Gallorum, Hi-
ſpanorum, Afrorum, Maurorum, aliarumq; gentium.*

2 ΑΙΛΙΩ) *Antoniorum* primo Ceionio Commodo, ſeu L. *Aurelio
Vero* id nominis fuit, quod ab *Hadriano aſcitus in Æliorum familiam, hoc
eſt, Hadriani*, & ſummæ rei heres ſcriptus. cuius adoptionis eum pœni- H
tuit ob adoptati valetudinem, cum diceret; *ego mihi diuum adoptaui, non
filium.* Et *ſatis in caducum parietem incubuimus, & qui non ipſam Rempub.
ſed nos ipſos vix ſuſtentare poſsit.* L. Ceionius Commodus *Verus Ælius
Cæſar* de prouincia redux *Cal. Ianuarij Hadriano patri gratias ageret, po-
tione, qua ſe exiſtimaret iuuari Cal. ipſis Ianuarij perijt. ſepultus eſt impe-
ratorio funere, nec quicquam de regia niſi mortem habuit dignitate.* verbis
Æl. Spart. dixi

ΑΔΡΙΑΝΩ) id eſt T. *Aur. Fuluio Boiono Antonino Pio Aur. Ful. V. C.*
filio

A filio. in lapide & ære T. *Æl. Hadrianus Antoninus* dictus, quod *Hadrianus* eum adoptauerit, ſed hac lege, *vt quemadmodũ Antoninus ab Hadriano adoptabatur,* (cũ Spartiano hic loquar) *ita ſibi ille adoptaret M. Antonium fratris vxoris ſuæ filium, & L. Verum Ælij Veri, qui ab Hadriano adoptatus fuerat, filium, qui poſtea Verus Antoninus eſt dictus. Adoptatus factus patri, & in Imperio proconſulari & in tribunitia poteſtate collega.* mortuo patre ad *Baias*, Imperij habenas ſuſcepit, ac *ſolus omnium prope Principem prorſus ſine ciuili ſanguine & hoſtili, quod ad ſeipſum pertinet, vixit, & qui rite comparatur Numæ, cuius felicitatem, pietatemq; & ſecuritatem, ceremoniaſq; ſemper obtinuit. Periit anno LXX. ſed quaſi adoleſcens deſideratus eſt. fuit ſtatura eleuata decorus: ſed cum eſſet longus & ſenex, incuruaretur q; tiliaceis tabulis in pectore poſitis faſciabatur, vt re-*
B *ctus incederet*. nec mirum à *Mamertinis* amatum, & cultum fuiſſe, cum *tanta diligentia ſubiectos ſibi populos rexit, vt omnia & omnes quaſi ſua eſſent, curaret. prouinciæ ſub eo cunctæ floruerint.* Ingentis autem honoris gratia *Meſſana* eum *Æſculapii* columnæ adſcripſit, cum inter *deos dedicari* ſummæ gloriæ monumentum eſſet.

ΑΝΤΩΝΕΙΝΩΙ) *Pius* noſter primus *Impp. Antonini* cognomen à T. *Arrio Antonino auo materno recepit Pii cognomine accidente factũ eſt nomen.* hinc intelligendus Lampridius: *Pius verum nomen Antonini habuit.* In *Marco* vero quaſi teſſera Imperij facta, poſterioribuſq; AA vſq; ad *Maximinũ* familiaris. ita cognoſces appellationẽ hanc *Prænomen, Nomen, & Cognomen* diuerſis vicibus fuiſſe. Catalogũ, qui iſtud nomen habuerint, *Alexander* in Senatu texuit: *Antonini*, inquit, *ipſi Augusti di-*
C *cti, Antoninus idem Pius Marcum, & item Verum iure adoptionis vocauit. Cõmodo autem hereditariũ fuit, ſuſceptũ Diadumeno, affectatũ in Baſſiano, ridiculum in Aurelio. Deſideriũ nominis huius fuiſſe dicunt; vt niſi populus, & miles Antonini nomẽ audirent, Imperatorium non putarent* Cap. in Macr. *Tam amabile illis tẽporibus nomen Antoninorũ; vt qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur imperiũ.* Lamp. *In animo Seuerus habuit, vt cẽs deinceps principes quẽadmodũ Auguſti, ita & Antonini dicerentur* Spart. & Lamp. Ex hac cauſa *Macrinus Diadumenũ* Fil. *Antoninum* dixit. Capit. *nomẽ hoc Senatu iubente ex tabulis & annalibus Heliogabali,* remanẽte *Varii Heliogabali,* abraſum. Lamp. *vltimus Antoninorũ.* Capit. *Alex. Seuerus,* cum *nomina inſignia oneroſa, & magis numen, quã nomen ſint,* id in Senatu recuſauit. *vni adoleſcenti totus Senatus perſuadere non potuit,* etſi inibi
D adclamatum: *nomen Antoninorum tu purifica, quod ille* Heliogabalus *infamauit, tu purifica, redde in integrũ nomẽ Antoninorũ* Lãp. *Septembrẽ etiã* atq; *Octobrẽ Antoninũ, & Fauſtinũ appellãdos decreuit Senatus, ſed id Antonin⁹ reſpuit.* Spart. Gordiani *Antonij*, nõ *Antonini*, vt nonulli putãt, dicti

ΣΕΒΑΣΤΩΙ) quaſi *venerando.* in *Principibus* Græci vocem pro *Auguſto* vſurparunt. *Octauius* menſiſq; *Sextilis*, quod eo ipſe *conſulatum iniiſſet*, tres *triumphos* in vrbem intuliſſet, *Ægyptumq;* Romano nomini addidiſset *Auguſtus* appellatus eſt. L. Flor 4.c.12. actum *in ſenatu, an quia* Octauius *cõdidiſſet Imperium, Romulus vocaretur: ſed ſanctius, & re-*

Digitized by Google

uerentius viſum eſt nomẽ Auguſti. vt ſcilicet iam tum, dũ colit terras ipſo B
nomine & titulo conſecraretur. & ſic inpoſterum ſummæ maieſtatis nota
perpetua eſſe cepit. ac ne quid *Deum* honori deeſſet, appellatione hac ei
in lapidibus celebrati. quam cauſſam dixerim, quare *Hadrianus Ganyme-*
di ſuo ANTINOO AVG. titulum in numis indiderit; vt diuis aſſocia-
tum, vel in ſpem ſũmæ rei educatũ innueret, aut ne nomen, quod *caſa-*
reo vxori deberetur, inuideret. *Tiberius Auguſti* voce parce vſus, nullis
niſi ad reges, ac dynaſtas epiſtolis *addidit*. Suet. c. 26. *Caligula* multos ex-
clamante: *Iuuenis Auguſte*, occidit, ratus iniuriã ſibi inlatam. Dio. ſero
ſub *Conſtantinis Auguſti* vocabulo SEMPER præmitti inſtitutum eſt,
ante enim in lapidibus non extat, niſi feſellit curſoria eorum apud *Gru-*
terum luſtratio. Sic ibi; CONSTANTINO SEMPER AVG. & AVG.
SEMPITERNO CONSTANTINO MAX. SEMPER VICTORI F
SEMPER AVG. interdum & cum *Triumphatore* iungitur. Legi non-
ullos *Græcum*, & *Latinum* hunc honoris indicem catalogo appellationũ
adieciſſe, ni *barbariei, Orientis Imperii* ſignum exiſtimauerim, vt *Leo*
Pius Victor Triumphator maximus ſemper Sebaſtus Auguſtus. Principũ ve
rò feſta Romanis *Auguſtalia*, Neapoli, & Græcis ΣΕΒΑΣΤΑ nuncupata.

ΕΥΣΕΒΕΙ) ante *Antoninum* nulli principum hic titulus familiaris.
Tiberius, cenſuerunt *quidam* vt *Pannonicus*, *alii vt Inuictus*, *nonulli vt*
Pius cognominaretur. Suet. c. 17. *Antoninum* vero reuerentia in numina
Pii nomen inueniſſe, Pauſ. l. 8. ſcribit. alias nominis origines Capit. re-
cenſet. *Pius cognominatus eſt à Senatu*; *vel quod ſocerum feſſa iam ætate,*
præſente Senatu leuauerit (quod quidem non ſatis magnæ pietatis eſt argu-
mentum, cum impius ſit magis, qui iſta non facit, quam pius, qui debitum G
reddat) vel quod eos, quos Hadrianus per malam valetudinem occidi iuſ-
ſerat, ſeruauit: vel quod Hadriano contra omnium ſtudia, poſt mortem infi-
nitos, atq; immenſos honores decreuit; quæ potior ratio doctis arridet,
cum & *ludos Puteolis* eius nomini ſacros *Pialia*, ſeu Εὐσέβεια dixerit:
vel quod cum Hadrianus ſe interimere vellet, ingenti cuſtodia, & diligen-
tia fecit, ne quid poſſet admittere: vel quod vere natura clementiſſimus, &
nihil temporibus ſuis aſperum fecit. Sola *Auguſtarum* in lapide FAVSTI-
NA. PIA. CLARISSIMA dicta. in numo FAVSTINA DIVA PIA SI-
DERIBVS RECEPTA S. C. *Macrinum cum Senatus Pium, ac felicem*
nuncupaſſet: Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. Capit. *Piiſſimus Iu-*
ſtinianus, & ante *Conſtantinus* appellatus. CONSTANTINO MAXI-
MO BEATISSIMO AC SVPRA OMNES RETRO PRINCIPES H
PIISSIMO. ita HELENÆ PIISSIMÆ.

Π. Π) Πατρὶ πατρίδος Lat. P.P. *Patris patriæ reuerentia*, detecta
Catilinæ coniuratione in M. *Tullio* cepit. Plin. 7. c. 30. *Salue primus omni-*
um parens patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguæq; lauream
merite, & facundiæ, Latiarumque literarum parens. Mox *Cæſari* com-
municata. Suet. c. 85. *Plebs ſolidam columnam prope xx pedum lapidis*
Numidici in foro poſuit, ſcripſitq; PARENTI PATRIÆ. quæ à *Dolabel-*
la euerſa. ab *Antonio* verò ſtatuæ eius *in roſtris inſcriptum* PARENTI
OPTI-

A OPTIME MERITO. in numis DICT. QVART. PARENS PATRIAE. poſt mortem tandem hoc nominis decus ipſi oblatum contra diſerta *Liuii* verba *Vrſinus in familiis* diſputat, ſed inbellibus, vt videtur, argumentis. poſt *Auguſtus* habuit, recuſarunt *Tiberius*. Suet. c. 26. & *Nero* propter grandiorem ætatem, *Veſpaſianus* tardo recepit, *Pius* ſemel, ante *Hadrianus bis* diſtulit, quod id *Auguſtus* ſero meruiſſet Spart. *Caligula Pius, & caſtrorum filius, & pater exercituum, et opt. max Cæſar.* Suet. c. 22. *Pertinaci* acclamatū *Patri pio, patri Senatus, patri omnium bonorum. Liuia parens patriæ.* Tac. *Mater patriæ & genetrix.* Dio. l. 57. in numo GENETRIX ORBIS; Fauſtina *mater caſtrorum, Iulia Seueri* vx. in ſaxis *mater caſtrorū & Senatus, Iulia Mammæa, & Zenobia mater exercituū. Victoria* vx. Tetrici, *mater caſtrorum* nuncupata. Demum *Impp.* familia-

B ris titulus euaſit. quo, vt ſcribit *Wolf. Lazius, ad* P P. MAXX. his notis PA. PA. tranſlato, PAPA emerſit.

3. ΝΑΤΡΟΙ aut ΝΑΤΦΟΤ) hæc lectio ſi proba *ſcalptoris*, ſi illa *populi* nomen erit.

ΕΤΒΙΟΤ) *Græci* moris fuit non à *patre* appellari, vt tamen quis noſcatur quandoq; *patris nomen* poſtpoſitū, vt *Eugnis Eubii* F. non verò *Eubius*, quæ conſuetudo adhuc in *Holſatia*, ſi recte memini, vulgo viget, ita vt *nomina* patrum *cognominum* vices ſubeant, vt *Ioannes Petri* ſcilicet F. inter *nobiles* verò inſolens eſt a pagis & gentilitijs nominibus diſtinctos. Idem & in *feminis Romani* in numis vſurparūt; vt IVLIA C. IVL. CAES. IMP. id eſt, *filia*, poſt frequentius *vxoris* nomen expreſſit, vt; AGRIPPINA M. F. GERMANICI CÆSARIS, ideſt, *vx.* Pari modo & nonunquā

C *matres* notatæ: vt VESPASIA. POLLA. VESPASIANI IMP. h. e. *mater*

ἀΦΡΟΔΙΤΑΙ) *Venus* apud *Siculos* plura delubra poſſedit, inter quæ inprimis celebre fuit *Veneris Erycinæ*, de quo Diod. l. 5. alia *templa poſt aliqua gloriæ incrementa aduerſi ſæpe caſus labefactant & conuellunt, at huius fani cultus à primo dedicationis exordio, tantum abeſt, vt defecerit, vt contra magis acceperit incrementum.* aliud *Naxi* fuiſſe, ex *Vaticana appendice Prouerbiorum* ab *And. Schotto* edita diſcimus, in qua concinnatore Cluucrio ita legas: Γέῤῥα Ναξιανά. Γέῤῥα Σικελοὶ λέγουσι τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα. ἦν ἐν Σικελικῇ Νάξῳ τέμενος ἐπιθαλάσσιον Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ μεγάλα ἀνέκειτο. *Gerra Naxiaca. Siculi Gerra vocabant virorum mulierūq; pudenda. erat autem ad Siciliæ Naxum Veneris fanum in litore, in qua permagna pudenda dedicata.* Syracuſis *Veneris Callipi* aedes fuit,

D quæ ſic cœpit; *ruſtici viri formoſæ duæ filiæ in publicam viam egreſſæ ambitioſius inter ſe certabant vtri pulcriores eſſent nates. prætereunti iuueni, cuius pater ſenior erat, inſpiciendas ſe ambæ obtulerant: vtramq; ille conſpicatus natu maioris pulcriores eſſe iudicauit, & eius amore captus eſt. reuerſus in vrbem cum æger decubuiſſet, iuniori fratri expoſuit quod acciderat: rus ille profectus & puellas contuitus alteram amauit. iuuenum pater cum inſtaret, vt ſplendidius ſibi matrimonium quærerent, idq; perſuadere non poſſet; puellas non inuito parente illas conuocat ex agro, & cum filiis collocat. Eas ciues καλλιπύγας nominarunt* diuinis honoribus temploq; his collato. Ath. l. 12.

5. Lapil-

5. Lapillum hunc fictilem *Glandem* ex mole, & icone arbitror. *fi-ctiles* & eas ex Cæſ.l.5.bel.Gal.deprehendi: *feruentes fuſili ex argilla glãdes fundis, & feruefacta iacula in caſas, quæ more Gallico ſtramentis erant tecta, iacere ceperunt.* E

6. ΕΓΙΝΩΝ ΟΡΘΩΝ) Ciceronis formatione, *Heiorum* rector. horum domus *Meſſanæ* cum Romanis *hominibus notiſſima, maximeq; hoſpitalis*, teſte Cic. in eaq; *ſacrarium maxima cum dignitate* Deorũ ſignis refertum eſſet, quod quiuis aduena viſebat, *Rectorem* habuit, cui domus curæ erat, quod hic lapis firmat. hinc *Verres hoſpes* C. Heij, *domi ſuæ nobiliſſimi, legationis Mamertinorum* Romam *ad laudãdum* eum *principis* IV ſigna abſtulit, quæ annotauit Cic. 4. Verr. *Cupidinis* ſcilicet *e marmore: ex altera parte Hercules egregie factus ex ære. is dicebatur eſſe Myronis, vt opinor, & certe ante hoſce Deos erant tabulæ, quæ cuius ſacrarii religionem ſignificare poſſent. erant ænea preterea duo ſigna non maxima, verum eximia vetuſtate, virginali habitu atq; veſtitu, quę manibus ſublatis ſacra quędam, more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant*, Canephoræ *ipſæ vocabantur* F

7.) Hunc lapidem multi *eruditiſſimi linguæ Grecę*, quos *Meſſana* habet, & peregre venientes conſpexere, ſed nullus germanam eius mẽtem hucuſq; explorauit, quare cuius idiomatis ſit, *Gręcis* characteribus ſculptus, diu nos fugit. Recens tandem aliud agendo illa opinio illuxit, num *Oſcæ linguæ* monumentum. quæ adeo exaruit, vt nullum fere pauperis ſit ſpicilegium, & vix ſciatur an fuerit, vnde olim *Latina* creuit, vt ipſa finiret. compari infelicitate antiquiſſimæ *Hetruſca*, & *Meſſapiorũ* linguæ occiderunt, quarum ſuperſtites aliquot *reliquias* ex ſaxis & ære obeundo *Italiam* excepi. *Eugubium* in *Palatio* ſuo *Tuſcæ* linguæ IX. adhuc *æneas tabulas* ſeruat, quas humaniſſime eius vrbis *Priores Populi* mõſtrarunt, ita perſcriptæ, vt vix integro biduo à nobis excerptæ ſint, quarum vnius ſenſa *Baldus* vir doctus publico ſcripto tentauit, quã & *Gruterus* vaſto ſuo *Inſcriptionum* operi inſeruit. *Oſcum* itaque hunc lapidem ſuſpicatus ſum, quod duas eius loquelæ voces hinc eruerim: vna ΜΕΔΔΕΙΞ eſt, qua *Oſci ſummum* ſuum *magiſtratum* nuncuparunt, cuius nominis ſedes in *Ennii* poemate perennat, quod *Oſce* quandam exaratum fuiſſe *Cicero*, & *Liuius* indicarunt. ſic ibi Ennius. G

Africa terribili tremuit horrida terra tumultu.
Summus ibi capitur meddix, occiditur alter.
vel tu Dictator, vel Equorum, Equitumque Magiſter, H
eſto, vel Conſul.

Par Magiſtratus Perſis *Megiſtanes* & *Chiliarchus*, Iberis *Ibes*, Poenis *Suffes*, Mitylenæis *Hipparchus*, Trallianis *Aſiarcha*, Achæis *Diorigius* & *Demiurgus*, Carthaginenſibus *Dionyſiarcha*, Cretenſibus *Coſmus*, Cappadocibus *Satrapes*, Paphlagoniæ *Dynaſtes*, Heduis *Vergobretus*, Taranti *Democrates*, Capuæ *Midiaturicus*, Lõgobardis *Exarchus*. Catanæ *Proagorus*, Meſſanæ *Strategus* vocabatur. Altera eſt ΜΑΜΕΡΤΙΝΟ. Feſt. *Mamers Mamertis facit; id eſt, lingua Oſca Mars Martis, vnde Mamertini in Sicilia dicti*.

A *dicti, qui Meſſanæ habitant.* in numis & ΜΕΣΣΑΝΙΟΙ, & antiquitus *Zan-*
clæi vocati ſunt, à *Zancle*, cui ζάγκλιον Siculis *curuum*, vel ζάγκλον *falx*
nomen dedit, iuxta *Steph. epit.* alij dictam volunt, quod *Saturnus ibi fal-*
cem abſconderit, quo patris pudenda præſecuerat; quod & de *Drepano* fe-
runt. Notandum ex *Cluuerio* perperam Meſſanam a Diod. & D. Hier.
in Chron. Euſ. appellari *Mamertinam. Mamertini* enim ciues incolæq;
ſunt, vti olim vrbis *Faleriorum* in *Hetruria, in via Flaminia* opidani *Fali-*
ſci, agerq; *Faliſcus* dictus. ſed iunctim cum *ciuitate* ſæpius legis. Cic.
Maximæ, & locupletiſſimæ ciuitati Mamertinæ. Ea hodie *Meſſina* vulgo di-
citur; a *meſſibus* per *Romanos* ex portu ablatis, authore Euſtathio. l. 3.

Inque tuo portu Meſſana tibi Roma parabat,
indeque Meſſina nomina meſſis habes.

Eadem à *Chronico*
B *Alexandrino Petri Ep. Alexandriæ*, in Scaligero *Caſauboniano* dicto, (ab
Hier. Surita in *Sicilia*, vnde nomen *Faſti Siculi*, reperto, a *Frid. Sylbur-*
gio XXXVI aureis ſolaribus emto, & *Dau. Haſchelio*, ab hoc *Auguſta-*
næ Reip. oblato, & à *Matth. Radero* publici iuris facto) inter primas *Italiæ*
vrbes refertur. *V. climatis vrbes Italiæ principes Neapolis, Roma, Sicilia*
Meſſana, Thraciæ Ænus, Philoppolis, Hadrianopolis, Traianopolis, Abdera, Pro-
coneſus, Perithus, Thaſſis inſula, Samothracia inſula, Cheroneſus, Cyla, Seſtus
8.) regioni cognomine *Moſelli Meſſanæ, in parte Meridionali*, ab hoc
Moiſe nomen inpoſitum ſimile veri eſt.

CAP. II. Gal. tribus. Præf. fabr. cohors. Trib. milit. Legio. Deiotarus. Ala. Præf. Ve-
hiculorũ. Iuridic⁹. Oppius. Claudij. Ruſi. Põpeij. XXXV puerorũ in freto interitus. Corona

C

9 GAL.) *Galeria* prius *Galeſa*, dicta arbitratu *Panuinij* a *Galeſo Tu-*
ſciæ fluuio. PRAEF. FABR.) ἔπαρχον τῶν τεχνιτῶν. Plut. in Brut. *fabris*
præerat, *machiniſq;* belli, *Mallium* inde illorum monumentis appone-
bant. Veg. l. 2. c. 11. *eorum cura præcipua, ne quid quod exercitui neceſſari-*
um videbatur, nunquam deeſſet. Primi à *Legatis*, interdum duo erant.
Cæſar Att. ep. 8. l. 9. *duo præfecti fabrum Pompeij in poteſtatẽ meã venerũt.*
COH.) cohors, CHORTIS, ſeu χόρτος *in villa dicta, quod circa*
eum locum pecus coerceretur. Var. Græce σπεῖραι, lapis ΠΡΑΙΦΕΚΤΟΣ
ΣΠΕΙΡΑΣ. Enn. *ſpiras legionibus nexunt.* Tac. in Agr. *Numeros* dixit. quæ
vox inferiori æuo crebra, & pro *Cohortibus*, & *Legionibus. Vna e trinis*
manipulis, primitus ex CCCXX. conſtans, quod ſi inſtructior manipulus,
D & ea plenior fuit. In notitia militia *prima numero, & dignitate reliquas*
& militum præcedit. Nam genere & inſtitutione literarum viros ſelectiſſi-
mos quærit. Hæc enim ſuſcipit Aquilam, quod præcipuum ſignum in Roma-
no eſt ſemper exercitu, & totius legionis inſigne. Hæc imagines Imperato-
rum, hoc eſt, diuina & præſentia ſigna (Apul: *imaginum ſuggeſtus*) *vene-*
ratur. Habet pedites. MCV. Equites Loricatos CXXXII. & appellatur Co-
hors Milliaria. Hæc caput eſt legionis; ab hac cum pugnandum eſt, prima
acies cepit ordinari. Secunda cohors habet Pedites DLV. Equites LXVI.
& appellatur cohors quingentaria. Veg. l. 2. c. 6. Aliæ inſtar legionum erant.

vt labente *Imperio Iouia, Herculea, Cornuta, Neruia, Petulantium*. Cæſar. E
l.3. *Cohortes quaſdam, quod inſtar legionum viderentur eſſe, per ſiluã, & in*
vetera caſtra duci iubet. *Pretoria* grandior velut *extra ordinem*, & vt Lipſ.
decumata, non in legionum albo, nec in *Haſtatos, Principes, & Triarios* di-
uiſa, domo & gente nobilis, ex *Etruria ferme, Vmbriaq; delecta, aut vete-*
re Latio, & Colonis antiquitus Romanis. Tac. an. 4. hinc *Ottho* eos alloqués
Italiæ, inquit, *alumni, & Romana vere iuuentus*. Tac. Auctorem eius Scip.
Africanum Feſtus vult. *Prætoria cohors eſt dicta, quod à Prætore non di-*
ſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab
eo in bello non diſcederent, & cetero munere militiæ vacarent, & ſexqui-
plex ſtipendium acciperent. *Liuius* tamen & ante ſub *dictatore Poſthumio*
nominat. Lipſius *Polybij* æuo *ab Scip. Numantino* inductas opinatur. Bel-
lis ciuilibus eæ auctæ. *Auguſtus, & Tiberius* IX. maiores *Impp.* non F
niſi *vnã*, & vix omnes, circa ſe habuere. *Vitelllius cùm XIV prætorijs co-*
hortibus, & omnibus equitum alis obſidere Apenninum iubet. Tac. milite
reliquis ditior. Dio. l. 55. *in cohorte Prætoria Auguſti peditum X millia*
in partes diuiſa, Equites præterea extraordinarios, & Euocatos. In Plut. Pe-
lopida ἱερὸς λόχος *ſacra cohors*, Liu. *cohors regia appellatur*. Temere ergo
Roſinus negat *Cohortis* in *Liuio* mentionem. *Vagi* primo habitarunt. Suet.
in Ti. c. 37. *Stationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Ro-*
mæ caſtra conſtituit, quibus prætoriæ cohortes vagæ ante id tempus, & per
hoſpitia diſperſæ continerẽtur. Diuerſa ab hac *Palatina*, & *Vrbanæ* ab *Au-*
guſto excogitatæ. In marmoribus XXXXII *Vrbanæ* conſpectæ. *Cohortis*
nomen corrupte in *Sicilia* adhuc manſit, vt *la corte del Rè*.

IIII. RAETORVM) in *Cod. Præfecturarum Scoti* cohors hæc in G
Germania apud *Rætos* collecta, *Amalibæ* in *Armenia* morabatur.

TRIB. MILIT) Cæſ. l. 2. *Tribuni cohotiũ. Ipſi Legionis rectores Græci*
χιλιάρχας *millenarios* à ſimilitudine aliqua nominarũt. dicti ꝙ *terni ex*
tribus tribubus Ramniũ, Lucerũ, Tatiũ olim ad exercitũ mittebãtur. Var. *Vel*
quia Tribuũ ſuffragio creabãtur. Pomp. de orig. iur. *quod militibus, ſiue ple-*
bibus iura tribuunt. Iſiod. 9. c. 3. Primi *tres*, mox *quatuor*, demum *ſeni* le-
giones habebant. l. 5. C. de iuriſd. omn. iud. *Vicarij* audiunt, quod vi-
ces *magiſtri militum* gerant. à Ceſs. primo an. V. CCCCXLIIII creati. poſt.
Liu. l. 9. *Duo imperia eo anno dari cepta per populum, vtraq; ad rem milita-*
rẽ pertinentia. vnum vt Tribuni ſedeni in quatuor legiones a populo crea-
rentur, quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorũ,
& Conſulum ferè fuerunt beneficia. Nec hoc manſit. Liu. *Conſules ad po-* H
pulum ex S. C. tulerunt, ne Tribuni militum eo anno ſuffragijs crearentur,
ſed Conſulum, Prætorumq; in ijs faciendis ius, arbitriumq; eſſet. ſed Tribu-
nos militum non permiſſum, vt Conſules facerent, populus creauit. Id. 44.
Tandem *Senatus decreuit, vt in octo legiones parem Tribunorum Conſules,*
& populus crearent. Eorum alij *Rufuli dicuntur, hi in exercitu creari ſo-*
ſolent. alij ſunt Comitiati, qui Romæ in comitijs deſignantur. Aſcon. Erant
& alij. Veg. l. 2. c. 7 *Tribunus maior per epiſtolam Imperatoris iudicio de-*
ſtinatur. Minor prouenit ex labore. Ordinarij qui in prælio primos ordines
ducunt.

A *ducunt. Auguſtales appellantur, qui ab Auguſto Ordinarÿs iuncti ſunt. Fla-
uiales item tanquam ſecũdi Auguſtales à D. Veſpaſiano legionibus ſunt ad-
diti.* creati ex Equite & Pedite Romano, itẽ ex *Senatoribus.* Liu. 42. *Duo
conſulares Tribuni militum cum eo miſſi.* Inibi: *Senatus iuſſit creari nemi-
nem Tribunum eo anno, niſi qui magiſtratum geſſiſſet.* Exinde & aditus in
Senatum quandoq; . Dio in Domit. I. *Caluaſter Tribunus fuerat in ſpem
Senatoriæ dignitatis.* Principia, ſeu Tabernacula horum C. ped. à militũ
caſtris aberant, vbi ius reddebunt. *Faſcibus* deſtituti *anulis aureis* emine-
bant. App. de bell. Pnn. *aureos anulos ferunt inter milites Tribuni, reliquis
inferioribus ferreos geſtantibus.* Stipendium illorum, Plin. 31. c. 7. à *ſale* di-
ctum *Salarium, Claudÿ Trib. Martiæ V. legioni* Pollio in CL. habet verbis
Valeriani: *Salarium de noſtro priuato ærario dabis annuos furmenti modios*
B III. M. *hordei* VI. M. *laridi libras.* II. M. *vini veteris ſext.* III. M. *quin-
gentos olei boni ſextarios* CL. *olei ſecundi ſextarios* DC. *ſalis modios* XX.
ceræ pondo CL. *fœni, paleæ, aceti, oleris, herbarum quantum ſatis, pellium
tentoriarum decurias* XXX. *mulos annuos* VI. *equos annuos* III. *camelos
annuos* X. *mulas annuas* X. *argenti in opere annua pondo* I. *Philippeos noſtri
vultus annuos* CL. *& in ſtrenis* XLII. *& trientes* CLX. *Item in caueos, &
ſcyphos, & zuma pondo* XI. *item in caueos & ſcyphos pondo* XI. *tunicas
ruſſas militares annuas ſagochlamides annuas* II. *fibulas argenteas inaura-
tas* II. *fibilam auream cumacum Cypream vnam. Balteum argenteum inau-
ratum* I. *annulũ bigemmeũ vncialem brachialem vnum vnciarum* VII. *tor-
quem libralẽ* I. *caſſidem inauratam* I. *ſcuta chryſographata* II. *loricam* I.
quam refundat, lanceas Herculeaneas II. *aclydes* II. *falces fœnarias* IV.
C *cocum, quem refundat* I. *mulionem, quem refundat* I. *mulieres ſpecioſas ex
captiuis* II. *Albam ſubſericam* I. *cum purpura ſuccubitana, ſubarmale* I. *cum*
II. *purpura Maura. notarium, quem refundat* I. *ſtructorem, quem refundat*
I. *accubitalium Cypriorum paria* II. *interulas puras* II. *faſcias viriles* II.
togam, quam refundat I. *latumclauum, quem refundat* I. *venatores, qui ob-
ſequantur* II. *carpentarium* I. *curam Prætorii* I. *æquarium* I. *piſcatorem* I.
dulciariũ I. *ligni quotidiani pondo* M. *ſi eſt copia: ſin minus quantum fuerit,
& vti fuerit: coctilium quotidiana batilla* IV. *balneatorem* I. *& ad balneas li-
gna.* Fuere & *Tribuni milit. Conſulari Poteſtate* Remp. adminiſtrantes,
primo *tres patricÿ*, poſt *plebe* ex ſe Conſules contendente, *& patres recu-
ſarent: factum eſt, vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim
ex patribus conſulari poteſtate. hiq; conſtituti ſunt vario numero, interdum*
D *enim XX. fuerunt.* Pomp. l. 2, de orig. iur.

LEG.) Macedonibus *Phalanx*, Gallis *Caterua*, Romanis *Legio* fuit,
Græcis στράτευμα, στρατόπεδον, δέμα, τάξις, τέλος, & interdum τεῖχος.
Tac. *Ordines*: Diac. *Virtutes* dicuntur. Cognomen ipſis à *ducibus, populis,
numeris, ſtationibus, effectibus, Diis*, Ex denis *Cohortibus* conflata, eas *Ro-
mulus* inuentor a *fortiſſimorum hominum delectu* vocauit. Varro, in ſingu-
las *tria* principio *millia* ex triplici tribu ſeligit, ac poſt victos *Antenates*,
& *Cæninenſes*, *Sabinis* in vrbem receptis, duplici populo, duplicauit; ita
vt *Peditum* VI. M. *Equitum* DC. contineret, Plut. & Dio referunt, quam

tamen *auctionem*, præter *Lipſium, viri docti* ægrè credunt. *Regibus eiectis* E
quater millenæ factæ à P. Val. Puplicola. Dio. *Regio à Pyrrho* obſeſſo, *to-*
ta legio millia hominum quatuor in foro ſecuri percuſſa. Liu. poſt quina mil-
lium *Hannibalis* bello. Idem. *alii quatuor legiones nouas ſcriptas tradunt,*
numero quoq; peditum equitumq; legiones auctas millibus peditum, & cen-
tenis equitibus in ſingulas adiectis. Scipio in Africam traiecturus *ſupple-*
uit ita legiones, vt ſingulæ ſena millia, & ducenos pedites, trecenos habe-
rent equites. Liu. Feſt. C. *Marius* primus VI. MCC. hominum ſcripſit,
id eſt, primus *ordinarium numerum* fecit. Saluſt. ex Vegetio colligitur
fuiſſe IↃↃC. *Peditum, Equitum* IↃCCVI. & l. 3. c. 1. *in legione mixtis*
X. M. *peditum, & quatuor equitum.* *Legio autem propriis cohorti-*
bus plena cum grauem armaturam, hoc eſt, principes, haſtatos, triarios, an-
teſignanos, item leuem armaturam, hoc eſt, ferentarios, ſagittarios, fundito- F
res, baliſtarios; cum proprios, & ſibi inſitos equites Legionarios, iiſdem ma-
triculis teneat Veg. l. 2. c. 2. Primo quotannis IV. lectæ, in numero va-
riatũ. Ante *Punica bella*, & ſub *Cæſare* X. erãt, quas ipſe *ſelectas* laudauit,
quod *etiam cœlũ diruere poſſent.* A. Hirt. ſeu Opp. de bell. Hiſp. paulo ante
Cannenſem cladem VI. poſt eam XVIII ſcriptæ, mox III. tandem II.
adiũctæ, ex his XXIII *Scipio* XX *in Africam* deduxit. Summa legionum
ita *per prouincias diuiſa; binæ conſulum vt eſſent; IV. Hiſpania haberet,*
tres Prætores, binas in Sicilia & Sardinia; duas C. Terentius in Etruria,
duas Q. Flauius in Brutiis, & duas Q. Claudius circa Tarentum, & Salen-
tinos, vnam C. Hoſtilius Tribulus Capuæ, duæ Vrbanæ inſcriberentur. Liu.
Macedonico bello VI. Liu. *Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia*
euenit, ſex in eum annum decretæ legiones, & ſociorum quantum ipſis vi- G
deretur, & claſſis quanta parari poſſet. *Cæſar victo Pompeio* bellum in
Africam transferens XVI legiones tenuit. App. *Augustus contra Anto-*
nium XLV. quas nec ante, nec poſt quis habuit, *legiones* eduxit. Ex qui-
bus nonullæ poſt exauctoratæ. Dio enim ait *noſtro æuo* XIX. *modo ex iis*
ſuperſunt. Ita eæ diſpoſitæ, vt ſenſim in *vicos, & opida quaſi degenerarint.*
Bello ciuili inter *Othonem, Vitellium, & Veſpaſianũ* XXXVI *in Rep.* erant.
Ignauia Domitiani cum multas deleuerit, *Traianus, & Hadrianus* iterum
XXX. per *Rom. limites* effecere. Dio. hinc *Fauorini* de *Hadriano* locus.
Non recte ſuadetis familiares, qui nõ patimini illum doctiorem omnibus cre-
dere, qui habet XXX. *legiones.* Spart. multiplici appellatione fuere; *Ve-*
teranæ. Cæſ. l. 3. bell. ciu. *Legiones effecerant ciuium Rom.* IX. V. ex *Ita-*
lia. quas tranſduxerat: vnam ex Sicilia Veteranam, quam factam ex duabus H
Gemellam appellabit, vnam ex Creta, & Macedonia, ex veteranis militi-
bus, qui dimiſſi à ſuperioribus Imperatoribus, in iis prouinciis conſederant.
Auguſtæ, quæ vel numerales, vt I. II. aut *Auguſta Prætoriæ, Peregrinæ,*
Prætextata tironum fuit. de qua Capit. in Max. Alexander *Maximinum tri-*
bunum legionis IV. *quam ex tironibus ipſe compoſuerat dedit, & eum in hæc*
verba prouexit; veteres milites tibi Maximine mi chariſſime atq; amantiſſi-
me, idcirco non credidi, quod veritus ſum, ne vitia eorũ ſub aliis inoleſcen-
tia emendare non poſſis, habes tirones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad

tuum

A *tuium laborem, eos fac militiam addiſcere, vt mihi multos Maximinos Reip. optabiles ſolus efficias.* In lapide. LEGIO FORTENSIS *à fortitudine,* & FRETENSIS dicta, quod *freto* aſſita. Lipſ. legionum duces ſelectiores viri; à Traiano enim *Hadrianus tribunus II. Adiutricis legionis creatus, & in expeditione Dacica Legioni Mineruiæ.* Spart. *Iulianus poſt præturam legioni præfuit in Germania XXII Primigeniæ.* Lamp. Aurelianus *apud Moguntiacum tribunus legionis VI. Gallicanæ.* Vop.

XXII. DEIOTARIANAE) marmor hoc *Ciceroni coæuum* erit, ob legionem *Deiotari.* Nec alibi hanc LEG. vel *ſculptam,* vel *ſcriptã* hoc cognomine XXII reperi. XXII. *Pia, Fidelis* obuia ſæpius apud *Goltz.* XXII. LEG. SICVLA VETERANA. ſimili modo LEG. XVIII. LYBICAE. LEG. XVII. *claſſica.* LEG. XII. antiqua, ſolæ in ANT. AVG. B IIIVIRi numis ſuperſũt. Fuit *Deiotarus Tetrarches Gallo-Græciæ. Galatia* in tres gentes; *Troginos, Toleſtarios, & Teſtoſages,* ac IV. *Tetrachias* diuiſa. vxor *Stratonica,* vt regni heredes eſſent: *formoſam ea ex capturis virginem Electram nomine adornauit, & Deiotaro copulauit, natoſq; ex ea liberos, tanquam ſuos amanter, ac magnificè educauit.* Plut. de Cl. mul. Pompeius *vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum, vereq; beneuolum, vnum fidelem populo Rom. iudicauit.* Cic. 2. Phil. quare illo annitente in Senatu *Minoris Armeniæ Rex* appellatus. App. *Galliæ Orientalis regem* vocat. *Ciceroni* amiciſſimus, ita vt domi ſuæ ſtatuam eius poſuerit. Enixiſſime *Romanos* iuuit in bello *Mithridatico* contra *Cæſarem,* & *Ciceronem* in *Cilicia.* Cic. l. 6. ad Att. ep. 1. mihi *cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis caſtris eſſet cum ſuis copijs omnibus. habet autem cohortes quadrin-* C *genarias noſtra armatura XXX. eq.* CIↃ CIↃ. *erit ad ſuſtendandum, quoad Pompeius veniat.* Debellato *Pompeio* ad *Cæſarem* ſorditatus ſupplex venit, à quo tamen *Tetrarchiæ regno, pecuniaq. multatus.* Cic. de Diu. l. 1. poſt cuius interitum *ſuo Marte res ſuas recuperauit* Cic. 2. Phil. Caſſius in *Deiotarum* ætate iam grauem, vrbem condentem ſic iocatus. *XII hora ædificare incipis?* Galata, *atq; ne tu quidem,* ſubiunxit; *Imperator admodum matutinis contendis in Parthos.* Plut. *plures habens filios cum vellet vni regnum relinquere, ceteros omnes occidit: tanquam vitis palmites ſi præcideret, vt vnus aliquis ſuperſtes validus.* Plut. de Stoic. repug.

PRAEF. ALAE) *Socijs* loco *Tribuni Præfectus* fuit. ſub *Auguſto* dignior is *Tribuno mil.* docet hoc modus loquendi apud Suet. cap. 38. *Non tribunatum modo legionum, ſed & præfecturas alarum dedit.* at contra D ſub Claudio. Suet. cap. 25. *Equeſtreis militias ita ordinauit, vt poſt cohortem alam, poſt alam tribunatum legionis daret. Alæ dictæ exercitus equitũ ordines, quod circum legiones dextra, ſiniſtraq; tanquam alæ in auium corporibus locabantur.* Gel. l. 16. c. 4. hinc *Equites Alarũ, ſeu Alares Legionarijs* oppoſiti. *Alam* Vegetius *Cornu* nuncupauit. X autem *Alæ* in equitatũ. Polyb. *Equites etiam in X alas ſimiliter diuiſerunt, atq; ex ſingulis tres eligunt duces. Qui primus electus præeſt alæ; duo vero decurionum obtinent ordinem. vocant omnes decuriones. Macedonum ala, agema paris fere ordinis M. Equites habebat.* Scitur præter legiones *Socias etiam cohor-*

tes,

Digitized by Google

tes, Alaſq; fuiſſe- Tac. *apud idonea prouinciarum ſocias triremes, & alas* B
auxiliaq; cohortiū, nec multo ſecus in iis virium fuiſſe: ſed perſequi incertum
fuit, cum ex vſu temporis huc illuc mearent, gliſcerent numero, & aliquan-
do minuerentur. In minoribus *prouincijs ſolæ cohortes, & alæ* fueres vt in
Rætia, Iudæa. & talibus. *Ala quadrata à figura denominata, qua Perſi, Si-*
culi, & potiſſimum Græci vſi. Ælian. ASTYRVM) In Noticia *ala*
Aſtorū. Aſta Tudertanorū Hiſp. vrbs item *Liguriæ*, vbi ala hæc forte ele-
cta. Degebat *Buſirri*, non longe à Deſpoli, in *Ægypt.* vmbilico.

PRAEF. VEHICVLORVM) horum vſus adeo promiſcuus factus,
vt & *Heliogabalus* inter ſtultas ſuas leges eorum recordatus, ſed in femi-
nis. Spart. S.C. *fecit de legibus matronalibus, quæ quo veſtitu incederet,*
quæ cui cederet, quæ ad cuius oſculum veniret: quæ pilento, quæ equo ſagma-
rio, quæ aſino veheretur, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ ſella vehere- F
tur. Cap. in Pert. Pertinax Commodi vendidit *vehicula arte fabricæ no-*
ua perplexis, diuerſiſq; rotarum orbibus, & exquiſitis ſedilibus, nunc ad ſo-
lem declinandum, nunc ad ſpiritus oportunitatem per vertiginem, & alia
iter metientia, horaſq; monſtrantia, & cetera vitijs eius conuenientia. Lamp.
Heliogabalus *habuit gemmata vehicula & aurata contemtis argentatis, &*
eboratis, & æratis. Iunxit & quaternas mulieres pulcerrimas, & binas ad
papillam, vel ternas, & amplius, & ſic vectatus eſt. poſt. DC. *dicitur ve-*
hicula duxiſſe, aſſerens X. millibus camelis Perſarum Regem iter facere; &
Neronem quingentis carrucis iter iuiſſe. Sed hæc *Præf. Vehiculorum* non
curat, ſed *Curſum Vehicularium*, ſeu *Publicum*. Hunc *Auguſtum* intro-
duxiſſe, ſunt qui credunt. Suet. c. 49. *quo celerius, ac ſub manum annuntia-*
ri, cognoſciq; poſſet, quid in prouincia quaque gereretur; primo modicis inter- G
uallis per militares vias, dehinc vehicula diſpoſuit. Herodotus vero *Xer-*
xem, Xenophon *Cyrum* eius inuentorem laudat. *Vt celerius*, ait, *ſentiret*
ea, quæ maximis locorum interuallis diſtabant, ſtabula equorum tantum ſepa-
rata feciſſe, quantum itineris die vnus equus facere poſſet. Cæſar quoq; eo
vſus. l. 1. bel. Gal. *niſi eo ipſo tempore quidem nuncij de Cæſaris victoria per*
diſpoſitos equites eſſent allati, exiſtimabant pleriq; vt amitteretur. Quare
opinor *Auguſtum* tantum *innouaſſe*, & melius *diſpoſuiſſe. Nerua* onus id
Italiæ remiſit. numus, in quo duo equi paſcunt: VEHICVLATIONE
ITALIAE REMISSA. a prouincijs vero ſeuere exegit. Hadrianus *ſta-*
tim curſum fiſcalem inſtituit. Spart. ideſt, a priuatis ad fiſcum traduxit,
quod & de *Seuero* ſcripſit. Capit. Ant. Pius *vehicularium curſum ſumma*
diligentia leuauit. Demum eius cura *ad Præf. Prætorium tranſlata.* l. 9. H
de curſ. pub.

IVRIDICVS ÆGYPTI) Strab. l. 17. *Ægyptum* Præfectus ſummo cū
imperio moderatur *ſub eo eſt* δικαιοδότης, ideſt, *Iuridicus; penes quem*
iuris dicundi poteſtas. *Lacedæmones* ἁρμοσυν vocant. *Alexandriæ in Decu-*
rionum vicem Iuridicum Auguſtus dedit. Ruf. *apud Alexandrinos. Cor.*
Gallus Romanus Iudex adminiſtrauit. Seuerus deinde eis *ius buleutarum*,
ideſt, Decuriones, *dedit, qui ſine publico conſilio, ita vt ſub Regibus ante*
viuebant, vno iudice contenti, quem Cæſar dediſſet. Spart. At *in locū con-*
ſularium

A *ſularium* M. Ant. *Iuridicos Italiæ præpoſuit.* Capit. *Datis Iuridicis Italiæ conſuluit ad id exemplum, quo Hadrianus conſulares viros reddere iura præceperat.* Is loco *Præſidis* in prouincia erat. Ex Dionis fragmentis patet vſq; ad *Macrini* potentiam *Italiam Iuridicos* gubernaſſe. Notetur deniq; hic, & in 115. baſi *tenor, accentus,* ſeu, vt *Capella* vocat, *cacumina, & faſtigia,* alij *pediculos.* vnde palam fit *apices* literis imponendi mos. de quo *Lipſius* de pron. c. 19. cum *Mureto negante* colloquitur.

10 HELIAS) muliebre nomen, & aliàs mihi viſum.

14 C. OPPI. RES) *Fragmentum L. Flauij Dextri* recens tandem *Barcinonæ* euulgatum patrem *Centurionis,* cuius *ſeruo morienti* CHRISTVS in ſacris *Euangelijs* medetur, C. *Oppium* indigetat *Hiſp.* Omnis plerunq; *veterũ ſupellex* etiam fictilis dominorũ nominibus notabatur; vt

B aut res certius apud *dominos,* vel ipſi apud *poſteros* diurnẽt. Petron. de vaſis eſcularijs *Tegebant aſellum duæ lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionis inſcriptum erat, & argenti pondus*

18 CLAVDIAE) *Claudij & Patricij minorum gentium.* horum quatuor ſtirpes, *Regillenſes* (quorum & aliqui *Craſſini*) *Pulcri, Centhones, Nerones,* etiam *Claudices;* quod nomen *a nauium caudicibus* peperit *Ap. Claudius Cæci* frater, ꝙ primus Romana claſſe transfretarit. & *Plebei Marcelli.* Lucij prænomen ob duorum infamiam ſubterfugere. Claudia Veſtalis virgo *cum patrem ſuum triumphantem e curru violentia tribuni pl. manu detrahi animaduertiſſet, mira celeritate vtriſq; ſe interponendo ampliſſimã poteſtatẽ inimicitijs accenſam depulit. Igitur alterũ triumphũ pater in* Capitoliũ, *alterũ filia in ędẽ Veſtæ duxit. Nec diſcerni potuit, vtri plus*

C *laudis tribueretur, an cui Victoria, an cui Pietas comes aderat.* Val. 4. c. 8.

19 D. ANNIVS RVFVS) D. *Decimus. Annius Rufus Proc. Iudææ* moriente Auguſto. Ioſep. *Annij plebei* fuere. T. *Annius Milo* ob æs alienũ *Marſiliæ* exulauit, vbi lecta pro ſe *Ciceronis* oratione dixit: *ſi ſic ante dixiſſes nõ eſitaret Marſiliæ piſces barbatos Milo.* quẽ *H.S. ſeptingenties,* ideſt, decies *centena &* DCCC *millia æris alieni debuiſſe,* ait Plin. 36. c. 15. *inter prodigia animi humani duco.* In ludos *ſcenicos* aliaq; *tria effudit patrimonia,* Cic. vxor *Fauſta Sullæ* F. ante Q. *Pompeio,* poſt C. *Memmio* nupta

20 O. D. S. M.) explico *optime de ſe merito.*

21 C E ΞΤΟϹ ΠΟΜΠΗΙΟϹ) *Pompei plebei,* in quibus *Magni, Rufi, & Foſtli. Sext. Pompei* filij, *Cn. & Sextus.* Cnei filius *Cn. Pompeius Magnus* pridie natali acie *Pharſalica* victus ad *Ptolomæũ* fugiens in cõſpectu eius,

D & iunioris filij ſecuri percuſſus, vitæ LIX. *Sextus Magni F. adoleſcens ſtudiis rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri diſſimilimus, libertorũ ſuorũ libertus, ſeruorumq; ſeruus, ſpecioſis inuidens, vt pareret humillimis.* Paterc. l. 2. *Eo ſtultitiæ proceſſit inflãmatus rerũ marinarũ felicitate, vt Neptuni filiũ ſe diceret, & Cyanea veſte obduceretur.* Porph. in Hor. *Siciliam* cepit A. Pompeio *Bithynico* Præt. trucidato, ibiq; *proſcriptis* aſylum præbuit, & Põpeiæ ſorori, *Fauſto Sullæ* marito in *Africa* cæſo, hoſpitium. Victus apud *Mylas,* in *Aſia a Titio Antonij* iuſſu interemtus. Eius effigies in numis *Alexandro*

dro

Digitized by Google

dro ſimilis MAG. PIVS IMP. ITER. ex aduerſo PRÆF. CLAS. ET ORÆ MRIT EX SC. vt Vrſinus opinatur, cuſi *Meſſanæ*, vel Panormi, *quod in his tantum locis reperti.* vxor *Scribonia*, & ex ea *Pompeia F. Sex. Pompeius Chlorus ciuis Rom. Siculorum omnium primus, & nobiliſsimus.* Cic. 4. Verr. Ex his, vel horum filijs num hic SEXTVS ſit, videant horũ curioſi. C. Põpeius *Bithynicus Mamertinus Ciceronis hoſpes.* 6. Verr. *Trogus Pompeius* XLIV libris *Græcas, & Vrbis* hiſtorias Latine compoſuit, qui vt *Iuſtinus* eius epitomator, *Herculea audacia orbem terrarum aggreſſus videri debeat.*

22.) Pauſ. l. 5. *Meſſenios littoralis oræ accolas, cũ ex veteri conſuetudine cœtũ puerorũ numero XXXV Rhegium quotannis amendarent, & cũ eis magiſtrum ac tibicinem ad patrium quoddam Rheginorum ſolenne, inſignis cepit calamitas, adeo vt nemo ex ijs qui miſſi fuerant, domum reuerteretur, ſed nauis vna cum pueris, qui in ea vehebantur, funditus eſt demerſa.* propter hanc *internecionem Meſſenij tunc fuere in mœrore, & tum alia in eorum honorẽ excogitarunt, tum ſtatuas æneas in Olympia poſuerunt. cum his magiſtrũ item cætus, & tibicinẽ. indicauit prætereà vetus inſcriptio, donaria eſſe Meſſeniorum in littorali ora degentium. aliquando autẽ poſt Hippias, qui Sapiẽs à Græcis eſt dictus, elegiaca carmina de eis compoſuit.* Monitu Rocchi Pagani, conſtanter adſtipulor hoſce pueros in patrio freto infelices *Neptuni* victimas, hoc venuſtum carmen loqui. nam ſignificantiſſimis verbis id planum & euelatum fit. plureis enim plangit *vna patria* & *ſorte* intreuntes. quod eos *ſemideos* laudat, ibi etiam argumentum cubat. veriſimile namq; fit, *Meſſanam* claritudinis ſuæ ſtudioſam ad *circumſacia Vrbis agones* lectioris iuuentutis progeniem miſiſſe, vt rebus bene geſtis patriæ honos, neu inbelliſibus actis pudor quæreretur, quare aliquæ vrbes vt exſplendeſcerent, & ſuo cœlo plures *ſtellæ* fulgerent, fortium in *ludis* facinora ſuis vrbibus adſcribenda & donis nundinate ſunt. Sic *Dicon Caulonita* largitionibus allectus *Syracuſanus* in ludis declaratur. Pauſ. l. 8. *Aſtylus* Crotaniata *in gratiam Hieronis Dinomenis F. Syracuſanum ſe pronunciari paſſus*, ob quod *domum eius Crotoniatæ in carcerem redegerunt* ſtatua euerſa. ibid. *Hiero* vt *Catana* a ſe reſtaurata, *Ætna* cognomita celebraretur, victor *Ætneus* præconis ore nuncupatus eſt. Pind. Pyth. I. & mox eodem cognomine huius *auriga Chromius*. Pind. Nem. I. Idem & *Syracuſani Dionyſij* ad *Iouẽ Olympium* cum ſacrificijs *Legati*, muneribus ab *Antipatro* efflagitarunt, vt filium *Syracuſanum* publicari annueret, ſed repulſam tulere. Pauſ. l. 6. Haut vero ambigo his nænijs *Hippium Sapientem* publicæ calamitati parentatum eſſe. impenſe certe doleo hoc marmor tam *ſuſpiciendum vetuſtatis opus* diſparem ſortem nactum eſſe. ſuprema enim pars ſenis verſibus perſcripta recens perijt, feſtinata ab ingrata manu, ita ſuſpicor, interitu. altera *apud me* ſuperſtes eſt, primi editi folij *poſthuma*, inuenta in *D. Io. Baptiſta militum Hoſpitaleriorum.*

25 ΣΤΕΦΑΝΟΝ) *Corona omnis rei charæ ornatus*, propriuſq; *capitis honos*. Philoſt. in Polemone: ei ciues *domi coronas in caput contuliſſe κατιδόντας τὶ ἐν αὐτῷ μέγα proſpicientes aliquid in ipſo magnum.* In ijs quaſi

aſylum

A *aſylum*; inuiolabiles enim Coronati. *Antiquitus quidē nulla niſi Deo dabatur: ob id Homerus cælo tantum eas, & prælio vniuerſo tribuit, viritim vero ne in certamine quidē vlli. feruntq; primum omniū Liberum Patrē impoſuiſſe capiti ſuo ex edera. poſtea deorum honori ſacrificātes ſumpſiſſe, victimis ſimul coronatis, nouiſſime & in ſacris certaminibus vſurpatæ.* Plin. 16. c.4. Nec tamen illico hæ datæ, ſed prius *ramus e palma, victoriæ* ſymbolū & *coronæ* arrha, quę Clem. Alexandrino *δόσις* eſt, quas *ἐπεγερσις admonitio* ſecuta, mox *κρότος plauſus*, quandoq; & *coniectus foliorum*, demum *corona*. Interdum & mortuis eæ collatæ, vt *Arrachioni* ab *Eleis*, qui *coronarunt, & viciſſe proclamarūt Arrachionis cadauer*, & apud *Argiuos Creugæ Epidamnio pugili*, contra fas latæ inter ſe legis, in Nemeo agone à *Damoxeno Syracuſano* perempto. Pauſ. l. 8. *Floridæ* lęticiæ ſigna; quare *Athe-*
B *nis in Panathenæis* cuncti pariter, itē ſponſus ac ſponſa *myrto* coronātur. In luctu *Cupreſſeæ* ſumtæ, *quod huius arboris ramus exciſus non renaſcatur*. Militares hæ erant; *Obſidionalis, quæ ab vniuerſo exercitu ſeruato decreta*. Plin. 22. c.4. *nulla fuit graminea nobilior in maieſtate populi terrarum principis, præmiiſq; gloriæ.* Ibid. c. 3. *primus ea donatus L. Siccius Dentatus, vltimus a Senatu Auguſtus Cos. cum M. Cicerone.* F. Et. c.6. ea Fabio Cunctatori *ſola ipſis Imperij manibus impoſita eſt, & quod peculiare ei eſt, ſola à tota Italia data.* Ibid. c. 5. *Graminea fuit, nam ſummum apud antiquos victoriæ ſignum erat, herbā porrigere victos.* l. 22. c.4. *ſumtum id ex vita paſtoritia, nam qui in prato curſu, aut viribus contendebant, cum ſuperati erant, ex eo ſolo in quo certamen erat, decerptam herbam aduerſario tradebāt.* Liu. de P. Decio Trib. mil. *Legiones gramineam coronam obſidionalem clamore*
C *donum approbantes Decio imponunt. Ciuica eius, qui ciuem ſeruauerat, eodem tempore etiam hoſtē occiderat, neq; locum in ea pugna reliquerat.* Gel. l.5. c.6. Polyb. *& Socios includit, ſed priſcos, Latini nominis, ciuibus æquandos.* Plin. 16. c.4. *Auxilia quāquam rege ſeruato decus id non dant.* Nec creſcit honos idem *Imperatore conſeruato, quoniam conditores in quocunq; ciue ſummum eſſe voluerunt. Accepta licet vti perpetuo; ludos ineunti ſemper aſſurgi, etiam ab Senatu in more eſt. ſedendi ius in proximo Senatui. Vocatio munerum ipſi, patriq; & auo paterno. Iligna* fuit, poſt ex *eſculo*. Seruatus *ſeruatori* inponebat, eumq; Polybio teſte, *in vita velut patrē colebat, eiq; neceſſaria miniſtrabat, quod ni ſponte faceret, a tribunis compellabatur.* Cic. pro Plan. *Gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos fateantur, non quod turpe ſit protectum in acie hoſtium*
D *manibus eripi, nam id accidere niſi forti viro, & pugnanti cominus non poteſt, ſed onus beneficij reformidant, quod magnum eſt alieno debere, idem quod parēti.* Cuius dādi ius nec ſibi *Coſſ.* vindicarūt. Tac. 3. an. *Ruf. Heluius gregarius miles ſeruati ciuis decus retulit, donatuſq; eſt ab Apronio torquibus, & haſta. Cæſar addidit ciuicam, quod non eam quoq; Apronius iure Proconſulis tribuiſſet, queſtus magis, quam offenſus.* Imperatori etiam oblata. Plin. 16. c.4. *Ciuicæ coronæ militum virtutis inſigne clariſſimum: iampridem vero & clementiæ Imperatorum, poſtquā ciuilium bellorū odio meritum cepit videri ciuē non occidiſſe.* In numis *Auguſtus* cum *corona quer-*

Digitized by Google

A *rona aſſimilatur. Si mari viciſſet, equeſtre aliquid inſculpebatur. Exploratoriaſ* Caligula excogitauit. Suet. c. 45. *Comites autem, & participes victoriæ nouo genere, & nomine coronarū donauit, quas diſtinctas Solis, ac Lunæ, ſiderumq; ſpecie, Exploratorias appellauit.* Aurelianus cum proficiſceretur *ad bellum Orientale bilibres coronas populo promiſiſſe, ſi victor rediret, & quum aureas populus ſperaret, neq; Aurelianus, aut poſſet, aut vellet, coronas eum feciſſe de panibus, qui nunc ſiligines vocantur, & ſingulis quibuſdam donaſſe.* Vopiſcus. Syracuſanus commemorat.

CAP. III. Ceres. Preces. Thermæ. Pij fratres Catanenſes. Agenothetæ. Agones. Tribus. Hadrianus Baſilij Aug. Præf. Proſerpina. vetera fingendi ſtudium

B 31. ΔΗΜΗΤΗΡΗ) Cereri. & eius ludi *Eleuſ*in *vico Atticæ* celebrati Δημήτρια, aliàs Ἀνακαλυπτήρια, & *Eleuſinia* dicti, quorū victor *bordeo* coronabatur. *Dores* γ in δ conuertunt, hinc ipſa Δημήτηρ pro Γημήτηρ *Terræ mater*. Cic. 2. nat. deor. & *Neptunus* ἐννοσίγαιος apud Pind. ἐννοσίδας legitur. aliqui vocis originem a δίζειν *querere, filiā* ſcilicet, petunt, adeo enim inquiſiuit, vt *tædis* in *Ætnæ vertice* inflammatis Orbem terræ *pedes* noctu interdiu circūiuerit, quare *Furioſa* & *Tædifera* audijt. & quia primū in agro *Meneno* cum facibus apparuit, ipſi in ſuis *numis*, & in eius *ſacris* faces vſurparunt. In numis D. IVNI. D. F. PERA & M. VOLTEI. M. F. *Ceres* binas faces gerens in bigaa tot *anguibus* vehitur. Luctus impatiens *atrata* antrum ſubijt, quare cum fructus exaruiſſent, & ingens hominum turba fame occubuiſſet, eius latebris forte cognitis, *Pan* ad Ioue hoc detulit, qui mox miſſis *Parcis* eam euocauit. Pauſ. l. 8. filia reperta *Triptolemo frugum ſemen* dedit, quas ante muliebri iracundia exuſſerat. Plin. ante *Proſerpinā* autem *frumentū* inter herbas *incognitum* creſcebat. Diod. eius vſum ipſam (*almam frugum parentem originalem* Apul.) docuiſſe ſcribunt, *Leontinoſq;* principes terram colere didiciſſe. quod ideo fabulantur, quia *fœcundo* admodum *agro* olim ita inclaruerant, quaſi *triticum* ſuopte ingenio natum, centeſimo grano luxuriet, *pecoraq;* arcenda ex paſcuis, ne aruina ſuffocētur. hinc in lapidibus MATRIS AGRORVM. FRVCTIFERÆ. TVTELARIS MENSIS AVG. tituli. *Legifera* appellata eſt, quod *ante frumentū* repertū, homines *ſine lege* vagerentur, & *Theſmophora, legūlatrix*, ac feſta *Theſmophoria*, quia in eius fano *leges* inciſæ. In his ſacris matronæ deuotę caſtitatis folijs ſibi cubitum ſternebant. Plin. *Mammoſa*, quod protenſis mammis. *Eleuſinia*, à ſacris illis, quæ innocuus tantum ingredi poterat, quibus *Initijs Atheninſes* nonniſi preclaros, & de ſe bene meritos participes fecerunt, vt *Herculem*, & poſt adulationis cauſa *Auguſtū, Pomponium Atticum, M. Antonium, Hadrianum, M. Antonius eius templi ſacrarium ſolus ingreſſus, vt ſe innocentem probaret.* Capit. *Attica*, Iuſtinus: *Myſteria eius nulla re magis quā ſilentio conſtare.* Item *Sicula* a patria. Ipſa enim cum *Libera*, ſeu *Proſerpina* F. ibi nata, vt apud *Cic. IV. Ver.* leges, eiuſq; *ſacra* inde cepiſſe credita ſunt. Val. Max. l. 1. *Cum Grachano interitu pollutum eſſet pulcerrimum in Vrbe*

templum, Ætnam, quod ſacra eius inde etiam orta credebant, X. viros ad eã placandam miſerunt. De ea Lact. l. 2. diu. inſtit. *Cererem Catinenſem, vel Ennẽſem; quarũ alterius tanta fuit religio, vt adire tẽpli eius ſecreta penetralia viris nefas eſſet, alterius antiquitas tanta, vt omnes hiſtoriæ loquantur.* Et Cic. in *Ver. Ennææ Cereris ſimulacrum tale fuit, vt homines cum viderent, aut ipſam videre ſe Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam eſſe, ſed cœlo delapſam arbitrarentur.* E

IEP.) *vox mutila num* IEPON *ſacrum,* vel IEPΩN ſonuerit anceps eſt; ita vt *Hiero* Rex *Cereris fani,* in quam admodum *Pius* a Pind. Olym. od. 6. prædicatur, cõditor ſignificetur. cuius tẽpli Cic. 4. Ver. recordatur. *Sacrariũ,* ait, *Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe terrarum, in eo ſacrario intimo fuit ſignũ Cereris perantiquum: quod viri non modo cuiuſmodi eſſet, ſed ne eſſe quidẽ ſciebant. aditus enim in id ſacrarium non eſt viris, ſacra per mulieres, ac virgines confici ſolent.* Th. *Fazello* de reb. Sicul. d. 1. l. 3. c. 1. extra *portam Regiam* fuit, prope *S. Spiritum.* aſſentior annuente loco, & hoc lapide ibi eruto, templi epigraphe F

34. PROCONSVL) vetus ab ipſis *Prouinciarum* incunabilis regimẽ extitit, vt *Conſules Prætoreſque* in *Prouincias*, quas *Deſignati* ſortiti, finito annuo eo *magiſtratu* cũ *Imperio* ſuccederent. ſuccreſcente vero *Romani* orbis potentia, bellis intumeſcẽtibus, nec *Coſſ.* ad eas regendas amplius ſufficientibus, noui electi, qui *Pro conſulibus*, id eſt, *vice Conſulum exercitus ducere, prouincias regere* dicti. Id *bello Veientino* V. CCLXXIX primum cõtigiſſe ex *Liuio* colligitur, quum primum *Procoſſ.* eo anno ibi citetur. Ego potius cũ *Pighio eruditiſſimo rerũ Romanarũ* crediderim, cũ nil *Liuius* de eorũ ortu addat, diu ante in *Rep.* floruiſſe. *Priuatis* extra ordinem ſi *Prouincia* cum exercitu, & imperio mandata, etiã *Ornamenta*, ſi *pro Conſule Conſulis*; ſi *pro Prætore, Prætoris* conceſſa. quare illis XII his, cum dimidiæ poteſtatis, VI *faſces* præferebantur, quare *Appianus* eos ἑξαπελέκεις, h. e. *ſex ſecurium* vocat. Cic. de *Verre* Præt. *Sex lictores circumſiſtunt valentiſsimi, & ad pulſandos, verberandoſq; homines exercitatiſſimi.* Sine *Magiſtratu* tamẽ & *Auſpiciis* erãt. Et hinc *Liuius* reddit cauſſam cur *Priuati* nõ triumpharint, vt P. *Scipio Africanus* bello *Punico* II. Priuatorum primus L. *Lentulus* ouauit. Liu. l. 41. Cn. *Pompeius* ſine *Magiſtratu* triumphum egit; ſed cum leges ſub armis fere obmutuerant. Compluries, quod nota, *Coſſ. Proconſule, Prætor, Proprætore* apud veteres confunduntur. Sic *Verres* ex *Prætore Vrbano pro Prætore* Siciliam nactus, à Cic. *Prætor Siciliæ*, P. *Scip. Africanus* priuatus *Hiſpaniæ Proconſul* ab Aur. Victore *Hiſp. Prætor*, P. *Rupilius Siciliæ* Prætor, C. *Cæſar* à Suetonio *Galliæ Prætor* cognominatur; cum ambo *Conſulares* cum imperio *Pro-conſulibus* Prouincias habuerint. In *faſtis Capitol.* PRO. COS. cum interpuncto ſcribitur, vt forſan notetur non *compoſitum*, ſed ſuo ſueto caſu gaudens nomen. Cic. pro Man. *Mitti Pompeium ad bellum Mithridaticum nõ pro-conſule, ſed pro-cõſulibus.* Legitur tamen & *cõpoſitum* cum ſuo *deriuato Proconſulatus*. *Manutius* dici *Proconſul* contendit.

A tendit. Sed hæc Grammatici in foro ſuo dijudicent. *Auguſtus* primus *Proconſulare imperium intra, & extra pomœrium* ſic *in perpetuum* ſumſit, vt neq; ingreſſus pomœrium illud deponeret. *Cognomen* non vſq. adeo acceptum fuiſſe,ex *Numis* diſcimus,vbi nuſquam hunc titulum *Impp.* appoſuerunt,quare non iniuria *Iſaacus Caſaubonus* ad Spartianũ admiratus,quidnam cauſæ extiterit,quum hic *titulus omnibus æque Impp.competierit ,nõ omnes æque vſos,alios præclarũ duxiſſe, alios eum inſuper habuiſſe,quaſi faſtidientes & maieſtate ſua minorem*, Auguſtæ Hiſtoriæ conditores raro eius mentionem reliquiſſe, in *veteribus ſaxis ſex* tantum nominari: *Seuerum,Caracallam,Macrinum,Heliogabalum,Alexandrum & Aurelianum*.Addo ego;*C.Iul.Verum Maximinum,* ſeu *M.Aur.Verũ Maximinum,Ant.Gordianum,M.Iul.Philippum,M.Aur.Claudium,M.Cl.Ta-*
B *citũ,M.Aur.Carũ,M.Aur.Carinũ,M.Aur.Val.Diocletianum,C.Val.Aur.Conſtantinũ,*Fl.Cl. *Iulianũ*, cunctos in *lapidibus* hoc nomine celebratos.

35. THERMAS) *Thermæ Catanæ* eo loci extitere,vbi *Templum* Vrbis *maius* inædificatum, VI columnæ reliquæ indicant, vnde earũ *vetus magnitudo* ſcintillat.in his enim priſci exquiſite elegantes fuere.Sen.ep.87 *Pauper ſibi videtur & ſordidus,niſi parietes magnis,ac pretioſis orbibus refulſerint,niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint; niſi illis vndiq; operoſa, & in picturæ modũ variata circumlitio prætexatur: niſi vitro condatur camera:niſi Parius ac Thaſius lapis,quondã rarum in aliquo ſpectaculum templo,piſcinas noſtras circumdederit,in quas multa ſudatione corpora exinanita dimittimus,niſi aquam argentea epitomia fuderint.Et adhuc plebeias fiſtulas loquor:quid cum ad balnea libertinorũ peruenero?quã-*
C *tum ſtatuarum, quantum columnarũ eſt nihil ſuſtinentium, ſed in ornamentũ poſitarum impenſæ cauſa?quantũ aquarũ per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum venimus,vt niſi gẽmas calcare nolimus.* Et hoc luxus genus Lamp.in Heliog.notat;*balneas feciſſe multis locis,ac ſemel lauiſſe,atq; ſtatim deſtruxiſſe,ne ex vſu balneas haberet.* *Poppea* vx.*Neronis lacte* aſinarũ lauabatur.Ait Artemidorus *balneas* nil aliud ſuo æuo fuiſſe,*quã tranſitũ ad cœnam*. Quare ne mireris *Victore* DCCC Romæ numeraſſe.& à M. Agrippa *in Ædilitatis cõmemoratione & ludos vnde ſexaginta diebus factos,& gratuita præbita balinea* CLXX,*quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerũ*. Plin.36.c.15. Pluries die lauarunt;*Rhemnius Gram.*ſepties,toties & *Gordianus Iunior* in æſtate,in hieme bis,*Cõmodus* octies, *Dardanẽſes Illyrici*, Æliã polyhiſt.l.4.c.1,*ter in vita ſe abluebant;poſt partũ,cum*
D *nuptias ineunt, cũ mortẽ oppetunt.*Initio mares & feminæ mixtim eas ingrediebantur,quem *morem* in Romanis *Græcum* Plut.reprehendit.*Publicas* primus Romæ *Agrippa* exhibuit.Diod.l.49.Motus cauſa tardo patebant.Lamp.in Alex.*Addidit & oleũ luminibus thermarum : cũ antea non ante auroram paterent,& ante ſolis occaſum clauderentur*. Primo *tenebroſæ* erant.Sen.ep.87.*balneolũ anguſtũ,tenebricoſum ex conſuetudine antiqua. Nõ videbatur maioribus calidũ,niſi obſcurũ.*Poſt & *Specularia* addita. *Tintinabulo* mos in balneas vocari , quale vnum *Vrſinus* literatum FIRMI BALNEATORIS habuit.

37. ETSE.

Google

37. ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΚΑΗΤΟΝ ΑCΤΗ) *Piorum incluta vrbs*. Cognomina- E
ta Catana Pia à *Piis fratribus*. Solin.c.11. *inter Catanã & Syracuſas certa-
men eſt de illuſtriũ fratrũ memoria, quorum nomina diuerſæ partes adoptant.
Si Catanenſes audiamus Anapius* (Straboni *Anapia*) *fuit & Amphino-
mus; ſi quod malunt, Syracuſæ Emantium putabimus, & Critonem. Catanen-
ſis tamen regio cauſam dedit facto, in qua ſe cum incendia protuliſſent, iuue-
nes duo ſublatos parentes vexerunt inter flãmas illæſi ignibus. Horũ memo-
riã ita poſteritas munerata eſt, vt ſepulcri locus nominaretur* Campus Pio-
rum. tunc igneum torrentem in duas partes diſceſſiſſe. Cor. Seuerus.
*Erubuere pios iuuenes attingere flãmæ, Et quocunq; ferunt illi veſtigia ce-
dũt. Lycurgus* in oratione contra *Leucratem Athenis*, cis eius *Regis* æuũ
habita, *vnum* tantum nominat, & à *patre filioq;* τῶν εὐσεβῶν χῶρον, *Cãpum
Piorum* dicit. Nec miror ſic cenſuiſſe, quem nomen loci fugerit, quiq; F
rẽ fabuloſam putarit. *Cãpum* cũ *Phil. Cluuerio* credo fuiſſe ab eo vrbis la-
tere, quo in *Leontinos* itur. in *Orientẽ* enim, & *Septẽtrionẽ* vergẽtia accli-
uia ſunt. horũ geſta numi *Catanenſiũ* habẽt, vbi hic *patrẽ*, ille *matrẽ* effert.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΗ) Gloſſa *Munerarium* vertit. Ludis *præerant*, & his varijs
varia veſte. Suet. de *Domit*. c. 4. *Certamini præſedit crepidatus, purpureaq;
amictus toga Græcanica, capite geſtãs coronã aureã cũ effigie Iouis, ac Iuno-
nis, Mineruæq; aſſidentibus Diali ſacerdote, & collegio Flauialium, pari habi-
tu: niſi quod illorum coronis inerat & ipſius imago*. Spart. *Hadrianus*
Athenis *& pro Agonotheta reſedit. Neapoli* in lapide viſus *Veſpaſianus
Agonotheta & Gymnaſiarcha ter certamine Neapolitano. Herodes* ann. IX
ante C.N. *perpetuus Agonothetes* fit, quod *Olympios ludos annuis rediti-
bus iuuiſſet* Ioſ. 16. ant. Iud. c. 9. eos *Maſtigophori comitabantur*. l. 18. ff. de G
mun. & hon. In *Pythiis recentioribus Amphictyones* publici *Græciæ Iudi-
ces* præſidebant, at in *Olympiis* a LXXV. Olymp. *Hellanodicæ* Horum erat
in certo *Elidis* loco X menſes perennes *iura agonum* à *Nomophylacis* ſeu
legũ tutelaribus, addiſcere, coramq; *Ioue Orcio* fulmẽ gerente ab athle-
tis *iuramentum per aprum ſectum* exigere de nõ vſurpando dolo in ludis,
perq; X menſes omnes numeros exercitationum ſe impleuiſſe. Pauſ. l. 5.
& quamuis ipſi *rectitudinem iudicii* iurarint, tamen duo *falſi* à collegis
cõdemnati. Pauſ. l. 6. quo *Amphictyones* minus infames erant. *Agonothe-
tæ muuus* ἀγωνοθεσία dicitur. Vlp. l. 2. ff. fam. erciſc. & paſſim in LL. *fundi
Agonothetici*, qui *Agonibus* agẽdis relicti. Iſiod. Hiſpal. Epiſc. orig l. 18. c.
26. *Agonum* genera *immenſitas virium, curſus celeritas, ſagittandi peritia,
ſtandi patientia, ad citharam quoq; vel tibias incedendi geſtus; de moribus* H
*quoq; de forma, de cantãdi modulatione, terreſtris quoq; belli, & naualis præ-
lii, perpetiendorũ ſuppliciorũ certaminũ*. Apud *Græcos* inſigniores *Olympiũ,
Pythiũ, Iſthmiũ, Nemei* à locis dicti, in honorẽ *Iouis, Phœbi, Palemonis* (poſt
Neptuni, huius *diurni*, illius *nocturni*) *Archemori*, *Præmia ſerta quibus pi-
nus, malus, oliua, apium*. Auſ. Hi ἱεροὶ *ſacri* fuerunt, & eo proficiſcentes
inuiolati. Plut. Omnium quatuor victor περιοδονίκης *periodo victor* nun-
patus eſt. *Olympii* author *Hercules Idæus*, & mox *Olympionices* donatuſq;
ab *Apolline* arcu, à *Mercurio gladio*, à *Vulcano claua & thorace*, à *Mineruæ*
peplo

A *peplo*, à *Cerere* myſteriorum *ſacris*. Κατ᾽ἐξοχὴν Ariſt.7.Eth.c. ἀνθρώπους
vocat. quorum victoria Græcis *conſulatus ille antiquus videtur*. Cic. 2.
Tuſc. & *prope maius*, *& glorioſius*, *quam Romæ triumphaſſe*. pro L.Flac.
Per CCCC an. intermiſſi ab *Iphito& Eleis* reuocati. & hæc *Olympia*
Iphitea temporum character euaſit. *Pythij* ab *Apolline* inducti *Pythone*
trucidato, ob dona *Muſarum* nouo quoq; anno celebrandi, poſt *quinquen-*
nales ab *Amphictyonibus* innouati. *Iſthmij* in *Peſte cepti*, vt alij tres *inſtau-*
rati. hos ſoli *Elei* non ſpectabant, quod *Euryto* & *Cteato* in itinere ad
Iſthmia ab *Hercule* interemptis, *Molione* mater diris deuouerat, ſi accede-
rent. *Nero Iſthmijs* actis *Grecos* ipſe *liberos* pronunciauit. ſic & ante præ-
conis voce. *T. Quintius Flaminius Philippo* rege Macedonum victo. *Ne-*
mei ab *Hercule*, leone vbi ſubacto aucti, & *Ioui Nemeo* dicati, intereuntes
B vero ab *Hadriano* exſuſcitati. olim ſolis *militibus*, filijſq; ꝓprij. cũ *Iſthmiis*
Epitaphii, ſeu *Parentales* fuere. Talẽ Agonẽ *Artemiſia* marito celebrauit.
Gel. 10. c 18. *oſſa cineremq; eius miſta odoribus, contuſaq; in pulueris faciem*
aquæ indidit, ebibitq; multaq; alia violenti amoris indicia feciſſe dicitur.
Molita quoq; eſt ingenti impetu operis, conſeruandæ mariti memoriæ cauſa,
ſepulcrum illud memoratiſſimum, dignatumq; numerari inter ſeptẽ omnium
terrarum ſpectacula. Id monumentum Artemiſia quum Diis Manibus Mau-
ſoli (regis Cariæ) *dicaret*, ἀγῶνα, *id eſt, certamen laudibus eius dicundis*
facit. ponitq; præmia pecuniæ, aliarũq; rerũ bonarũ ampliſſima Ad eas laudes
dicertãdas veniſſe dicuntur viri nobiles ingenio, atq; lingua preſtabili Theo-
pompus, Theodoctes, Naucrates. Sunt etiã qui Socratẽ ipſum cum ijs certa-
uiſſe memoriæ mãdauerint. Sed eo certamine viciſſe Theopõpũ iudicatũeſt. Id
C ſepulcrũ curioſa diligẽtia in ære extat inter antiqua numiſmata apud *Io-*
ſeph. de Balſamo Baronẽ Cattaſi, virũ doctiſſimũ, & rebus geſtis domi foriſq;
clariſſimum

D Nauali, ſeu naumachia *Æneas Anchiſæ* ad *Drepanũ ſepulto, parẽtauit.* C. *Sol.*
Apollinar. Sidonius Aruernorũ Epiſc. ep. 2. l. 2. *Moris iſthic in lacu villæ ſuæ*
fuit ſenioribus noſtris, Agonẽ Drepanitanum Troianæ ſuperſtitionis imitari.
Agonis *Neapolitani* paſſim mentio fit. Suet in Aug. c. 98 *Neapolim tra-*
iecit, quanquam & tunc infirmis inteſtinis morbo variante: tamen & quin-
quẽnale certamen Gymnicum honori ſuo inſtitutum perſpectauit, & cum Ti-
berio ad deſtinatum locum contendit & In Claud. c. 11. *Comædiã quoq; Gre-*
cã Neapolitano certamine dedit, ac de ſententia iudicum coronauit. Agones

Capi-

Digitized by Google

Capitolinos. Quinquennales Domitianus inuenit die XXII ſui,& *Serg.* **Cor.** B
Dolabellæ Conſulatus,qui & *Magnus Agon,& Luſtrale certamen* appella-
tus Huius *primi* victores *corona, palmaq;* ſine *lemniſcis* honorati. ibi cum
Poetæ,Rhetores, & profeſſionum artifices ab *Impp.* coronarentur, *Scali-
ger* non aliunde *Poetarum Laureatorum* morem manſiſſe docet. hinc in
lap. CORONATVS INTER POETAS. & CORONATVS PRIN-
CEPS ADVERSVS HISTRIONES, & SCÆNICOS. Ibi *Ach.Statius
Papinius Neapolit. Thebaidem* ſuam commiſit, ſed *non placuit, & contra
eum alii coronati*,quod in *Silua* conqueritur. Ab eodē, & *Agon Albanus*
inuentus. Sub *Philippo Agon mille annorum actus.* Caſſiod.

43. M̊ SC) *Moſcus*,aut *Moritur,Secundus*,vel *Sanctus*.VITALIS KAT.)
Katanenſis, vel *Katanæ.* ſub idem fere æuum, quo hoc ſaxum exaratum,
dignoſcitur ex ſpecie literarum, *Narſes Vitalem Epiſcopum apud Sici-* F
*liam exilio damnauit.*P.Diac.Foroliu.

46.OVF.)*Ouſentina* Ruſtica Tribus.Voce *Tribus locus,homines,ius* de-
niq; ipſum exprimitur.Primitus tres fuere;*Rānenſis*,in qua *Albani* cōdi-
tæ *Vrbis* ſocij, *Tatienſis*, vbi *Sabini* a T.*Tatio* Rege nominata,*Luceres*, in
qua *Etruſci*,qui *Romā* cum *Lucero* influxerant, cenſi. Conditor eius *Ro-
mulus Albanorum* Rex ſalutatus, *populum* in tres *Tribus,tribus* in X *Tur-
mas*, agrum omnem, excepta ea parte, quæ *ſacris, publiciſq;* muneribus
obeundis ceſſit. æque illis xxx curijs partitus eſt.*Dion.*ea ratione,vt ſicut
Claſſes in *Centurias*, ita *Tribus* in *Curias* diſtinguantur, vt illinc numerus
militū,hinc *ciuium* ineatur. Mox L.*Tarquinius* eas in *Primas* & *Secundas*
diſtribuēs *ſex* conſtituit. *Tullius* poſt animaduertens *Luceres* longe alias
Tribus multitudine excedere,quod omnis aduentitius populus huic ſe G
iungat,vt parem vbiq; numerum reuocet, *Vrbe* in IV. *regiones* diuiſa,
tot *tribus* ſub *regionum* nominibus inauguratas introduxit; *Suburā,Pala-
tinā,Eſquilinā,& Collinā*,cuiuis regioni ſuos *Curatores* imponēs, qui *Tri-
buni,Principes vicorū*,Plaut.in Aulul.*Magiſtri curiæ*.Cic.in Ver.*Diuiſores*
dicti. interdicens eis aliò *migrare, cenſeri*, ac *tributa,pecuniam tributim*
imperatam ferre. *Vrbanis* idem *xv.Ruſticas ex Sigonii* mente adiecit, vt
eſt; *Romilia* quæ Varroni *quinta,& vltima vrbanarum, Lemonia, Pupinia,
Galeria*,Pollia,*Volitina* corrupte *Boltina,Æmila,Cornelia,Fabia, Menenia,
Papiria*,Sergia,*Veturia*, & quæ poſt *Claudia* dicta. Has pleraſq; ab *agris*
nominatas, poſtmodum *Illuſtrium hominum* nomen ſibi adſciuiſſe *Sigo-
nius* cenſet. Ab *an.* V.CCLIIX ad DXII vſq; diuerſis vicibus adinuentæ:
Cruſtumina ſeu *Cluſt.Vietina,Stellatina,Tromētina,Sabatina,Arnienſis* ſeu H
Arnēſis. fallitur hic *Alex.ab Alexādro* qui *Narnēsē,& Nānius* qui *Nar-
racenſem* temere legunt.*Pomptina* ſ.*Pontina,Poplilia* ſ. *Poblilia* & *Popillia*
ſ. *Populia,Mæcia,Scaptia,Ouſentina.Falerina,Annienſis.Terentina,Velina,
Quirina.*Hæ XVI a locis in *Sabinis,Latio* & *Etruria*,vel *Cāpania*, vnde tri-
bus profugerant,nomina ſeruarunt. Sic XXXV conflatæ,quarum numerus
& Ciceroni in Ver. memoratus, & in baſe Romæ *Traiani, cui* XXXV *tri-
bus* ſubſcripſere. Recēſentur & alijs cognominibus in lapidibus:*Ælia,El.
Ap. Cāp.Cluent,Dum.*Latina.*Min.Ocric.Camilia*,& cōiunctę *Fabia-Pop.*

Fabia-

Digitized by Google

A *Fabia Scapt.* Statuendũ ergo nonnullas geminatis appellationibus, vna à *loco*, alia ab *inſtitutore*, vel vna abrogata, altera in illuſtris gentis honorẽ adiuncta, ita *Iulia, Flauia, Vlpia* ab *Auguſto, Veſpaſiano,* & *Traiano* nominatæ ſunt. Numerus ex quo ſuo tempore conſtitit *Tribus*, ex fragmento apud Grut. p. 201. colligere eſt. PAL H IIII CLXXXXII, & SVC H IIII LXVII.

IN. *Vrbanarum* tribuum ſacra *Compitalia*, vti *Ruſticarum Pagalia* ſuere. *In Vrbanis* erant, qui in *vrbem*, in *Ruſticis*, qui ruri colendi cauſſa habitabãt nono tantum die, ipſis feſto, *nundinæ* appellato, ex agris in *Vrbẽ* negociorum gratia exeuntes. Euiluit tamen paulatim hæc ratio, ita vt pręſtantior quiſq; in *Ruſticis* cenſeri honori duxerit. Sic in *Fabia*, & *Scaptia* gens *Iulia* ab *Hoſtilio*, & *Octauia* a Tarq. *Priſco* deſcendens cenſæ ſunt. Q. *Fabius* Cenſor *humiles* per tribus diſperſos, excretos in *Vrbanos* reiecit. *Ruſticæ*

B cur *Vrbanis* prælatæ cauſſam dicunt *vitæ ruſticæ præſtantiam, & cenſoriã poteſtatẽ*. Quare Romulus *ſellarias, & ſordidas artes ſeruis, & peregrinis, militarẽ, & ruſticam ſolis liberis & ciuibus conceſſit*. Dion. *Virum bonum cũ laudabant, ita laudabant, bonum agricolã, bonũq; colonũ: ampliſſime laudari exiſtimabatur, qui ita laudabatur.* Cato de re ruſt.

42. PETILIO) *Petilij* plebeij. *Petilius Fauſtinus Virgilij* furta annotauit, vti & Q. *Octauius Auitus* Macr.

47. ΑΔΡΙΑΝΟΣ) Non *prouectæ antiquitatis* lapis. Crediderim *Hadrianum Baſiliũ Aug. claſſis Præf.* cuius inerti mora in *Peloponneſo* in *Hieracũ* portu, *Syracuſæ*, quę tunc *Siciliæ præerant*, & ſolæ cũ *Tauromenio* ex Siculis ſubijci *Saracenis* vitarant, tandem ceſſere, *Tauromenio* vnica libere cõſtante. Ideo eum *Baſilius Bizantij* e templo extractum, virgiſq; cęſum exilio damnauit. Faz. d. poſt. l 6. c. 1.

C 48. ΠΕΡΣΕΦΟΝΗ ΒΑΣΙΛΙΣ) *Proſerpina Regina.* Regius titulus inprimis *Ioui*, & *Iunoni* proprius ex gentium dijs eſt. Pind. olym. od. 7. *Iupiter* Θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας, *deorũ rex magnus*. & Nem. 5. ἀθανάτων βασιλεὺς *immortalium rex*. Virg. *Diuum pater, hominũ rex*. Nem. od. 1. *Iuno* Θεῶν βασιλὶς, *deorum regina*. Var. LL. 4. *quod Iouis Iuno coniux, & hic cælum, hæc terra, quæ eadem tellus: & ea dicta: quod vna cum Ioue iuuat Iuno: & regina, quod hæc omnia terreſtria regit*. Catana *Proſerpinam Reginam* hic ſalutat ob Imperium vniuerſæ Siciliæ, quam ei Ὀλύμπου δεσπότας Ζεὺς, *Olympi poſſeſſor Iupiter*. Nem. od. 1. quod alijs foret vberior *dotẽ* conceſſit, vnde mox *rapta ex Ennenſium nemore; qui locus, quod in media inſula eſt ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur*, Cic. 4. Ver. Poſt quem raptum, *albis ingalibus* in cœlum ad *Iouẽ* reducta eſt, vt alternis *ſemeſtribus*, in *cœlo*

D & *inferno* ſubſiſteret? Cuius ſignum *Verres* Enna extulit. 4. Ver. *Dolor erat tantus, vt Verres alter Orcus veniſſe Ennam, & non Proſerpinã aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Etenim vrbs illa non vrbs videtur, ſed fanum Cereris eſſe. Habitare apud ſe Cererem Ennenſes arbitrantur: vt mihi non ciues illius ciuitatis, ſed omnes ſacerdotes, omnes accolæ, atq; antiſtetes Cereris eſſe videantur*

59. D. M. S) *DIs manibus ſacrum. Dij Manes* dicti, vt ſuppliciter appellati *bono* eſſent. *Bonum antiqui dicebant Manum*. Horum Deus *Sũmanus*

quaſi *ſummus Manium.* His vt expietur ciuitas, ſæpe homines deuouebant,qui *ἀναθήματα,pharmati,& catarnati* appellati *Silentium amare, tinnitu* vero exigi opinio fuit. Ridet eos Plin.l.7.c.55. *Eadem enim vanitas in futurum etiā ſe propagat,vt in mortis quoque tēpora ipſa ſibi vitam mentitur;alias immortalitatē animæ, alias trāsfigurationē, alias ſenſum inferis dando:& manes colendo,deumq; faciendo,qui iam etiam homo eſſe deſierat.* Honoratorum *Manibus* duas aras ſtatuebant. Quorum feſta *Feralia* a *ferendis epulis*, vel à *feriendis pecudibus appellata.* Feſt. Eſt locus quem vidimus extra *Rauennam*, vbi ſepeliebant, *Diſmanum* vocatus,quod denati D. M. ibi commendati. Hinc *ſepulcra* Conſt.l.4.C.Th.de ſep.viol. *ædificia manium & domus defunctorum* appellat.

Subdititias non duxi explanandas, ne ſi *rerum,verborumq; nugæ* pateāt, offendantur qui facile perſuaſi ſunt , & quibus *ſcema emenditæ* rei cordi fuit,*doctæ & nobiliores animæ* veritatem amabunt. *Antiqua Catana* ita rebus inclaruit,vt talia famæ ſuæ parum conſulant,citius lædant. *Virtute aditus non fictitijs ad immortalitatē & gloriam.* Mirari ergo ſæpius ſubij, quidnam inde ſperent *malle-fida poſteritati ingenia*, & quæ tam *temere, & impune audendi licentia*, poſteris tam turpiter imponere,& ſine ingenio fictis fidem quærere. eo modo dudum proditus Io. *Annius Viterbienſis*,dum nomine *Beroſi* fabulas inepte conſarcinaret, quas parum ſibi conſtantes *cōmentario libro* mox adiutum iuit. Pariter & in alijs decepti ſumus,& fumus nobis venditus eſt, ęternum pudenda perfidia, & in damnum curioſæ iuuentutis potenti. hoc etiam egit, ſed in re leuiori, minoriq; fraudis mente. *Barth.Socinus eminentiſſimus Iureconſultus*,dum ad *l.cum auus ff.de condit.& demonſtr.* talem titulum *Papiniani* in vrna argentea cum eius cineribus, a *maledicto*,vt ait,*ruſtico in Tiberim proiectis* commentus ; AEMILII PAPINIANI IVRISCONSVLTI ET PRÆFECTI PRÆTORII REQVIESCVNT HIC OSSA CVI INFELIX PATER ET MATER SACRVM FECERVNT MORTVO ANNO ÆT.XXXVIII. vera inſcriptio fuit: AEMILIO PAVLLIO PAPINIANO PRAEFECTO PRAETORIO

CAP. IV. Glandes & plumbatæ. Diana. Gorpiæus & Panemus menſes. Neratius Palmatus. Scena. Euang. familia. Crater. Iugerum. Colonia. Ti. Claudius. Epicharmus. Bacchus. Syracuſa. Archilochus.

78. ΝΙΚΗ ΔΙΟϹ) *Victoria Iouis.* ijſdem plane verbis & fulgure *Triocalenſes* numū excuſſerunt.vide in *Parutæ* numiſmatibus pag. 128. *Glandes oblongæ, gibboſæ,*& fere *trilateræ.* Tales plures *Aſculi*, in *nobili Picentis vrbe, aduenarum amantiſſima*,in amne, vt *Lipſius, Triunti*, vt *Seb. Antonellus* I C ciuis vult,*Caſtellani* erutæ. quarum pars his literis inſignita erat: FVGITIVI PERISTIS, & ITAL. ac GAL. pars FERI. & FERI POMPEIVM, vrbis in ea pugna victorem. Has *Romæ* vidi apud *Lancellottum de Lancellottis* patricium Aſculanum,& militię Chriſtianę Equitem, quibus inerant & ſic exaratæ: M.II.MALVI. M. & L.XV. & aliæ literis

Digitized by Google

A liſteris fugientibus. *Glandes* interdum & *proditorum* loco fuere. Hirt. in
bel. Hiſp. *per idē tēpus glans miſſa eſt, quo die ad opidum* (Attagnæ) *ca-*
piendum accederent, ſeſe ſcutū eſſe poſituros. Has intelligit forſan Appia-
nus tradens: ad L. *Sullam* obſidentem *Piræum portum* a Mithridate ere-
ptum, duos *Athenienſes ſeruos* quæ intus fierent, προσοῖς ἐκ μολίβδε *teſſe-*
ris plumbeis e fundis perſcripſiſſe. quos Suid. μολιβδίναις σφαίραις *plum-*
beas ſphærulas Alij μολίβδιδες, Plumbeas dixere. Spart. *Seuerum plumbeæ*
ictu mortuum creditum. Has *Pancirolus*, & alij *Plumbatas* putarunt. a Veg.
l. 4. c. 29. inter *miſſilia* relatæ: *deſtinata miſſilia, ſiue plumbatæ, ſiue lances,*
veruta, & ſpicula. l. 1. c. 17. *plumbatarum quoq; exercitatio, quos Martiobar-*
bulos vocant, tradenda eſt iunioribus. Ibid. *duæ legiones in Illyrico, qui bis*
telis ſcienter vtebantur & fortiter, Martiobarbuli vocabantur, a Diocletia-
B no & Maximiano *Iouiani*, & *Herculiani*, *Plumbatas*, quas *Martiobarbuli*
gerebant, Turn. adu. l. 24. c. 12. *Glandes plūbeas* dixit, cui reſpondet *Gode-*
ſchalcus Steweckius ad Veg. vbi *plumbatas Tribolatas & Mamillatas* pinxit
Eſt & *genus tormentorum, quaſi flagellum, in quorum sūmitatibus glandes*
plumbeæ erant impactæ. Baron. in Martyr. quo *D. Philippus Apoſtolus* cæ-
ſus. *Tergum & ceruix* his affligebatur. Prud. de Romano, *tundatur tergū*
Plumboq; ceruix verberata extuberet. Et quamuis lege cautum, ne quis eo
tormento vita priuetur, multi tamen SS. *Martyres* eo exanimati beatam
animam cœlo reddiderunt. Eo & *Decuriones* puniti. Val. Theod. & Arc.
l. 40. de dec. *quilibet principalium, vel decurionum, ſi vel decoctor pecuniæ*
publicæ, vel fraudulentus in deſcriptionibus illicitis, & immoderatus in
exactione fuerit inuentus a iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus ſubij-
C *ciatur.* Inepte ibi pro more *Gloſſa damnetur plumbo*, id eſt, *in metallū.* Eaq;
pœna modo *pondere* tantum, modo *verbere* conſtabat. Conſt. l. 2. C. de
axact. trib. *Nemo carcerē plumbatarumq; verbera, aut pondera, aliaq; ab in-*
ſolentia Iudicum reperta ſupplicia in debitorum ſolutionibus, vel a peruerſis,
vel ab iratis iudicibus expaueſcat. Pondere diſtrahebāt *iunctarum compa-*
gines, cum damnati ſublime ſuſpenſi reuolutis bracchiis eiuſmodi pondera de-
orſum ad pedes alligarentur. Baron. *Expendunt pondera plumbea.* Amm.

ΑΘΗΝΙΟΣ ΝΙΚΗ) *Athenienſis victoria.* Athenienſes, vt *Euripides*,
octies; vel vt alij rationem ſubducunt, pluries a *Syracuſanis* palmam re-
tulere. Quæ ergo huius Inſcriptionis cauſſa haud diſcerno. Demū & illi
XXIV *Carneo* menſe a *Syracuſanis* peruicti, ita vt ex CC. *triremibus*, ex
XL. M. nullus ſuperſtiterit cladis nuncius. cuius celebris victoriæ gratia
D proceræ arbores, quæ plures in ripa effloruerant, ſpolijs ſuperbiebant,
quibus inſerta bina *trophæa ornamētis* ducum conſpicua. cunctis *laureatis*
in equis *coronatis triumphus* in vrbem illatus eſt, equis vero hoſtium *de-*
tonſis crinibus, & captiuis in *Latomias* damnatis. In prædio *Bondiſe*, vbi
Leontiam villam locant, hæ *glandes* inuentæ. inde & ante *Marcellū* præ-
lia ibi commiſſa diſcimus.

81. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ) *Dianæ* cultus *Syracuſis* ita viguit, vt & *Ortygia*
Quintuplicis vrbis pars eius curæ credita, ſedeſq; habita ſit. Pind. Pyth. 2.
Ortygiam ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος *fluuialis ſedem Dianæ* dixit. & Nem. 1.

Ὀρτυγία δέμνιον Ἀρτέμιδος Ortygia cubile Dianæ. hinc & *Diana Ortygia* cognominata eſt. Ac quia *Alpheus Arcadis*, & *Elidis* amnis deſiderio *Dianæ* ad illam inſulam exiens, ibi commoratus fuerat, ideo iuxta *Alpheum ſtatuam*, & *fanum Dianæ Alpheæ* appellatione conſecrarunt. E

81. ΜΑΤΕΡΩΝ) *matrum*, id eſt, *Dearum*, vel *Magnarum Dearum*, quarũ ope votis damnatis victoria obtigerat. Pind. Pyth. 3. per *Matrem Rheam* innuit. Is cum in quodam monte, vt eſt apud Scholiaſtem, prius audito ſtrepitu, & inſpectis flammis videret *lapideam Rheæ ſtatuam* ad ſe accedentem, *ſtatuam* huius pro ædibus ſuis expoſuit, miſſis *Delphis legatis*, & dato reſponſo Ματρὸς Θεῶν ἱερὸν ἱδρύσασθαι *matris deorum templum* ad ædes ſuas ſtatuit. Pauſ. l. 5. *Eleorum mulieres, vtpote quæ maritis erant iuuenibus nuptæ, deſolata* ob Hercule *iam regione, a Minerua dicuntur votis petiiſſe, vt quamprimum cum viris concubuerint grauidæ fiant, & vt voti* F *compotes ſunt factæ templum Mineruæ, cognomento Matris condiderunt.*

85.) *quadrum* hoc *pondo* eſſe dico, cuius paria apud *Gruterum* habentur. eius notas modo timide tento. 87. Q. SER.) *Q. Seruilius.*

88. ΓΟΡ. Α.) explano *Gorpiæo I. Gorpiæus* menſis *Macedonius*, & *Corinthius*, tertius a *ſolſtitio æſtiuo*. Hunc *Athenienſes*, vt Scholiaſtes, qui eum cum *Auguſto* & *Septembre* conciliat, βοηδρομιῶν vocarunt. Alij *Atticis* ἑκατομβαιῶνα appellatum aſſerunt. cumq; eo menſe, qui in *plenilunio* fuit, cuius *nouilunium* proximius *ſolſtitio æſtiuo*, cum *Iunio* & *Iulio* coincidẽte, *Athenis Olympia* celebrarint, *Syracuſani Olympici agonis* monumentum crediderim. *Syracuſis* autem *Corinthii* menſes vſurpati fuere, & illorum *ludi Iſthmij*, forte ob mutuam *cognationem*. vulgatũ enim eſt *Archiam Corinthum* eo *coloniam* deduxiſſe, ad locum diuitijs profu- G turum, talem enim ab *Apolline* petierat, vti *Miſcellus Archiuus* Crotonẽ conditurus locum ſalubrem.

ΠΑΝΑΜΟΥ) *Panamus* menſis *Bæotijs*, *Syracuſanis* Carneus a Plut. in Camil. *Metagitnion* dicitur. at Demoſtenes *Corinthiũ* eſſe refert, *Athenienſibus* βοηδρομιῶν. Suidas *Romanorum Iulium*, *Macedonibus* Panemũ eſſe voluit. Plut. in Publ. *Septembrẽ*. Cenſeo vero hic duos menſes diuerſarũ gentium coniunxiſſe, ea ratione, qua apud nos *Germanos* quidam *veteribus & nouis faſtis* in ſuis literis vtuntur; vel potius ſententia *Clariſſimi Auſtriaci, Melchioris-Idelphonſi Inchoferi* SOC. IESV, bimeſtris victoriæ, primo ſcilicet menſe *Gorpiæo*, & altero *Panemo* partæ argumentum.

93. NERATIVS PALMATVS) *Neratium Priſcum* I. C. *Hadriano* animus fuit ſucceſſorem relinquere, *vſq; eo vt Priſco aliquando dixerit:* H *cõmendo tibi prouincias, ſiquid mihi fatale contigerit.* Spart. L. Neratius *pro delectamento habebat os hominis liberi manus ſuæ palma verberare. Eum ſeruus ſequebatur crumenã plenam aſſium portitans, & quemcunq; depalmauerat numerari ſtatim ſecundum XII. tabulas quinq; & viginti aſſes iubebat.* Gel. l. 20. c. 1. ΕΓΙΑΜ) liquet ergo plura Neratium ſtruxiſſe.

FRONTEM SCÆNAE) de Fronte Vit. l. 5. c. 8. *In Græcorum theatris non omnia iiſdem rationibus ſunt facienda, quod primum in ima circinatione, vt in Latino, trigonorum quatuor, in eo quadratorum trium anguli circi-*

nationis

A natiõnis lineam tangunt. Et cuius quadrati latus eſt proximm ſcenæ, præciditq; curuaturam circinationis ea regione deſignatur finitio proſcenij, & ab ea regione ad extremam circinationem curuaturæ, parallelos linea deſignatur, in qua conſtituitur frons ſcenæ, per centrumq; orcheſtræ proſcenij regione parellelos linea deſcribitur Tum. tribus centris ampliorẽ habent orcheſtram Græci, ſcenam receſſiorem, minoriq; latitudine pulpitũ, quod λογεῖον appellant. Caſſiod. l. 4. var. 51. Frons autem theatri ſcena dicitur ab vmbra luci denſiſſima, vbi a paſtoribus inchoante verno, diuerſis ſonis carmina cantabantur, ibi actus Muſicus, & prudentiſſimi ſeculi dicta floruerunt. Seru. l. 1. Æn. Dicta ſcena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatri ſcena parietẽ non habuit, ſed de frondibus vmbracula quærebant. Scena autẽ pars theatri aduerſa ſpectantibus, in qua ſunt regia. Et Georg. l. 3. apud maiores theatri
B gradus tantum fuerunt. poſt. Verſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis tunc erat, cum ſubito tota machinis quibuſdam conuertebatur, & aliam picturæ faciẽ oſtendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis, hac atq; illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Val. l. 2. c. 4. C. Pulcher ſcenam varietate colorum adumbrauit, vacuis ante picturam tabulis extentam. quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus prætexuit. Verſatilem fecerunt Luculli. Argentatis choragijs P. Lentulus Spinter adornauit. Etiam marmorea facta. Plin. l. 36 c. 15. M. Scaurus fecit in ædilitate ſua opus maximum omnium, quæ vnquã fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis deſtinatione: Theatrum hoc fuit, ſcena ei triplex altitudine CCCLX. columnarum in ea ciuitate, quæ ſex hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi. ima pars ſcenæ e marmore fuit,
C media e vitro, inaudito etiã poſtea genere luxuriæ. Sũmæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: Imæ duodequadragenũ pedũ ſigna æreia inter columnas, vt indicamus, fuerũt tria millia numero. cauea ipſa cepit hominum LXXV millia. Genera ſcenarũ tria erãt: Tragicæ deformãtur columnis faſtigijs. & ſignis, reliquiſq; regalibus rebus. Comicæ autẽ ędificiorũ priuatorũ, & menianorũ habent ſpeciẽ, perfectiſq; feneſtris diſpoſitis imitatione cõmuniũ ędificiorũ rationibus, Satyricæ vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſq; agreſtibus rebus in topiarij operis ſpeciẽ deformatis. Vit. 5. c. 8. Proſcenia autẽ ſunt pulpita ante ſcenã, in quibus ludicra exercẽtur. Seru. 2. Georg. ante Proſceniũ dimiſſior orcheſtra chori, in qua & θυμέλη eſt, quæ aut tribunal quoddã, aut ara. poſt ſcenã vero ara ἀγυιεὺς eſt, ante ianuã & mẽſa corollas ſuſtinẽs, quæ aut θεωρὶς aut ſacra nominatur. Eleus autẽ menſa erat an-
D tiqua, quã aliquis vatis loco aſcendẽs. choro reſpõdebat. Hypoſceniũ autẽ columnis & imaginibus ornatũ erat, & theatrum conuerſum pulpito ſubiacens. Trium vero circa ſcenã ianuarum; media, regia, cauerna, aut domus inclyta, vel primum actum abſoluens dicitur. dextra vero ſecundi actus diuerticulũ eſt. Sed ſiniſtra aut viliſſimam perſonam, aut templum deſolatum habet aut deſerta eſt Pol. l. 4. c. 18. leua porta Deos marinos emittebat, Eumenides imis gradibus exiliebant, Dij ſuperi machinis ex edito deſcendebant, machina verſatilis στροφεῖον heroes in deos trãsferebat, Circumductiles fulmina dabant. aliæ ſpõte, vel leui impulſu, & nerui, & fili cõuerſione mouebantur.

Porro

Digitized by Google

Porro ludi Scenici C.Sulp.Betico,C.Licinio Stolone Coſſ. in peſte placandi numinis cauſa introducti. verum vt eſt mos hominum paruula initia pertinaci ſtudio proſequendi,venerabilibus erga deos obſequijs iuuentus,rudi atq; incompoſito motu corporum iocabunda,geſtus dedit,eaq; res Ludium ex Hetruria accerſendi cauſam præbuit: cuius decora pernicitas vetuſto ex more Curetum, Lydorumq; (a quibus Hetruſci originẽ traxerunt) nouitate grata Romanorum oculos permulſit. Et quia Ludius apud eos Hiſtrio appellabatur,ſcenico nomen hiſtrionis inditum eſt. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit ; a quibus primus omnium poeta Liuius, ad fabularũ argumenta ſpectantium oculos,& animos tranſtulit. Val.l.2.c.1.

98. ΑΝΑΘΗΜΑ) proprie id, quod in fanis ſuſpenditur.Bud.item vrbis ornamenta,vt fana,baſilicæ.Hom.ἀναθήματα δαιτὸς ornamenta conuiuij

ΚΡΑΤΗΡΑ) vas vini diluti plenum,vnde bibituri hauriebant.Virg.Crateras magnas ſtatuunt,& vina coronant.Ath.l.11.fama eſt, primos homines boum cornibus olim bibiſſe.liquet ex eo quod adhuc dũ aquæ vinũ permiſcent κεράσαι dicunt:& vas in quo vinum miſcetur crateram appellant ἀπὸ τοῦ κέρατος, quaſi κερατῆρα,quoniam in cornua potio fundatur. Manet etiam nunc cornuum ad hunc vſum fabrica. Craterem, & Ioui ſolitum ſtatui hoſtibus pulſis,& libertate ſeruata, Heſychius docet.Apul.4.Flor.pro quouis poculo vſurpat.Prima Cratera ad ſitim pertinet.II ad hilaritatẽ.III ad voluptatem. IV ad inſaniam. verumenimuero Muſarũ Cratera verſa vice quanto crebrior,quantoq; meratior, tanto proprior ad animi ſanitatẽ. Prima Cratera literatoris ruditatẽ eximit. II Grãmatici doctrina inſtruit. III Rhetoris eloquentia armat. Poll.l. 6. c. 2. Crater primus quiden Ioui Olympij, & Olympiorũ deorũ, ſecundus Heroũ,tertius vero Iouis Saluatoris.Delphorum Crater argenteus capiebat amphoras LX.Lacedemoniorũ æneus CCC. Amphora autẽ habet vrnas II, modios III, ſemodios VI, congios XX, ſextarios XLIIX, heminas XCVI,cyathos DLXXVI.Voluſ.de pond. Hic vero Crater marmoreus anſatus forſan II amphoras, aut iumenti onus, quod Siculis Salma dicitur,pro ſagma, quæ imponitur, iumenta vt mollius vehant.Iſiod.20.c.6.Sagma quæ corrupte vulgo dicitur ſalma, a ſtratu ſagorũ vocatur; vnde & caballus ſagmarius. Crateris ſimilitudinem cum referant foramina illa viuacis ignis in Ætnęo apice, quorum vnum Plin. 3. c.8 XX ſtadiorũ circuitu definit,& Palicorum lacus inter Menas & Leontinos,vnde noxiæ illæ aquæ ebulliunt, Crateres dicti. vtroſque vidimus. Ætnęos quidem menſe Sextili,comitatu accepto a Car.Romęo,Viro nobili, patriæq; ſuæ ornamento.Palicorum vero monente D.Franciſco Brancifortio Petra-Pertiæ Principe, & Melitelli Marchione, marito Sereniſſimę Ioannæ de Auſtria. De Palicis Mac.l.5.ſat. c.19. In Sicilia Symetus fluuius eſt. iuxta hunc Nympha Thalia compreſſu Iouis grauida, metu Iunonis optauit, vt ſibi terra dehiſceret.Quod & factum eſt.Sed vbi venit tempus maturitatis infantum,quos aluo illa geſſerat,recluſa terra eſt, & duo infantes de aluo Thaliæ progreſſi emerſerunt: appellatiq; ſunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quoniam prius in terram merſi,denuo inde reuerſi ſunt. Nec longe inde lacus breues ſunt: ſed in immenſum profundi, aquarũ ſcaturigine ſemper ebullientes

A *lientes; quos incolæ Crateras vocant, nomine Dellos adpellant; fratreſq; eos Palicorum extimant, & habentur in cultu maximo, præcipueq; circa exigendum iuxta eos iuſiurandum præſens, & efficax numen oſtenditur. nam quum furti negati, vel eiuſcemodi rei fides quæritur, & iuſiurandum a ſuſpecto petitur; vterq; ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt; acceptoq; prius fideiuſſore a perſona, quæ iuratura eſt, de ſoluendo, eo quod peteretur, ſi addixiſſet euentus. Illic inuocato loci numine teſtatum faciebat, eſſe ita iurator, de quo iuraret. Quod ſi fideliter faceret, diſcedebat illæſus; ſi vero ſubeſſet iureiurando mala conſcientia, mox in lacu amittebat vitã falſus iurator. Hæc res ita religionem fratrum commendabat, vt Crateres quidem implacabiles vocarentur, Palici autem placabiles.* Crater item *Sinus Neapolitanus* nuncupatur.

B 105. COIR) alibi COER. pro *curauit*. nam OI & OE idem pene ac V ſonãt, vt POENICAS *Punicas*, OISVM OESVM *vſum*, MOEROS *muros*, MOENERA *munera*.

106. EXTINCTORI TYRANNICÆ) *Timoleon Timaneti F. Corinthus* patriæ tyrãnidis in *Timophane* fratre, & inde *Syracuſanæ, Dionyſio Iuniore Corinthum* in exilium damnato, *extinctori*, & mox totius fere *Siciliæ*, Icete *Leontinorum*, Mamerco *Catanenſium*, Hippone *Meſſanenſium*, Apolloniade *Argyrenſium*, Nicomede *Centuripinorum*, & aliorũ *tyrannis* ſublatis, vel ad libertatem dandam coactis, *Siculæ quietis reſtaurator* extitit, quare *Syracuſis* ingentes ipſi honores decreti, *priuatam* enim, ibi vitam viuenti *domus e publico* ſtructa, *agerq;* collatus, ac *Patre patriæ* ſalutato, poſt obitum *annua certamina* memoriæ, libertatiq; celebrata.

C 107. ΠΕΛΕΘΡΟΝ) *Iugerum vocatur, quod vno iugo boum in die exarari poſſet. Actus in quo boues agerentur, cum aratur vno impetu iuſto. Hic erat* CXX *pedum, duplicatuſq; in longitudinem iugerum faciebat.* Plin. 18. c. 3. *Iugeri* pars minima dicitur *ſcrupulum*, id eſt, X pedes. *Iugerum* autem variaſſe, nec vbiq; CCXX. P. conſtetiſſe, hinc colligitur, quod *iugerum* CCCXI. *pedum donatum* in hoc ſaxo legatur. *Romulus nulli vltra bina iugera attribuit.* Plin. 18. c. 2.

108. COLONIA) eius *nomen ab agrorum cultura.* Hyg. de limit. Origo iam inde à *Romulo.* Cuius cauſſas VI Sigonius numerat. Priores *populos coercendi, hoſtium impetus* reprimendi, *ſtirpis augendæ, plebis* vrbanæ *exhauriendæ, ſeditionis compeſcendæ*, premijs *veteranos* milites afficiendi. addo ego *ſubueniendi* cauſſam, qui *Cenſum* nõ ſoluẽdo. Græci vero

D *Colonias* condidere; vel *victi*, Oraculo *iuſſi*, vel pòpulum *auctũ* & *captos* ab ducendi, *Imperij* augendi, & *aeris* cũ ſalubriori mutandi ergo. *Deductionis* ſymbola in numis videntur *ſignum cohortis, aquila legionis, aratrum, ſceptrum.* Duplicis autem generis Paterculo l. 1. ſunt; aut *Senatus* iuſſu ductæ, quæ vel *Romanæ*, id eſt, *iure Quiritium*, ſeu *priuato ciuium Rom.* præditæ, vel *Latinæ*, quæ *iure Latij*. hoc eſt *ſuffragiorum poteſtate* inſignes; aut *Militares*, quæ *Veteranis* laboris premia diuiſæ, quarum multæ *Antonium*, & *Auguſtum* Bruto & *Caſſio* victis patrem agnoſcunt. Ab *Auguſtis* cõditæ *Auguſtæ* & *Auguſtales*, vel *deducentiũ* nominibus agnominatæ; vt:

AELIA

Digitized by Google

AELIA AVGVSTA MERCVRIALIS THAENIT. AELIA HADRIANA AVG. ZAMA. REGIA. AVRELIA ANTONIANA OVIL COPIA CLAVD.AVG.LVG.FLAV.IVL.AQ.FLAVIA BARCIN. PIA FLAVIA CONSTANS EMERITA AVENTICVM. IVLIA AVG. AQVIS SEXTIS.IVLIA AVGVSTA PARMA IVLIA FANESTRIS.IVL. FANVM FORTVNA. IVLIA FELIX CLASSICA SVESSA. IVLIA GEMINA ACCITANA.AVREL.IVL. PATERN.NARB.MARTIA IVLIA SVTRIN. RICINIA HELVIA CONDITORE SEVERO AVG.CONCORDIA VLPIA TRAIANA AVG.FRVGIFERA HADRVMETINA.VLPIA TAMVCAS EX NVMIDIA.VLPIA TRAI.AVG.DACIC.SARMIZ.METRO.

Et quamuis Tac.*Colonias ſedes ſeruitutis* dixerit,tamen nunquam dedecori fuit,eſſe *Pop.Rom. Coloniam*,cũ ipſa *ſimulacrum* quoddã *Romæ* euaderet, Gell.*ciuibus Rom.*incolis acceptis,quales *Iulius octuaginta millia* in colonias diſtribuit.Suet.Quo exemplo *Candia* in Inſula Creta iam olim *Venetos patritios* colonos ſuſcepit. Ipſam.quoq; *Byzantiũ alteram Romã, Coloniam Romanorũ* Pletho orat.de reb. Pelopon. dixit. Et *Cõmodus* inſanæ quadã gloriæ opinione *Romã Coloniam Cõmodianã* appellari voluit. Leges & quãdoq; *Coloniã* pro *Municipio*.Cic. *Placẽtia Coloniã Municipiũ* indigetat.Interdũ *Municipia Coloniæ*,& vice verſa fieri petiere.Proin Gel. l.16. c.13. noct. Att. *D.Hadrianus in oratione, quam de Italicenſibus, vnde ipſe ortus fuit,in ſenatu habuit,peritiſſime diſſeruit;mirari ſe oſtẽdit,quod & ipſi* Italicenſes,*& quædam item alia municipia antiqua,in quibus Vticenſes nominat,cum ſuis moribus legibusque viuere poſſent,in ius Coloniæ mutari geſtierint. Præneſtinos autem refert maximopere à Tiberio petiiſſe, oraſſeq; vt ex colonia in municipii ſtatum redigerentur.*Coloniam *oppidum* eſſe *Georg.Merula* cõtra Cic.negat.ſic Cic.l.Agr. in Rul.*operæ pretium diligentiam maiorum recordari,qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocauerunt,vt ipſæ non oppida* Italiæ , *ſed propugnacula imperij eſſe viderentur.* item.*Capuam colonia deducetur,vrbem ampliſſimã & ornatiſſimam.* *Coloniarum* tandem iura *Conſtantinus* ſuſtulit ad magiſtratus promiſcue barbaris admiſſis.*In Sicilia autẽ*,inquit Mart.Capella, *Coloniæ quinque,vrbes ſexaginta tres.* At *doctiſſimus Cluuerius* IIX numerat: *Tauromeniũ,Catanã,Syracuſas,Heracleã, Thermas-Selinuntias, Panormum,Thermas-Himerenſes,*& *Tyndarim.*

110.TI.CL.CAE.) *TI.*& in numis quandoq; TIB.*Tiberium*,numquã *Titũ*,ſolũq; *Imperatorẽ notat.*alij omnes cũ cognom ne,vt *Tiberius Iulianus*.Is *Ti.Cl.Druſi Aug.*ex *Liuia*,priuigni,& *Antoniæ F.Germanici Cæſaris Fr.* natus *Lugduni*, appellatuſq; *Ti. Claudius Druſus*. Suet. *Nero*, vt Dio.*Fratre maiore in Iuliã familiã adoptato Germanici cognomen aſſumſit.* Suet.c.2.infans *varijs & tenacibus morbis conflictatus eſt;adeo vt animo ſimul & corpore hebetato,ne progreſſa quidẽ ætate vlli publico,priuatoq; muneri habilis exiſtimaretur. Diu etiã,atq; poſt tutelã receptã alieni arbitrij, & ſub pædagogo fuit.*Id.c.3.Mater *portentũ eũ hominis dictitabat.nec abſolutũ à natura,ſed tantũ inchoatũ;ac ſi quẽ ſocordiæ argueret, ſtultiorẽ aiebat filio ſuo* Claudio.*Idẽ ſoror Liuilla cũ audiſſet quandoq; imperaturũ, tã iniquã & tã indignã ſortẽ populo Rom.palam & clare deteſtata eſt.* Cæſo.C.*Ca*.*Caligula* anno vitę L.a pretorianis *Imp.*ſalutatur.Vxores IV duxit *Plautiam, Hercanillam*, *Aeliam Petinam*, *Antoniæ M.Ant.* IIIviri *F.*matrem.*Valeriam Meſſalinam Octauiæ, & Germanici* mox *Britannici* cognominati matrem, & ijs repudiatis quartã *Agrippinam Germanici Cæſaris & Agrip-*

pina

A *pinæ F. unica humanæ felicitatis exemplum*, vt quæ, *Imperatoris nata, ſoror, vxor*, & *mater* extiterit. *Veneno perit ab Agrippina boleto inſuſo.* quare *Nero* innuens *apotheoſin boletos cibum Deorum* appellauit. *Opera publica multa perfecit, vt Aquæductum à Caio inchoatum; item emiſſarium Fucini lacus; portumq; Hoſtienſem.* Suet. c. 20. ex quibus *Fucinum aggreſſus eſt, non minus compendij ſpe, quam gloriæ, cū quidam priuato ſumptu omiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri cōcederentur. Per tria autē paſſuum millia, partim effoſſo monte, partim exciſo, canalē abſoluit ægre, & poſt vndecim annos, quamuis continuis XXX hominum millibus ſine intermiſſione operantibus.* Idcirco & *Syracuſis* ſimilia ſuſcepit.

112. Ἐπίχαρμος) *Epicharmos* aliqui duos faciunt; Coum Pythagoricum *Philoſophū, Comædiarum, & generis dicendi Epicarmij* inuentorē, & *Siculū*.
B Hunc *Plautus* imitatus, *Horatio* in epiſt. ſcriptore. eius *fabularū Apollodorus* X volumina congeſſit. Ego vnū tantum ſtatuerim *Siculum* nempe. *Cous* vero dictus, quod ibi exularit, ab *Hierone* patrio ſolo interdictus. vixit ann. XC. *Laert.* iuxta alios XCVII.

Βάκχος) *Bacchus* Iouis ex Semele F. a *βακχεύειν incompoſite vociferari* nominatus, alijs à *Bacche Nympha*, quæ cum *Brome ſorore* eum educauerat in monte *Nyſa*, *Anyſa nutrice*. Seru. ecl. l. 6. Præ alijs dijs multinominis; *Ægypti* quidem *Oſiris*, apud Auſ. epig. Græc. 78. Myſtarum *Phanaces, Bacchus inter viuos, inter mortuos Adones, Ignigena, Bicornis; Titanicida, Dionyſius, Lucaniacis Pantheus.* Et epiſt. 29. *Phleon, Protriga, Staphylita, Omphacita*, & apud Acheios *Lampteris*; cui *Lampteria feſta* agunt, *faces noctu in templum ferunt, & vini crateras per totū opidum*
C *ponunt.* Pauſ. l. 8. *Liber Pater* dictus, *quia vini paſſio liberas mentes faciat, Indos vero viciſſe, quod hæc gens valde vino ſit dedita, duobus ſcilicet modis, ſiue quia feruor ſolis facit eos potare, ſiue quia ibi ſit Seraptenum vinū, vel Meroitanum, cuius vini tanta virtus eſt, quo vix quilibet ebrioſus ſextarium toto menſe bibat.* P. Fulg. *Liberum* Iuuen. Scholiaſtes dicit; quod *liberas fecit Bœotiæ ciuitates, & primus triumphauit.* In lap. *Maximus*: DIIS MAXIMIS BACCHO ET SOMNO HVMANAE VITAE SVAVISSIMIS CONSERVATORIBVS. Eius miniſtri *Sileni, Satyri, Bacchæ Lenæ, Thyæ, Mimallones, Naiades, Tityri*, *Nymphæ*. *Scythæ* non admiſerunt, *quod nefas ducerent, deum colere, qui ad inſaniam adigeret.* Tert. apol. c. 6. *Librum Patrem cum myſterijs ſuis Conſules Senatus auctoritate non modo vrbe, ſed vniuerſa Italia eliminauerunt.* Pingitur *Liber mulicbri, & delica-*
D *to corpore, propter mulieres in ſuo exercitu militantes.* Euſeb. in Chr. Eius ſacra ciſtis recōdita quouis *triennio furioſe mouebantur* totius *Græciæ* concurſu, e fanis in montes, ſolitudineſq; a *Bacchis* ad *Orgia* celebranda geſta. Fanum & *Syracuſis* habuit, in quo ſtatua *Ariſtæi, Apollinis & Cyrenæ Penei F.* qui *primus mel miſcuit vino.* Plin. l. 14. c. 4. *In Sicilia aliquandiu ſubſtitit. Hic vbertate frugum, & multitudine pecorum adductus, ſolertiæ ſuæ beneficia Inſulanis nota fecit, ideoq; ſummos Ariſtæo honores tum alij Siculi, tum inprimis, qui fructus oliuæ comportant, tanquam deo exhibuerunt.* Diod. l. 4. c. 84.

πελωρίς ὦ πόλει) *immani vrbe.* Tantæ enim *Syracuſæ*, vt CXXC *ſtadijs*, E
ſeu XXII. M. patuerint. Strab.l.6. & V. vrbes fuerint. Hinc Pind. Pyth. 2. *μεγαλοπόλιες ὦ Συράκοσαι, βαθυπολέμου τέμενος Ἄρεος, grandis vrbes bellicoſi delubrũ Martis* laudatæ. quo ſolo *μεγαλοπόλιες* vocabulo & *Athenas* Pyth. 7. extulit, ſed à numeroſis *πόλεσι vicis*. Primi enim *Attici* in varijs *δήμοις*, *curys*, ſeu *pagis* degebant, quorum C. XXIV Strab. l. 9. obſeruauit. *Grandem* & Flor. l. 2. c. 6. celebrat: *Tota inſula in vna vrbe ſuperata eſt, grande illud, & ante id inuictum caput Syracuſæ, quamuis Archimedis ingenio defenderetur, aliquando ceſſerunt. longe illi triplex murus, totidẽq; arces.* Scaliger ad Euſ. *maximã Europæ vrbiũ ſub Gelone & Hierone* floruiſſe cenſet. *Syracuſas* & locum palatij *Romæ Claudius*, ob pulcritudinem forte, nuncupauit. Suet. in Aug. c. 72. *ſi quando quid ſecreto, aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis, quẽ Syracuſas & τεχνόφυον vocabat.* ſimili ratione & inibi *Sicilia fuit.* Capit. in Pert. *ingreſſiq; porticus palatij vſque ad locum, qui appellatus Sicilia, & Iouis Cænatio.* Ibi & *Sũma Velia* legũt; quia apud *Victorẽ Cænatio Iouis* cum *Sũma Velia* iungatur. Notat *Varro* hunc ſui temporis morẽ, *villis delicata nomina vſq; inde à Græcia petita, imponendi*; vt *Pauſilypus, Academia.* F

113. *Μῶσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων*) *Muſæ ac Delius Apollo amarunt. Delos Cycladum inſula a Sicilia auulſa.* Lucian. in dial. Ibi quod *Apollo* natus, ſeu primo cultus, ſexq; menſibus reſpondit, *Delius* dictus. A *Pythio* inprimis *Archilochus* amatus, ita vt homicidæ eius *Callonidi Caraci militi Naxio*, ſeu vt apud Euſeb. *Archiæ* ſic locutus; *templum exi, famulum namq; Muſarum necaſti.* Qui belli vices obiectans, vbi *interficere & interfici* neceſſe ſit, *Pythius* iuſſit, vt *Archilochi* manes *Teleſiclei* F. cineribus propitiaret. quo facto ipſe placatus. Fuit autem *Archilochus* regnante *Romulo*. Cic. Tuſ. l. 1. maledicus & obſcenus *Poeta*. hinc adagia : *Archilochum calcare*, id eſt, veſtigia ſequi; *patria Archilochi, edicta.* Cic. 1. Att. 15 id eſt, *maledica. Lacedemonij libros Archilochi e ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur.* Val. 1. c. 3. *cum Lacedæmonem cõmeaſſet, eadem hora expulerunt, quod ſatius eſſe arma proijcere, quã occumbere ſcripſiſſet.* Plut. *Licambe Neobulem* F. deſponſam ei negante, *epodon ex trimetris & dimetris* cõmentus, quo *ſocerũ*, & III. *filias* ita inſectatus, vt vna ad laqueum coegerit. G

CAP. V. Concordia dea. Agrigentinorum mira. Reſp. Dedicatio. Quæſtor. Loca ſepulturæ. Vota pro ſalute. Conſtans & Conſtantius Augg. Statio. Clariſſimi. Conſulares. P.S. nota. Ducenarij. Agens in rebus. Curſus Publici. H

114. CONCORDIAE) Deæ ædes, poſt D. *Gregorio de Rapis* ſacratæ, ad litus maris inter *nobiles reliquias* mõſtrantur. *Concordiæ* fanũ & *Syracuſis* in tab. 109. habuimus. Cic. *Syracuſis ara Concordiæ, quã concionaturi aſcendebant.* & Regij. tab. 366. Cui deæ primum fanum *Romæ* M. *Ful. Camillus* V. *Dict.* votum, ſeditione extincta in *Capitolio* dedicauit. Plut. illic *ſenaculum* erat. aliud *Flauius* vouit, *ſi populo reconciliaſſet Ordines, & cum ad id pecunia publica non decerneretur, ex multatitia fœneratoribus condemnatis*

A *ædiculam æream fecit in Græcoſtaſi*.Plin.33.c.1.item L.*Manlius* ob motum
in bello *Gallico*.aliud *Opimius Cos.deletis Gracbanis partibus,ſed tanta po-
puli diſcordia,quare noctu inſcriptum* : OPVS VECORDIÆ TEMPLVM
CONCORDIÆ FACIT.Plut.in Grac.aliud *Liuia* condidit.

AGRIGENTINORVM) in numis ΑΓΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. *Acragas* vrbs
Steph. a *præterfluēte amne*; alijs ab *Acragante Iouis* & *Asteropes Oceani*
nati F.dictæ. Cuius agri admiranda plura memoriæ mandata ſunt.Solin.
c.11.*In lacu Agrigentino oleum ſupernatat. hoc pingue haret arundini co-
mis de adſ.duo volutabro; e quarum capillamentis legitur vnguentū medicū
contra armentarios morbos. Nec longe inde collis Vulcanius,in quo qui di-
uinæ rei operantur,ligna vitea ſuper aras ſtruunt;nec ignis adponitur in hāc
congeriem, quum proſicias intulerint. ſi adeſt Deus ſacrorum probator; ſar-*
B *menta licet viridia,ignē ſponte concipiunt : & nullo flagrante halitu ab ipſo
numine fit incendium. ibi epulantibus adludit flamma.quæ flexuoſis exceſſi-
bus vagabunda, quem contigerit non adurit; nec aliud eſt,quam imago,nun-
cia perfecti rite voti*. Oleum adhuc innatat. vidi ipſe curante *Steph. Mon-
real* Equite nobiliſſimo, hoſpite meo. Strab.l.6. *Circa Agrigentum la-
cus ſunt guſtu quidem marino; at naturæ plane diuerſa, nam & natando in-
ſcij non ſubmerguntur;ſed lignorum inſtar ſupernatant*. Ariſt.de adm. *Poly-
critus,qui res Siculas carminibus compoſuit, loco mediterraneo ſtagnū eſſe
ait,ambitu ſuo ſcutum nihil excedens;aqua perlucida quidē,ſed paulo turbu-
lentiore, in quē ſi quis lauandi gratia deſcendat in latum extendi, quod ſi &
alter ingrediatur,amplius dilatari; adeo vt amplificatum ſpacium quinqua-
ginta etiam viros capiat.verum ad eam iam menſuram diffuſam ex imo in-*
C *tumeſcere; corporaq; lauantiū in ſublime rapta in humū proſternere, ac mox
priſtinæ anguſtiæ ſpacium contrahi*. Solin. c.11. *Salem Agrigentinum ſi igni
iunxeris diſſoluitur. cui ſi liquor aquæ proximauerit, crepitat veluti torrea-
tur*.Ibid.*Idem ager Agrigentinus eructat limoſas ſcaturigines,& vt venæ
fontium ſufficiunt riuis ſubminiſtrātibus, ita in hac Siciliæ parte,ſolo nunquā
deficiente,æterna reiectatione terrā terra euomit* Fazel.*Singulis fere luſtris
locus iſte furit, & cæli tempeſtate ſuborta, præmiſſoq; fragore maximo, ac
denſo nimbo, tāta huiuſcemodi luti cinerūq; moles exinde effluit, vt telluris
ſolum ad IV ferme cubitorum altitudinem excreſcat.Orificio ſi lineam etiam
magni ponderis infigas; quod non niſi magna vi ob oris anguſtiam fieri po-
teſta, vento ſubterraneo excuſſa extra ſtatim proſilit*.

RESPVBLICA) in lapidibus complures *Ciuitates Reip*.vocabulo,an-
D tiquiores ſub *Traiano* conſpicuntur. nec tamen mihi perſuadeo,eam *li-
bertatis ſpeciem* loqui, qua noſtrates hodie excellunt.mouet me quod in
earum albo & *minorum gentium* vrbes videam; quæ nec *libertatis acqui-
rendæ*,nec *tuendæ* pares fuiſſent.Denotat ergo ſolū *ciuitatis corpus*, quo
loco Cic.3. Ver. *Commune Miliadum* dixit. ibi Aſconius *Remp*. explicat.
huc facit lapis RESP.MILITVM PROVINCIALIVM. alia tamē men-
te numum apud *Goltzium* capio ΣΙΚΕΛΙΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ *Sicilienſiū Reſp*.
Ceterum in *Municipijs Reſp*. fuit,quæ ijſdem. quibus *Roma ſacerdotibus,
magiſtratibuſq;*,etſi diuerſa appellatione,regebantur.

LILYBITANORVM.) Λιλυβῆον *Attica* contractione, & Λιλυβεῖον E
Ionica reſolutione. hinc opidani *Lilybetani*, ac *Lilybitani*. & à Λιλυβαῖον *Dorico* dialecto *Lilybætani*, quo numi, & Cicero vtuntur.

DEDICANTIBVS.) Vlp.l.9.ff.de rer. diu. *locum publicum tunc ſacrū fieri, cū princeps eum dedicauit, vel dedicandi dediſſet poteſtatē*. lege *Curiata a populo* lectus, qui ſacraret. hinc *a domo Ciceronis* religio a *Pōtificibus* ſublata, quod *iniuſſu populi* ea dedicata eſſet. *IIviri & ædis locandæ* à populo mandati, *dedicantibus* illis, qui *opus inchoaſſent*. *Inchoare enim ſignificat perficere*. Seru. *Cn. Flauius Ædilis Curulis*, *Appi Cæci ſcriba* ædē conſenſu populi dedicauit, quod cum ægre ferrent *Patres*, *Cor. Barbatus* P.M. negauit *templū poſſe dedicari*, niſi a *Cos* aut *Imp*. Liu. Hoc *ius Senatus* & ſub *Claudio* tenuit. lap. PIETATI AVGVSTÆ EX S.C. QVOD FACTVM EST D. HATERIO AGRIPPA. C. SVLPITIO GALBA F
COSS. TI. CL. CAE. *dedicauit*. ſolebant vero *Coſs*. ſortiri vter dedicaret. *C. Iul Cæſar Cos*, *abſente collega*, *ſine ſorte* cū *Apollinis* ædem dedicaret, *Quintius* indigne tulit. *Ludi* tunc dabantur *ære publico*, & *priuato*. nam *M. Æmilio* petenti XX. M. æris a *Senatu* ad fanorum dedicationes data ſunt, quibus *ludos ſcenicos* fecit. *M. Iun. Bruto* ædem *Matris Magnæ* dedicante *ludi Scenici Megales* inſtituti ſunt. Dedicata quoq; & alia opera; *Marcelli* bibliothecam *Octauia* mater dedicauit. *Tiberius Diribitorium*, vbi miles *cenſus*, & *ſtipēdia* accepit. *Agrippa Septa*, vbi *Comitia Tributa* habebant. Eorū nomina operibus inſcribebantur. Arnob. *templa quæ tholis ſunt aureis*, & *ſublimibus elata faſtigijs*, *auctorum inſcrptionibus comprobantur*. *L. Cæſari Præt*. victo in *Africa Scipione* inter honores obtulere, *vt deleto Catuli nomine Cæſaris in Capitolio inſcriberetur*. Dio, 53. *C. Ma-* G
rius ædem *Honoris & Virtutis* victor *fecit veſte triumphali*, & *calceis punicеis*. Dedicaturis *Pontifices* verba præibāt hac formula: *Ades*, *ades Lucullе Seruili*, *dum dedico templum Ioui*, & *mihi præeatis*, *poſtemq; teneatis*. Cic. iſq; tunc, *poſtem tenebat*, *dare ſe dicareq; numini*, quod ab *alio neceſſe fuerat iam teneri*, & *ab humano iure diſcedere*. Ser. 3. Georg. eius ſignum, cui ſacrabatur *in medio templi ponebatur*, *quod templum tenere dicebatur*. Ser. in *templi* vel *aræ* definitione *legamina elixa pro primitiis offerebant*, & *victima maior plerunq; mactata*. Dedicantis *mens prompta* deſiderabatur, & *præeuntis* vox nec *impedita*; ne *balbutiens*, ne ſi *aberraſſet*, dedicatio irrita innouanda eſſet.

CORNELIO MARCELLO) mentio & huius in *Panhormitana* baſi. *Cornelia gens patricia* omnium ampliſſima in varias ſtirpes excreuit, in H
plebeias innumeras, & *patritias*, quarum præcipue tres: *Caſſorum*, qui & *Maluginenſes*, *Rutili*, *Arunæ* dicti, *Lentulorum*, & *Scipionum*, quorū XLV cognomina in *Onuphrio* recēsētur: *Æmilianus*, *Africanus*, *Aruina*, *Aſiaticus*, *Aſina*, *Augur*, *Balbus*, *Barbatus*, *Blaſio*, *Caluus*, *Caudinus*, *Cethegus*, *Cinna*, *Clodianus*, *Iſauricus*, *Lentulus*, *Lupus*, *Magnus*, *Maluginenſis*, *Mamercus*, *Mammula*, *Marcellinus*, *Maximus*, *Merenda*, *Merula*, *Naſica*, *Numantinus*, *Rufinus*, *Rutulus*, *Saluſtius*, *Scapula*, *Scarus*, *Surio*, *Serapio*, *Siſenna*, *Spinther*, *Sulla*, *Sura*, & dein *Vir optimus Conſ. Naſica*. In *Cornelüs* Ro-

A *mæ* inſtitutum mortuos cremari. nemo enim vſtus ante *Sullam Dictatorem, veritum vltionem, eruto C. Marij cadauere*. Plin. l. 7. c. 54.
(Q. PR. PR.) lego *Quæſtore pro prætore*, exploſa illorum lectione, qui *Quintum pro prætore* volunt. Firmat lapis apud *Grut.* p. 382. & 409. vbi id exprimitur. Significat *Quæſtorem pro prætore*, ſeu *Legatum* prouinciā regere. Vrſinus Q. P. *Quæſtori Prouinciali* exponit. *Quæſtores Varroni, qui inquirerent publicas pecunias, & maleficia*. Cum lege *Valeria Coſſ.* de capite *Ciuis iniuſſu populi dicere non licebat, IIviros capitalibus rebus* præficiebant, *parricidij quæſtores* Feſto, *perduellionis* Liuio, a quibus *Hor. Tergeminus* ficui ſuſpendendus iudicatus. *Romulo & Hoſtilio* quæſtores fuiſſe, illoſq; exactis regibus *perduellionis, falſi*, & ſimili iudicio inpoſitos, *ex Iun. Gracchano* comprobatur. Hoc munus dein, *Varrone* teſte, in
B *IIIviros Capitales* tranſijt, & in *perpetuarum quæſtionum Iudices* ſeu *Prætores*, quos & ſuo tempore *Cōquiſitores* nuncuparūt. *Ærarij Vrbani Quæſtores* dicti, quod apud hos *Cenſores* in *Ceritum tabulas* relatorum mulctas deponerent. Hic *honoris gradus* petebatur *annuis ſtipendijs* x, vitæ vero anno xxvii, Caſaub. xxiv expleto. in principū tamen filijs variatus eſt. Nec alterius magiſtratus compos, qui hunc non geſſerat. eo functus *ſuffragium in ſenatu* habebat, etſi *equeſtris* adhuc *ordinis*, necdum in *Senatū* adoptatus, *honores adeptus & e ſenatu eſſe* dictus, reliqui in eum *lecti Senatores*. Rei *monetariæ, frumentariæ*, Vrbiſq; *pecuniæ* præerāt, quas vti & *ſigna militaria, manubiaſq; in ærarium Saturni* recondebant. Apud hos *Impp.* triumphum orantes ſcriptum cæſorum hoſtium, ciuiumq; numerum iureiurando firmare cogebātur. Prima ſanctione *e Patricus* ele-
C cti, interdum *e Conſularibus*. Binis his cum duo *Militares lege Curiata* adijcerentur, *Tribuni pl.* V. cccxxxiii & ex *populo* duos creari obtinuerunt. Hi rem militarem comitabantur, *annonæ & attributæ pecuniæ*, quā a *Tribunis ærarijs* acceperant, *Legato, pro prætore, cohortiq;* ſtipendia erogaturi. item *priuatā* apud ſigna depoſitā curabant, rationē apud *vrbanos quæſtores* reddituri. Bellis deniq; *Punicis* viii creati, quorum ſex cum *Coſſ.* & *Prætoribus* per prouincias miſſi vectigalia in tabulas referebāt. Tunc quoq; *Prouinciarum quæſturæ* ſortitæ. Tacit. in Cn. Iul. Agr. *Sors quæſturæ Aſiam dedit.* Quandoq; ipſos, vti & *Prætores*, horumq; *Legatos* ad militares inprimis vſus, *aurū & argentum ſignaſſe* ex *Cic.* xiii fam. ep. *Ful. Vrſinus* in familijs monuit. *Vrbanis* præſtabant *lictorum & viatorum* comitatu, *& iure dicendi*. Rector prouinciæ ante ſucceſſoris aduentum decedens, ſæpe *Queſtori* ſuo, quo ipſe titulo adminiſtrarat, *prouinciam* re-
D liquit. In *Siciliam*, quæ duplex *Vetus* & *Noua*, bini *Quæſtores* proficiſcebantur, quorum hic *Lilybæi*, ille *Syracuſis* agebat. Vltra annum ſi *quæſiuiſſet*, nomine *Pro quæſtore* id officium gerebat. mortuo, aut ex Prouincia decedente eo cui munus commiſsū, *Legatus Pro quæſtore* erat. Fuit & *Quæſtor Candidatus*, qui *Impp.* epiſtolas, & orationes in ſenatu legebat, a *toga Candida*, vt Regum *Babyloniæ, & Ægypti* familiares, a *Purpura Purpurati* dicti. Nonulli eum putant, quem *Impp.* commendarunt.

116. Ἄκρων) *Zenonis F. Hippocrate* prior cū *Empedocle Athenis* docuit

Κριτει

Κρύπτει κουυνὸς ἄκρος) *abſcondit culmen ſummũ*. Iſiod.15.c.11. *Potentes aut ſub montibus, aut in montibus ſepeliebantur, inde tractum eſt, vt cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ ponerentur*. Lucã. 18. *& regũ cineres extructo monte quieſcunt*. Et ideo in lapide FECERVNT MONVMENTVM AEDIFICIO IMPOSITO. Monumenta *ad montes* vetuſta paſſim per *Siciliam* reperimus, inprimis *Pantalicæ* in ditione Cæ. *Caietani Sortini Marchionis, honoribus functi, III Prætoris Panhormi* vbi præruptis hinc inde *collibus* ab imo ad eorũ faſtigia vſq; ea exciſa. Quæ cum innumera ſint, qua ſublimioris, qua abiectioris ſortis mortalium *conditoria* fuiſſe iudicandum eſt. Sepulcris ſtruendis adeo *Agrigentini* dediti, vt nec quibuſdam *equis* in certamine probatis, & *auiculis* olim domi in delicijs negarint. Diod. E

117. PRO BEATITVDINE TEMPORVM) In numis *Conſtantini* FELICIA TEMPORA cum IV *pueris*, temporũ ſignis; *Pertinacis* LAETITIA TEMPORVM; *Conſtantis* FELIX TEMPORVM REPARATIO. & ſparſim FELICITAS TEMPORVM. SECVLI. PVBLICA. POPVLI ROMANI. IMPERII. PROVINCIARVM. Pro *beatitudine & ſalute* principum *aræ* ſtatutæ, *vota ſuſcepta, ſacra facta, numiſmata ſignata*. in numo *Cõſtantini* FELICITAS PERPETVA AVGEAT REM DOMINORVM NOSTRORVM, etiã *pocula libata*. *Auguſti* honoribus & hoc acceſſit, *vt in conuiuiis omnibus pro eius ſalute libarent*. In lap. AEDICVLA CONCILII DEORVMQ PRO SALVTE TI. CAESARIS. F

D. N.) Nomẽ hoc. vt *Dijs* tantum propriũ auerſati *Auguſtus, Tiberius, Traianus*, & tarde *Iulianus*. Eo tamen in lapidibus honorantur. D. N. IMP. ATGVSTI DIVI IVLI F. & *Traianus* paſſim, ſub quo & primum vſurpari hæc nota D. N. rarius exprimi conſueuit. AETERNO PRINCIPI D. N. FL. CLAVD. IVLIANO. VBIQ. VENERANDO. et. DOMINO ORBIS TERRARVM. Affectarunt vero *Caligula, Domitianus, Diocletianus, Nero, & legum parens Iuſtinianus*. LEGVM DOMINO. AEQVITATISQVE CTORI DOMITORI. GENTIVM BARBARARVM CONSERVATORI LIBERTATIS. D. N. FL. VALENTINIANO. DOMINVS MVNDI CONSTANTIVS. Pacatus *Theodoſium rerum omnium Dominum* dixit, Sidon. *rerum principem*. G

CONSTANTI ET CONSTANTIS) *Conſtantino* fatis functo, *Conſtantino* F. *Galliæ, Hiſpaniæ, Alpes Cotiæ, Britannia* ceſſit. *Conſtantio Oriens* cũ *Imperii ſede Byzantio*. *Cõſtanti Italia, Africa* cũ *Illyrico, Dalmatia, Macedonia, & Achaia*. Cum *Conſtantinus* fratrum *regnis* inhiaret, a *Conſtantis* copijs apud *Aquileiam* interficitur. *Conſtantius* ex *Fauſta* natus in *Criſpi* locum Cæſar, *Conſtantẽ* technis *Magnentii* ad *Helenam* opidum peremptum vindicat, *Gallum Cæſarem Orienti* impoſitum ſuperbientem ad *Murſiam* fudit, loco eius *Iuliano Galli* fr. adſcito. perijt febri apud *Mopſocrenem* vitæ XLIV. potentiæ XXIV. *Arrianæ* ſectæ addictus. H

STATIONEM) *Statio, Statiua* præſidia, vbi pars exercitus conſedit. *Stationarii milites*, qui ibi, & in *theatris* ludorũ die agebant. Tac. *Statio cohortis adſidere ludis ſolita dimouetur, quo maior ſpecies libertatis eſſet, vtq;*

miles

Digitized by Google

A miles theatrali licentia nō permiſſus incorruptior ageret, & plebs daret experimentū an amotis cuſtodibus modeſtiā retineret. Stationes, & loca recipiendis nauibus, a portibus diſtinctæ, quum in his & hiemari poterant. Stationes & Iudicum erant, in quarū vna de vitis, in altera ciuilia tractabant. Ariſtoph. cauſas agebant, ſtationiq; titulus appendebat elemento notatus, quas Iudices inter ſe ſortiebantur. In Capit. ſtatio Cæſarum, regia. Hic Statio eſt, vbi equi curſuales ſtabulabantur, hodie poſta vocatur.

ORFITVS) Præf. vrbi ſub Conſtantino, ſub Valentiniano exul ope Vulcatij Rufini redijt. Amm. DVLCITIVS) tribuns, & notarius Imperialium iuſſionum aduerſus Donatiſtas. Aug. 2. retract.

CONSVLARES) Principio erant, qui Conſulatu, vti quæſtorij quæſtura, ædilitij ædilitate, Decuriales decurionatu, Flaminio functi Flaminales,
B & Veſtamen. ſunt tamen qui pro minori flamine accipiũt: cū Ve grande paruum ſit. ita & VEPROCOS leges. Iidem & Ex conſule dicti, ſed annuo tantum ſpacio, pari formatione ex præf. prætorio, ex cubicularijs, exarchiatris, in ſaxis EXCONSVLARIS. EXPRAEPOSITIS. EX-PROCOS. Poſt & illius tituli ius fuit, qui ſine inſignibus poteſtatis, honeſtamentis nominis, & conſularibus ornamentis donati. Tac. eodem anno Cæſar effigiem Cn. Domitio patri, conſularia inſignia Aſconio Labeoni, quo tutore vſus fuerat, petiuit a Senatu. Suet. in Claud. c. 24. Ornamēta cōſularia etiā procuratoribus ducenarijs indulſit. Diſcrimen veri, & imaginarij conſulatus apud Tac. Veſpaſiano conſulatus cū Tito filio, prætura, Domitiano conſulare imperiū decernuntur. Ornamētorū Vop. in Aur. meminit. ita Valerianus ad Aurel. Cape tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales IV. coronas vallares
C V. coronas nauales II. haſtas puras X. vexilla bicoloria IV. tunicas ducales ruſſas IV. pallia proconſularia II. togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum; ſellam elaboratam. Nam te conſulem hodie deſigno ſcripturus ad ſenatum, vt tibi deputet ſcipionem, deputet etiā faſces. Hæc enim Imperator nō ſolet dare, ſed à ſenatu quādo fit conſul, accipere. Suet. c. 17. Veſpaſianus Cōſulares inopes quingenis ſeſtertijs ſuſtētauit. Demum Hadrianus quatuor Conſulares per omnē Italiam, a ſe quadripartitam, Iudices conſtituit, aut forte renouauit: M. Ant. Pius ab Hadriano inter quatuor Conſulares, quibus Italia committebatur electus, ad eam partē Italiæ regendam, in qua plurimum poſſidebat. Capit. Conſulares vocati, quod Cōſulari Imperio, & pleriq; e Cōſularibus eſſent. Illos in prouincijs ſecures, & faſces preibāt, in ſella Curuli iudicabāt: Caſ. 16. l. for. 20. alibi penula, & carpenti ſubuectione ornati. ad Symmachi vſque æuū durarunt. in Not. XV.
D Conſulares. In lap. hos legimus; Europæ & Franciæ, Germ. Superioris, Aſiæ & Helleſponti, Tuſciæ & Vmbriæ, Venetiarū & Hiſtriæ, Æmiliæ, Campaniæ Cum faſcibus, Prou. Viennenſis, Bæticæ Col. Daciæ Sarmaticæ, Luſitaniæ, Picenianus, Aquarum & Minuciæ, & Siciliæ. Domno Conſulari Siciliæ Conſtant. l. 19. C. de curſ. pub. ſcribit.

P.S) explico PROVINCIAE SICILIAE inuicto aliorū Panhormi 164 & Lilybæi 134 lapidū argumento, vbi eadē nota cum Conſulari iuncta hoc ſuadet. ſicq; trini incogniti hactenus in Sicula hiſtoria Conſulares patefiunt;

ſiunt;

Digitized by Google

ſunt ;*Vitraſius* nempe *Orſitus, Fl.Dulcitius, M.Val.Quintianus;* ac *Domitius Latronianus* Corrector. B
VV (C) *viri clariſſimi.Ordo Clariſſimus & ampliſſimus* pro Senatu, vti & nude *Clariſſimus* pro ſenatore paſſim in *vtroq;* Codice & Pand. libris capitur.Iſiod.l.9.c.4.*primi ordinis ſenatores dicũtur Illuſtres,ſecundi Spectabiles,tertij Clariſſimi.* idipſum & leges docent. Hi Ordines,arbitratu *Panciroli*,a *Cõſtantino* introducti, nec *Clariſſimatus* dignitas ante *Hadrianum* viguit. Clariſſimi quoq; *prouinciarum Præſides* dicti, & ſenatorũ coniuges. *Clariſſimæ* Vlp.l.8.ff.de ſen. *ſenatorum filiæ, quæ niſi clariſſimos viros ſortitæ ſunt, non habentur.*Lamp.in Heliog. *Solus omnium Imperatorum fuit, ſub quo mulier, quaſi clariſſima loco viri ſenatum ingreſſa*, paulo ante.*Vbi primum diem ſenatus habuit,matrem ſuam in ſenatum rogari iuſſit.* *Clariſſimam* dixit ne in femineo genere *Senatorẽ* appellet. etſi non extra E
Grãmaticorum leges, *nomina dignitatũ vtriuſq; generis eſſe*; ita in Sermo *ductor,ſenator,balneator,fullo,dux* Tac.in Agr.*perſuaſor*.l.2.ff.de S.C.Vell. F
defenſor apud *Caſſian*.l.8.ſic & *imperator, philoſophus* femina legitur.
DVCENARIO) Dio διακόσιοι. *Ducenarii Procuratores* ab *Auguſto* inuenti,inter *Agentes in Rebus* primarij,*ducenis* ſeu *ducenteſimæ colligendæ* in prouincijs præfuerant. Alciat. & Turn. Aliquibus dicti quod *ducena ſtipendia* mererent, vti *Duplicarij*,quibus *duplum ſtipendium* Liu. & ob *virtutem duplicia cibaria darentur*. Var.l.4. *Ducenariorum vero Iudicium decuria* erat. Suet.in Aug.
ACENTE IN REB.) antiquior hic eius ſub*Conſtantino* mentio.in libris Iuris tantum ſub *Valentiniano, Grat.* & *Theod.* memorantur.Videtur *Ducenarium* cum *Agente in Rebus* coniungere, ita vt dicatur *Ducenarius,& Centenarius Agens in Reb.* Hier.c.2.Abd. *Quos nunc Agentes in* G
rebus,vel veredarios appellant,veteres Frumentarios nominarunt. Vict.ſub Traiano.*remoto peſtilenti Frumentariorum genere (quibus nunc Agentes rerum ſimillimi ſunt) qui ad explorandum, annunciandumq; ecquid forte in prouincia exiſteret,inſtituti.Frumentarios*, Πυροφόροι & ἐξευγεταί, *Athenis* ab ἀλέω molo, ἀλιτρες,quod qui *domi molas & frumentum occulerent*, inquirãt. Gloſſa & *Hormiſda Pap.* in ep.*Magiſtrianos* appellãt.*Agentes in rebus* l.7.C. de priu eor.qui in ſac.pal.mil *plenũ vigiliarũ munus exercẽt.* Theod in Nou.de princ.ag in reb.*Agentiũ in rebus*,ait,*labores,& vigilias tantas eſſe, vt ſoli efficere videantur quidquid publici oneris eſt* ſinguli per *manſiones* mittebantur, *quibus inſpiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari*.l.4.C.de cur. & ſtat. & ne præter numerum in *tractatoria* H
cõprehensũ *vehicula, & equos agant*,& abſq; *ſacris apicibus currant*.Cap. de Pert.*Præfectus cohortis à M.Aurelio Imp.& Præſide Syriæ,quod ſine diplomatibus curſum vſurpauerat,ab Antiochia ad legatum ſuum ire coactus.* Agentes quibus *vel ſpacium commeatus,vel iniuncti negocij tempus emenſum,ad comitatũ reuerſi approbent cauſas neceſſariæ tarditatis*.Hon.& Th. l.15.C.de ag. in req. *In actu Reip. militare* dicti.Agens in reb.*in conſiſtorio,vt moris, aurum non expanſa chlamyde, ſed vtraq; manu cauata ſuſcipit.*Amm.l.16. In horum ſchola erant *Ducenarij* XLIIX. *Centenarij* CC.

biarchi

A *biarchi* CCL.*cõmeatum curantes,circitores* CCC.*equites* CCCCL. Leo.l.
3.de ag.in reb.iunctim MCCXLIIX.Veg.l.2.c.8. *quorum alij ſunt tribuni
ſcholarum,primiceru,ſenatores,ducenarij,trecenarij,biarchi,circitores,equi-
tes,tirones*.Grat.Val.& Th.l.4.C.de ag.in reb. *In ſchola Agentiũ in rebus
nemo facile ſub noſtra quoq; adnotatione ſpeciali prorumpat, niſi ſub maiore
ſcholæ parte quiſq; aduenerit probandus adſiſtat,qualis moribus ſit,vnde do-
mo,quam officiorum originem,ac ſortem fateatur. Noui quinquennio vacent
à primi quoq; honoris auſpicijs*. Ex his quodnam proprium illorum mu-
nus vix palam fit,ita vt credã nulli definitæ functioni,ſed *extra ordinẽ re-
bus* adhibitos.Horũ caput erat *Princeps agentiũ in reb*.cui licuit *in officio
habere Domeſticos vt Præſidi, Comiti,Duci*. l.6.C.de prin. ag. in reb.Poſt
prĩcipatũ *Comitiuæ primi ordinis cingulo in diẽ vitę potiti*.l.5.C.de ag.in
B reb.*inter adlectos conſulares habeantur*.Val.Th.& Arc.l.6.*ſit ſenator,meri-
to conſularibus adgregetur; ſed vt eum functio vlla non teneat, collatio non
defrudet*.Hon.l.3.C.de prin. ag. *Proconſularis apicis dignitatis adiectio-
ne principes agentium in rebus præcipimus decorari.* Caſſ. l.11. ep.35.*Cur
enim Agentiũ in rebus miles officij poſt tot labores incerto aliquid patiatur
ambiguum, qui crebris actionibus excubando ideo principis nomen habere
promeruit,quia militiæ ſacramentis ceteros antecellit? obſeruauit enim iugi-
ter imperialibus iuſſis,& vt reuerentiam prætorianæ ſedis extolleret,tunc ad
eius venit obſequium , quando vocabulum cepit habere præcipuum. Tales
ergo tardare piaculum eſt: quia poſt palmam nemo dilatus eſt*.Fuere & *Ho-
norarij Principum Agentium in rebus*.Th.&Val.l.14.de prin.agen.in re. *ſi
quis Agens in Rebus poſt* XXV. *ann. curricula ob aduerſam corporis vale-
C tudinẽ militiæ finem minime valuerit expectare,ſed ad honorariam ex Prin-
cipe dignitatem teſtimonio ſcholæ proſiluerit, hiſdem eum priuilegijs muniri
cenſemus,quibus hij,qui ad principatus actum progreſſi ſunt*.Hon.&Th.l.18
C.de ag.in reb.eadem cauſa *poſt* XX *annorum ſtipendia dignitatem princi-
patus honorariam mereri indulſit.*

P.P.CVRSVS PVBLICI)P.P.*Præfecti* nota.ſed hic lego *Præpoſito*.l.9.
C.de decur.*curſus publici præpoſiti*. Symm.*Curſuales præpoſiti. & manſio-
num*.l.21.C.de de cur. *Parochi* Var.in Seſqui-Vlyſ.dicti: *omnia erat idem
ſacerdos,prætor, parochus deniq;,idem ſenatus, idẽ populi caput.* hinc *ſolli-
citudo curſualis* l. 1. C. de cur. *curſuale obſequium*. l. 9. C. de remi. *Cur-
ſus Publicus & Curſus Fiſcalis*,*Clauicularis* vocatur.*Conſtantinus* l. 16. C.
Th.*in prouincia Sardinia, in qua nulli pæne diſcurſus veredorum, ſeu para-
D ueredorum neceſſarij eſſe cognoſcuntur , ne prouincialium ſtatus ſubruatur,
curſum pub.amputari decreuit*. Curſum pub. curabant *Stationarij*,vel *Cu-
rioſi*, Græcis λογοθέται, φροντιϛαὶ τȣ̃ δρόμȣ,vnde *equi Dromanarij*, qui &
Curagendarij appellãtur.*Via* verſus *meridiẽ* a *Meſſanenſi* ſuburbio *Za era*
ad rus *Trimoſteri* excedens,vulgo *Dromo* audit, vt me docuit *Ioſeph Beto-
nius ſummi conſilii vir*, mihi inprimis ſuſpiciendus. nomen forte potita
eſt, quod *Curſus publicus*,Græce δρόμος ibi eſſet.de quo ſupra dixi p.14.
Curſus pub. ſerui *Hippocomi*, quibus equorũ cura *Tabellarii*,*Tractatores*,
quibus abducendi equos ius. Ex his ille, quem *Theodoſius* habuit *animo*

F *habituq;*

Ὀρτυγία δέμνιον Ἀρτέμιδος *Ortygia cubile Dianæ.* hinc & *Diana Ortygia* E
cognominata eſt. Ac quia *Alpheus Arcadis, & Elidis* amnis deſiderio
Dianæ ad illam inſulam exiens, ibi commoratus fuerat, ideo iuxta *Alpheum ſtatuam, & fanum Dianæ Alpheæ* appellatione conſecrarunt.

81. ΜΑΤΕΡΩΝ) *matrum,* id eſt, *Dearum,* vel *Magnarum Dearum,* quarũ ope votis damnatis victoria obtigerat. Pind. Pyth. 3. per *Matrem Rheam* innuit. Is cum in quodam monte, vt eſt apud Scholiaſtem, prius audito ſtrepitu, & inſpectis flammis videret *lapideam Rheæ ſtatuam* ad ſe accedentem, *ſtatuam* huius pro ædibus ſuis expoſuit, miſſis *Delphis legatis,* & dato reſponſo Μητρὸς Θεῶν ἱερὸν ἱδρύσασθαι *matris deorum templum* ad ædes ſuas ſtatuit. Pauſ. l. 5. *Eleorum mulieres, vtpote quæ maritis erant iuuenibus nuptæ, deſolata* ob Hercule iam regione, *a Minerua dicuntur votis petijſſe, vt quamprimum cum viris concubuerint grauidæ fiant, & vt voti* F
compotes ſunt factæ templum Mineruæ, cognomento Matris condiderunt.

85.) *quadrum* hoc *pondo* eſſe dico, cuius paria apud *Gruterum* habentur. eius notas modo timide tento. 87. Q. SER.) *Q. Seruilius.*

88. ΓΟΡ. Α.) explano *Gorpiæo I.* *Gorpiæus* menſis *Macedonius,* & *Corinthius,* tertius a *ſolſtitio æſtiuo.* Hunc *Athenienſes,* vt Scholiaſtes, qui eum cum *Auguſto & Septembre* conciliat, βοηδρομιῶνα vocarunt. Alij *Atticis* ἑκατομβαιῶνα appellatum aſſerunt. cumq; eo menſe, qui in *plenilunio* fuit, cuius *nouilunium* proximius *ſolſtitio æſtiuo,* cum *Iunio* & *Iulio* coincidēte, *Athenis Olympia* celebrarint, *Syracuſani Olympici agonis* monumentum crediderim. *Syracuſis* autem *Corinthi* menſes vſurpati fuere, & illorum *ludi Iſthmij,* forte ob mutuam *cognationem.* vulgatũ enim eſt *Archiam Corinthum* eo *coloniam* deduxiſſe, ad locum diuitijs profuturum, talem enim ab *Apolline* petierat, vti *Miſcellus Archiuus Crotonẽ* G
conditurus locum ſalubrem.

ΠΑΝΑΜΟΥ) *Panamus* menſis *Bæotijs, Syracuſanis Carneus* a Plut. in Camil. *Metagitnion* dicitur. at Demoſtenes *Corinthiũ* eſſe refert, *Athenienſibus* βοηδρομιῶνα. Suidas *Romanorum Iulium, Macedonibus Panemũ* eſſe voluit. Plut. in Publ. *Septembrē*. Cenſeo vero hic duos menſes diuerſarũ gentium coniunxiſſe, ea ratione, qua apud nos *Germanos* quidam *veteribus & nouis faſtis* in ſuis literis vtuntur; vel potius ſententia *Clariſſimi Auſtriaci, Melchioris Idelphonſi Inchoferi* SOC. IESV, bimeſtris victoriæ, primo ſcilicet menſe *Gorpiæo,* & altero *Panemo* partæ argumentum.

93. NERATIVS PALMATVS) *Neratium Priſcum I. C. Hadriano* animus fuit ſucceſſorem relinquere, *vſq; eo vt Priſco aliquando dixerit:* H
cõmendo tibi prouincias, ſi quid mihi fatale contigerit. Spart. L. Neratius *pro delectamento habebat os hominis liberi manus ſuæ palma verberare. Eum ſeruus ſequebatur crumenã plenam aſſium portitans, & quicunq; depalmauerat numerari ſtatim ſecundum XII tabulas quinq; & viginti aſſes iubebat.* Gel. l. 20. c. 1. ETIAM) liquet ergo plura *Neratium* ſtruxiſſe. FRONTEM SCÆNAE) de Fronte Vit. l. 5. c. 8. *In Græcorum theatris non omnia iiſdem rationibus ſunt facienda, quod primum in ima circinatione, vt in Latino, trigonorum quatuor, in eo quadratorum trium anguli circi-*

nationis

Digitized by Google

A nationis lineam tangunt. Et cuius quadrati latus eſt proximum ſcenæ, præciditq; curuaturam circinationis ea regione deſignatur finitio proſcenij, & ab ea regione ad extremam circinationem curuaturæ, parallelos linea deſignatur, in qua conſtituitur frons ſcenæ, per centrumq; orcheſtræ proſcenij regione parellelos linea deſcribitur Tum. tribus centris ampliorē habent orcheſtram Græci, ſcenam receſſiorem, minoriq; latitudine pulpitū, quod λογεῖον appellant. Caſſiod. l. 4. var. 51. Frons autem theatri ſcena dicitur ab vmbra luci denſiſſima, vbi a paſtoribus inchoante verno, diuerſis ſonis carmina cantabantur, ibi actus Muſicus, & prudentiſſimi ſeculi dicta floruerunt. Seru. l. 1. Æn. Dicta ſcena ἀπὸ τῆς σκιᾶς, apud antiquos enim theatri ſcena parietē non habuit, ſed de frondibus vmbracula quærebant. Scena autē pars theatri aduerſa ſpectantibus, in qua ſunt regia. Et Georg. l. 3. apud maiores theatri
B gradus tantum fuerunt. poſt. Verſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis tunc erat, cum ſubito tota machinis quibuſdam conuertebatur, & aliam picturæ faciē oſtendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis, hac atq; illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Val. l. 2. c. 4. C. Pulcher ſcenam varietate colorum adumbrauit, vacuis ante picturam tabulis extentam. quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus prætexuit. Verſatilem fecerunt Luculli. Argentatis choragijs P. Lentulus Spinter adornauit. Etiam marmorea facta. Plin. l. 36 c. 15. M. Scaurus fecit in ædilitate ſua opus maximum omnium, quæ vnquā fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis deſtinatione: Theatrum hoc fuit, ſcena ei triplex altitudine CCCLX. columnarum in ea ciuitate, quæ ſex hymettias non tulerat ſine probro ciuis ampliſſimi, ima pars ſcenæ e marmore fuit,
C media e vitro, inaudito etiā poſtea genere luxuriæ. Sūmæ tabulis inauratis columnæ, vt diximus: Imæ duodequadragenū pedū ſigna æreia inter columnas, vt iudicamus, fuerūt tria millia numero. cauea ipſa cepit hominum LXXV millia. Genera ſcenarū tria erāt: Tragicæ deformātur columnis faſtigijs, & ſignis, reliquiſq; regalibus rebus. Comicæ autē ędificiorū priuatorū, & menianorū habent ſpeciē, perfectiſq; feneſtris diſpoſitis imitatione cōmuniū ędificiorū rationibus, Satyricæ vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſq; agreſtibus rebus in topiarij operis ſpeciē deformatis. Vit. 5. c. 8. Proſcenia autē ſunt pulpita ante ſcenā, in quibus ludicra exercētur. Seru. 2. Georg. ante Proſceniū dimiſſior orcheſtra chori, in qua & θυμέλη eſt, quæ aut tribunal quoddā, aut ara. poſt ſcenā vero ara ἀγυιεὺς eſt, ante ianuā & mēſa corollas ſuſtinēs, quæ aut θεωρὶς aut ſacra nominatur. Eleus autē menſa erat an-
D tiqua, quā aliquis vatis loco aſcendēs, choro reſpōdebat. Hipposceniū autē columnis & imaginibus ornatū erat, & theatrum conuerſum pulpito ſubiacens. Trium vero circa ſcenā ianuarum; media, regia, cauerna, aut domus inclyta, vel primum actum abſoluens dicitur. dextra vero ſecundi actus diuerticulū eſt. Sed ſiniſtra aut viliſſimam perſonam, aut templum deſolatum habet aut deſerta eſt. Pol. l. 4. c. 18. læua porta Deos marinos emittebat, Eumenides imis gradibus exiliebant, Dij ſuperi machinis ex edito deſcendebant, machina verſatilis στροφεῖον heroes in deos trāsferebat, Circumductiles fulmina dabant. aliæ ſpōte, vel leui impulſu, & nerui, & fili cōuerſione mouebantur.

Porro

Porro ludi *Scenici* C.*Sulp.Betico*, C.*Licinio Stolone Coſſ.* in peſte *placandi numinis cauſa* introducti. *verum vt eſt mos hominum paruula initia pertinaci ſtudio proſequendi, venerabilibus erga deos obſequijs iuuentus, rudi atq; incompoſito motu corporum iocabunda, geſtus dedit, eaq; res Ludium ex Hetruria accerſendi cauſam præbuit: cuius decora pernicitas vetuſto ex more Curetum, Lydorumq; (a quibus Hetruſci originẽ traxerunt) nouitate grata Romanorum oculos permulſit. Et quia Ludius apud eos Hiſtrio appellabatur, ſcenico nomen hiſtrionis inditum eſt. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit; a quibus primus omnium poeta Liuius, ad fabularũ argumenta ſpectantium oculos, & animos tranſtulit.* Val.l.2.c.1.

98. ΑΝΑΘΗΜΑ) proprie id, quod in fanis ſuſpenditur. Bud. item *vrbis ornamenta*, vt *fana, baſilicæ*. Hom. *ἀναθήματα δαιτὸς ornamenta conuiuij*

ΚΡΑΤΗΡΑ) vas vini diluti plenum, vnde bibituri hauriebant. Virg. *Crateras magnas ſtatuunt, & vina coronant.* Ath.l.11. *fama eſt, primos homines boum cornibus olim bibiſſe. liquet ex eo quod adhuc dũ aquæ vinũ permiſcent κεράσαι dicunt: & vas in quo vinum miſcetur crateram appellant ἀπὸ τοῦ κέρατος, quaſi κερατῆρα, quoniam in cornua potio fundatur. Manet etiam nunc cornuum ad hunc vſum fabrica:* Craterem, *& Ioui* ſolitum ſtatui *hoſtibus pulſis*, & *libertate ſeruata*, Heſychius docet. Apul.4. Flor. pro quouis *poculo* vſurpat. *Prima Cratera ad ſitim pertinet. II ad hilaritatẽ. III ad voluptatem. IV ad inſaniam. verumenimuero Muſarũ Cratera verſa vice quanto crebrior, quantoq; meratior, tanto proprior ad animi ſanitatẽ. Prima Cratera literatoris ruditatẽ eximit. II Grãmatici doctrina inſtruit. III Rhetoris eloquentia armat.* Poll.l. 6. c. 2. Crater *primus quidem Ioui Olympij, & Olympiorũ deorũ, ſecundus Heroũ, tertius vero Iouis Saluatoris. Delphorum* Crater *argenteus* capiebat *amphoras* LX. *Lacedemonorũ æneus* CCC. *Amphora* autẽ habet *vrnas* II, *modios* III, *ſemodios* VI, *congios* XX, *ſextarios* XLIIX, *heminas* XCVI, *cyathos* DLXXVI. Voluſ. de pond. Hic vero Crater *marmoreus anſatus* forſan II *amphoras, aut iumenti onus*, quod *Siculis Salma* dicitur, pro *ſagma*, quæ imponitur, *iumenta vt mollius vehant*. Iſiod.20.c.6. *Sagma quæ corrupte vulgo dicitur ſalma, a ſtratu ſagorũ vocatur; vnde & caballus ſagmarius.* *Crateris* ſimilitudinem cum referant foramina illa *viuacis ignis* in *Ætneo* apice, quorum vnum Plin. 3. c.8 XX *ſtadiorũ circuitu* definit, & *Palicorum lacus* inter *Menas* & *Leontinos*, vnde noxiæ illæ aquæ ebulliunt, *Crateres* dicti. vtroſque vidimus. *Ætneos* quidem menſe *Sextili*, comitatu accepto a *Car. Romeo, Viro nobili, patriæq; ſuæ ornamento*. Palicorum vero monente *D. Franciſco Brancifortio Petra-Pertiæ Principe, & Melitelli Marchione*, marito *Sereniſſimæ Ioannæ de Auſtria*. *De Palicis* Mac.l.5.ſat. c.19. *In Sicilia Symetus fluuius eſt. iuxta hunc Nympha Thalia compreſſu Iouis grauida, metu Iunonis optauit, vt ſibi terra dehiſceret. Quod & factum eſt. Sed vbi venit tempus maturitatis infantum, quos aluo illa geſſerat, recluſa terra eſt, & duo infantes de aluo Thaliæ progreſſi emerſerunt: appellatiq; ſunt Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quoniam prius in terram merſi, denuo inde reuerſi ſunt. Nec longe inde lacus breues ſunt: ſed in immenſum profundi, aquarũ ſcaturigine ſemper ebul-*

lientes

A *lientes; quos incolæ Crateras vocant, nomine Dellos adpellant; fratreſq; eos Palicorum extimant, & habentur in cultu maximo, præcipueq; circa exigendum iuxta eos iuſiurandum præſens, & efficax numen oſtenditur. nam quum furti negati, vel eiuſcemodi rei fides quæritur, & iuſiurandum a ſuſpecto petitur; vterq; ab omni contagione mundi ad Crateras accedunt; acceptoq; prius fideiuſſore a perſona, quæ iuratura eſt, de ſoluendo, eo quod peteretur, ſi addixiſſet euentus. Illic inuocato loci numine teſtatum faciebat, eſſe ita iurator, de quo iuraret. Quod ſi fideliter faceret, diſcedebat illæſus; ſi vero ſubeſſet iureiurando mala conſcientia, mox in lacu amittebat vitã falſus iurator. Hæc res ita religionem fratrum commendabat, vt Crateres quidem implacabiles vocarentur, Palici autem placabiles.* Crater item *Sinus Neapolitanus* nuncupatur.

B 105. COIR) alibi COER. pro *curauit.* nam OI & OE idem pene ac V ſonãt, vt POENICAS *Punicas*, OISVM OESVM *vſum*, MOEROS *muros*, MOENERA *munera*.

106. EXTINCTORI TYRANNICÆ) *Timoleon Timaneti F. Corinthus* patriæ tyrãnidis in *Timophane* fratre, & inde *Syracuſanæ*, *Dionyſio Iuniore Corinthum* in exilium damnato, *extinctori*, & mox totius fere *Siciliæ*, Icete *Leontinorum*, Mamerco *Catanenſium*, Hippone *Meſſanenſium*, Apollonide *Argyrenſium*, Nicomede *Centuripinorum*, & aliorũ *tyrannis* ſublatis, vel ad libertatem dandam coactis, *Siculæ quietis reſtaurator* extitit. quare *Syracuſis* ingentes ipſi honores decreti, *priuatam* enim, ibi vitam viuenti *domus e publico* ſtructa, *agerq;* collatus, ac *Patre patriæ* ſalutato, poſt obitum *annua certamina* memoriæ, libertatiq; celebrata.

C 107. ΠΛΕΘΡΟΝ) *Iugerum vocatur, quod vno iugo boum in die exarari poſſet. Actus in quo boues agerentur, cum aratur vno impetu iuſto. Hic erat* CXX *pedum, duplicatuſq; in longitudinem iugerum faciebat.* Plin. 18. c. 3. *Iugeri* pars minima dicitur *ſcrupulum*, id eſt, X pedes. *Iugerum* autem variaſſe, nec vbiq; CCXX. P. conſtetiſſe, hinc colligitur, quod *iugerum* CCCXI. *pedum donatum* in hoc ſaxo legatur. *Romulus nulli vltra bina iugera attribuit.* Plin. 18. c. 2.

108. COLONIA) eius *nomen ab agrorum cultura*. Hyg. de limit. Origo iam inde à *Romulo*. Cuius cauſſas VI Sigonius numerat. Priores *populos coercendi, hoſtium impetus* reprimendi, *ſtirpis augendæ, plebis* vrbanæ *exhauriendæ, ſeditionis compeſcendæ*, premijs *veteranos* milites afficiendi. addo ego *ſubueniendi* cauſſam, qui *Cenſum* nõ ſoluẽdo. Græci vero

D *Colonias* condidere; vel *victi*, Oraculo *iuſſi*, vel *populum auctũ* & *captos* abducendi, *Imperij* augendi, & *aeris* cũ ſalubriori mutandi ergo. *Deductionis* ſymbola in numis videntur: *ſignum cohortis, aquila legionis, aratrum, ſceptrum.* Duplicis autem generis Paterculo l. 1. ſunt; aut *Senatus* iniuſſu ductæ, quæ vel *Romanæ*, id eſt, *iure Quiritium*, ſeu *priuato ciuium Rom.* præditæ, vel *Latinæ*, quæ *iure Latij*, hoc eſt *ſuffragiorum poteſtate* inſignes; aut *Militares*, quæ *Veteranis* laboris premia diuiſæ, quarum multæ *Antonium*, & *Auguſtum* Bruto & *Caſſio* victis patrem agnoſcunt. Ab *Auguſtis* cõditæ *Auguſtæ* & *Auguſtales*, vel *deducentiũ* nominibus agnominatæ; vt:

AELIA

Digitized by Google

AELIA AVGVSTA MERCVRIALIS THAENIT. AELIA HADRIANA AVG. ZAMA. REGIA. AVRELIA ANTONIANA OVIL COPIA CLAVD. AVG. LVG. FLAV. IVL. AQ FLAVIA BARCIN. PIA FLAVIA CONSTANS EMERITA AVENTICVM. IVLIA AVG. AQVIS SEXTIS. IVLIA AVGVSTA PARMA IVLIA FANESTRIS. IVL. FANVM FORTVNA. IVLIA FELIX CLASSICA SVESSA. IVLIA GEMINA ACCITANA. AVREL. IVL. PATERN. NARB. MARTIA IVLIA SVTRIN. RICINIA HELVIA CONDITORE SEVERO AVG. CONCORDIA VLPIA TRAIANA AVG. FRVGIFERA HADRVMETINA. VLPIA TAMVCAS EX NVMIDIA. VLPIA TRAI. AVG. DACIC. SARMIZ. METRO. Et quamuis Tac. *Colonias ſedes ſeruitutis* dixerit, tamen nunquam dedecori fuit, eſſe *Pop. Rom. Coloniam*, cũ ipſa *ſimulacrum* quoddã *Romæ* euaderet, Gell. *ciuibus Rom.* incolis acceptis, quales *Iulius octuaginta millia* in colonias diſtribuit. Suet. Quo exemplo *Candia* in Inſula Creta iam olim *Venetos patritios* colonos ſuſcepit. Ipſam. quoq; *Byzantiũ alteram Romã, Coloniam Romanorũ* Pletho orat. de reb. Pelopon. dixit. Et *Cõmodus* inſanæ quadã gloriæ opinione *Romã Coloniam Cõmodianã* appellari voluit. Leges & quãdoq; *Coloniã* pro *Municipio*. Cic. *Placẽtia Coloniã Municipiũ* indigetat. Interdũ *Municipia Coloniæ*, & vice verſa fieri petiere. Proin Gel. F
l. 16. c. 13. noct. Att. *D. Hadrianus in oratione, quam de Italicenſibus, vnde ipſe ortus fuit, in ſenatu habuit, peritiſſime diſſeruit; mirari ſe oſtẽdit, quod & ipſi* Italicenſes, *& quædam item alia municipia antiqua, in quibus Vticenſes nominat, cum ſuis moribus legibusque viuere poſſent, in ius Coloniæ mutari geſtierint. Præneſtinos autem refert maximopere à Tiberio petiiſſe, oraſſeq; vt ex colonia in municipii ſtatum redigerentur.* Coloniam *oppidum* eſſe *Georg. Merula* cõtra Cic. negat. ſic Cic. l. Agr. in Rul. *operæ pretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocauerunt, vt ipſæ non oppida* Italiæ, *ſed propugnacula imperij eſſe viderentur.* item. *Capuam colonia deducetur, vrbem ampliſſimã & ornatiſſimam.* *Coloniarum* tandem iura *Conſtantinus* ſuſtulit ad magi- G
ſtratus promiſcue barbaris admiſſis. *In Sicilia autẽ*, inquit Mart. Capella, *Coloniæ quinque, vrbes ſexaginta tres.* At *doctiſſimus Cluuerius* IIX numerat: *Tauromeniũ, Catanã, Syracuſas, Heracleã, Thermas-Selinuntias, Panormum, Thermas-Himerenſes*, & *Tyndarim*.

110. TI. CL. CAE.) *TI.* & in numis quandoq; TIB. *Tiberium*, numquã *Titũ*, ſolũq; *Imperatorẽ notat.* alij omnes cũ cognomine, vt *Tiberius Iulianus*. Is *Ti. Cl. Druſi Aug.* ex *Liuia*, priuigni, & *Antoniæ F. Germanici Cæſaris Fr.* natus *Lugduni*, appellatuſq; *Ti. Claudius Druſus*. Suet. *Nero*, vt Dio. *Fratre maiore in Iuliã familiã adoptato Germanici cognomen aſſumſit.* Suet. c. 2. infans *varijs & tenacibus morbis conflictatus eſt; adeo vt animo ſimul & corpore hebetato, ne progreſſa quidẽ ætate vlli publico, priuatoq; muneri habilis exiſtimaretur. Diu etiã, atq; poſt tutelã receptã alieni arbitrij, &* H
ſub pædagogo fuit. Id. c. 3. Mater *portentũ eũ hominis dictitabat, nec abſolutũ à natura, ſed tantũ inchoatũ; ac ſi quẽ ſocordiæ argueret, ſtultiorẽ aiebat filio ſuo* Claudio. Idẽ *ſoror Liuilla cũ audiſſet quandoq; imperaturũ, tã iniquã & tã indignã ſortẽ populo Rom. palam & clare deteſtata eſt.* Cæſo. C. Ca. *Caligula* anno vitę L. a prętorianis *Imp.* ſalutatur. Vxores IV duxit *Plautiam, Hercanillam, Aeliam Petinam, Antoniæ M. Ant.* III*viri F.* matrem. *Valeriam Meſſalinam Octauiæ, & Germanici* mox *Britannici* cognominati matrem, & ijs repudiatis quartã *Agrippinam Germanici Cæſaris & Agrip-*

pina

A pinæ F. vnica humanæ felicitatis exemplum, vt quæ, Imperatoris nata, ſoror,
vxor, & mater extiterit. Veneno periit ab Agrippina boleto infuſo. quare
Nero minuens apotheoſin boletos cibum Deorum appellauit. Opera publica
multa perfecit, vt Aquæductum à Caio inchoatum; item emiſſarium Fucini
lacus, portumq; Hoſtienſem. Suet. c. 20. ex quibus Fucinum aggreſſus eſt,
non minus compendij ſpe, quam gloriæ, cũ quidam priuato ſumptu emiſſuros
ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri cõcederentur. Per tria autẽ paſſuum mil-
lia, partim effoſſo monte, partim exciſo, canalẽ abſoluit ægre, & poſt vndecim
annos, quamuis continuis XXX hominum millibus ſine intermiſſione operan-
tibus. Idcirco & Syracuſis ſimilia ſuſcepit.

112. Ἐπίχαρμος) Epicharmos aliqui duos faciunt; Coum Pythagoricum
Philoſophũ, Comœdiarum, & generis dicendi Epicarmij inuentorẽ, & Sicu-
B lũ. Hunc Plautus imitatus, Horatio in epiſt. ſcriptore. eius fabularũ Apol-
lodorus X volumina congeſſit. Ego vnũ tantum ſtatuerim Siculum nem-
pe. Cous vero dictus, quod ibi exularit, ab Hierone patrio ſolo interdi-
ctus. vixit ann. XC. Laert. iuxta alios XCVII.

Βάκχος) Bacchus Iouis ex Semele F. a Βακχεύειν incompoſite vociferari
nominatus. alijs à Bacche Nympha, quæ cum Brome ſorore eum educaue-
rat in monte Nyſa, Anyſa nutrice. Seru. ecl. 1. 6. Præ alijs dijs multino-
minis; Ægypti quidem Oſiris, apud Auſ. epig. Græc. 78. Myſtarum Pha-
naces, Bacchus inter viuos, inter mortuos Adones, Ignigena, Bicornis;
Titanicida, Dionyſius, Lucaniacis Pantheus. Et epiſt. 29. Phleon, Prortri-
ga, Staphylita, Omphacita, & apud Acheios Lampteris; cui Lampteria fe-
ſta agunt, faces noctu in templum ferunt, & vini crateras per totũ opidum
C ponunt. Pauſ. l. 8. Liber Pater dictus, quia vini paſſio liberas mentes faciat,
Indos vero viciſſe, quod hæc gens valde vino ſit dedita, duobus ſcilicet mo-
dis, ſiue quia feruor ſolis facit eos potare, ſiue quia ibi ſit Seraptenum vinũ,
vel Meroitanum, cuius vini tanta virtus eſt, quo vix quilibet ebrioſus ſexta-
rium toto menſe bibat. P. Fulg. Liberum Iuuen. Scholiaſtes dicit; quod libe-
ras fecit Bœotiæ ciuitates, & primus triumphauit. In lap. Maximus: DIIS
MAXIMIS BACCHO ET SOMNO HVMANAE VITAE SVAVIS-
SIMIS CONSERVATORIBVS. Eius miniſtri Sileni, Satyri, Bacchæ Le-
næ, Thyæ, Mimallones, Naiades, Tityri, Nymphæ. Scythæ non admiſerunt,
quod nefas ducerent, deum colere, qui ad inſaniam adigeret. Tert. apol. c. 6.
Librum Patrem cum myſterijs ſuis Conſules Senatus auctoritate non modo
vrbe, ſed vniuerſa Italia eliminauerunt. Pingitur Liber mulicbri, & delica-
D to corpore, propter mulieres in ſuo exercitu militantes. Euſeb. in Chr. Eius
ſacra ciſtis recõdita quouis triennio furioſe mouebantur totius Græciæ cõ-
curſu, e fanis in montes, ſolitudineſq; a Bacchis ad Orgia celebranda ge-
ſta. Fanum & Syracuſis habuit, in quo ſtatua Ariſtæi, Apollinis & Cyrenæ
Penei F. qui primus mel miſcuit vino. Plin. l. 14. c. 4. In Sicilia aliquandiu
ſubſtitit. Hic vbertate frugum, & multitudine pecorum adductus, ſolertiæ
ſuæ beneficia Inſulanis nota fecit, ideoq; ſummos Ariſtæo honores tum alij Si-
culi, tum inprimis, qui fructus oliuæ comportant, tanquam deo exhibuerunt.
Diod. l. 4. c. 84.

πελωρίς ἐν πόλει) *immani vrbe*. Tantæ enim *Syracuſæ*, vt CXXC *ſtadijs*, E
ſeu XXII. M. patuerint. Strab. l. 6. & V. vrbes fuerint. Hinc Pind. Pyth. 2. *μεγαλοπόλιες ὦ Συράκοσαι βαθυπολέμου τέμενος Ἄρεος*, *grandi vrbes bellicoſi delubrũ Martis* laudatæ. quo ſolo *μεγαλοπόλιες* vocabulo & *Athenas* Pyth. 7. extulit, ſed à numeroſis *πόλεσι vicis*. Primi enim *Attici* in varijs *δήμοις*, *curijs*, ſeu *pagis* degebant, quorum Ci XXIV Strab. l. 9. obſeruauit. Grandem & Flor. l. 2. c. 6. celebrat: *Tota inſula in vna vrbe ſuperata eſt, grande illud, & ante id inuictum caput Syracuſæ, quamuis Archimedis ingenio defenderetur, aliquando ceſſerunt. longe illi triplex murus, totidẽq; arces*. Scaliger ad Euſ. *maxima Europæ vrbiũ ſub Gelone & Hierone* floruiſſe cenſet. *Syracuſas* & locum palatij *Romæ Claudius*, ob pulcritudinem forte, nuncupauit. Suet. in Aug. c. 72. *ſi quando quid ſecreto, aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis, quẽ Syracuſas & τεχνόφυον vocabat*. ſimili ratione & inibi *Sicilia fuit*. Capit. in Pert. *ingreſſiq; porticus palatij vſque ad locum, qui appellatus Sicilia, & Iouis Cænatio*. Ibi & *Sũma Velia* legunt; quia apud *Victorẽ Cænatio Iouis* cum *Sũma Velia* iungatur. Notat *Varro* hunc ſui temporis morẽ, *villis delicata nomina* vſq; inde à *Græcia* petita, imponendi; vt *Pauſilypus*, *Academia*. F

113. *Μῶσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων*) *Muſæ ac Delius Apollo amarunt*. *Delos Cycladum inſula à Sicilia auulſa*. Lucian. in dial. Ibi quod *Apollo* natus, ſeu primo cultus, ſexq; menſibus reſpondit, *Delius* dictus. A *Pythio* inprimis *Archilochus* amatus, ita vt homicidæ eius *Callonidi Caraci militi Naxio*, ſeu vt apud Euſeb. *Archiæ* ſic locutus; *templum exi, famulum namq; Muſarum necaſti*. Qui belli vices obiectans, vbi *interficere* & *interfici* neceſſe ſit, *Pythius* iuſſit, vt *Archilochi* manes *Teleſiclei* F. cineribus propitiaret. quo facto ipſe placatus. Fuit autem *Archilochus* regnante *Romulo*. Cic. Tuſ. l. 1. maledicus & obſcenus *Poeta*. hinc adagia: *Archilochum calcare*, id eſt, veſtigia ſequi; *patria Archilochi*, *edicta*. Cic. 1. Att. 15 id eſt, *maledica*. *Lacedemonij libros Archilochi e ciuitate ſua exportari iuſſerunt. quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur*. Val. 1. c. 3. *cum Lacedæmonem cõmeaſſet, eadem hora expulerunt, quod ſatius eſſe arma proijcere, quã occumbere ſcripſiſſet*. Plut. *Licambe Neobulem* F. deſponſam ei negante, *epodon ex trimetris & dimetris* cõmentus, quo *ſocerũ*, & III. *filias* ita inſectatus, vt vna ad laqueum coegerit. G

CAP. V. Concordia dea. Agrigentinorum mira. Reſp. Dedicatio. Quæſtor. Loca ſepultura. Vota pro ſalute. Conſtans & Conſtantius Augg. Statio. Clariſſimi. Conſulares. P. S. nota. Ducenarij. Agens in rebus. Curſus Publici. H

114. CONCORDIAE) Deæ ædes, poſt D. *Gregorio de Rapis* ſacratæ, ad litus maris inter *nobiles reliquias* mõſtrantur. *Concordiæ* fanũ & *Syracuſis* in tab. 109. habuimus. Cic. *Syracuſis ara Concordiæ*, quã *concionaturi aſcendebant*. & *Regij*. *tab*. 366. Cui deæ primum fanum *Romæ* M. *Fur*. *Camillus* V. *Dict*. votum, ſeditione extincta in *Capitolio* dedicauit. Plut. illic *ſenaculum* erat. aliud *Flauius* vouit, *ſi populo reconciliaſſet Ordines, & cum ad id pecunia publica non decerneretur, ex multatitia fæneratoribus condemnatis*

ædiculã

Digitized by Google

A *ædiculam æream fecit in Græcoſtaſi*.Plin.33.c.1.item L.*Manlius* ob motum in bello *Gallico*.aliud *Opimius Coſ.deletis Grachanis partibus,ſed tanta populi diſcordia,quare noctu inſcriptum* : OPVS VECORDIÆ TEMPLVM CONCORDIÆ FACIT.Plut.in Grac.aliud *Liuia* condidit.

AGRIGENTINORVM) in numis ΑΓΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ. *Acragas* vrbs Steph. a *præterfluēte amne*; alijs ab *Acragante Iouis* & *Aſteropes Oceani* nati F.dictæ. Cuius agri admiranda plura memoriæ mandata ſunt.Solin. c.11.*In lacu Agrigentino oleum ſupernatat. hoc pingue hæret arundinū comis de adſiduo volutabro; e quarum capillamentis legitur vnguentū medicū contra armentarios morbos. Nec longe inde collis Vulcanius,in quo qui diuinæ rei operantur,ligna vitea ſuper aras ſtruunt;nec ignis adponitur in hāc congeriem, quum proſicias intulerint. ſi adeſt Deus ſacrorum probator; ſar-*
B *menta licet viridia,ignē ſponte concipiunt : & nullo flagrante halitu ab ipſo numine fit incendium. ibi epulantibus adludit flamma.quæ flexuoſis exceſſibus vagabunda, quem contigerit non adurit; nec aliud eſt,quam imago,nuncia perfecti rite voti*. Oleum adhuc innatat. vidi ipſe curante *Steph. Monreal* Equite nobiliſſimo, hoſpite meo. Strab.l.6. *Circa Agrigentum lacus ſunt guſtu quidem marino; at naturæ plane diuerſa, nam & natando inſcij non ſubmerguntur;ſed lignorum inſtar ſupernatant*. Ariſt.de adm. *Polycritus,qui res Siculas carminibus compoſuit, loco mediterraneo ſtagnū eſſe ait,ambitu ſuo ſcutum nihil excedens;aqua perlucida quidē,ſed paulo turbulentiore, in quē ſi quis lauandi gratia deſcendat in latum extendi, quod ſi & alter ingrediatur,amplius dilatari; adeo vt amplificatum ſpacium quinquaginta etiam viros capiat.verum ad eam iam menſuram diffuſam ex imo in-*
C *tumeſcere; corporaq; lauantiū in ſublime rapta in humū proſternere, ac mox priſtinæ anguſtiæ ſpacium contrahi*. Solin. c.11. *Salem Agrigentinum ſi igni iunxeris diſſoluitur. cui ſi liquor aquæ proximauerit, crepitat veluti torreatur*.Ibid.*Idem ager Agrigentinus eructat limoſas ſcaturigines,& vt venæ fontium ſufficiunt riuis ſubminiſtrātibus, ita in hac Siciliæ parte,ſolo nunquā deficiente,æterna reiectatione terrā terra euomit* Fazel.*Singulis fere luſtris locus iſte furit, & cœli tempeſtate ſuborta, præmiſſoq; fragore maximo, ac denſo nimbo, tāta huiuſcemodi luti cinerūq; moles exinde effluit, vt telluris ſolum ad IV fermè cubitorum altitudinem excreſcat.Orificio ſi lineam etiam magni ponderis infigas; quod non niſi magna vi ob oris anguſtiam fieri poteſt, vento ſubterraneo excuſſa extra ſtatim proſilit*.

RESPVBLICA) in lapidibus complures *Ciuitates Reip*.vocabulo,an-
D tiquiores ſub *Traiano* conſpicuntur. nec tamen mihi perſuadeo,eam *libertatis ſpeciem* loqui, qua noſtrates hodie excellunt.mouet me quod in earum albo & *minorum gentium* vrbes videam; quæ nec *libertatis acquirendæ*,nec *tuendæ* pares fuiſſent.Denotat ergo ſolū *ciuitatis corpus*, quo loco Cic.3. Ver. *Commune Miliadum* dixit. ibi Aſconius *Remp.* explicat, huc facit lapis RESP.MILITVM PROVINCIALIVM. alia tamē mente numum apud *Goltzium* capio ΣΙΚΕΛΙΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ *Sicilienſiū Reſp.* Ceterum in *Municipijs Reſp.* fuit,quæ iiſdem, quibus *Roma ſacerdotibus, magiſtratibuſq;*,etſi diuerſa appellatione,regebantur.

Digitized by Google

LILYBITANORVM.) Λιλυβῆον Attica contractione, & Λιλυβήϊον E
Ionica reſolutione. hinc opidani *Lilybetani*, ac *Lilybitani*. & à Λιλυβαῖον
Dorico dialecto *Lilybatani*, quo numi, & Cicero vtuntur.

DEDICANTIBVS.) Vlp.l.9.ff.de rer. diu. *locum publicum tunc ſacrũ
fieri, cũ princeps eum dedicauit, vel dedicandi dediſſet poteſtatẽ.* lege Cu-
riata a *populo* lectus, qui ſacraret. hinc *a domo Ciceronis* religio a *Põtifi-
cibus* ſublata, quod *iniuſſu populi* ea dedicata eſſet. *IIviri & ædis locandæ*
à populo mandati; *dedicantibus* illis, qui *opus inchoaſſent. Inchoare enim ſi-
gnificat perficere.* Seru. *Cn. Flauius Ædilis Curulis, Appi Cæci ſcriba* ædẽ
conſenſu populi dedicauit, quod cum ægre ferrent Patres, *Cor. Barbatus*
P.M. negauit *templũ poſſe dedicari*, niſi a *Cos* aut *Imp.* Liu. Hoc *ius Sena-
tus* & ſub *Claudio* tenuit. lap. PIETATI AVGVSTÆ EX S.C. QVOD
FACTVM EST D. HATERIO AGRIPPA. C. SVLPITIO GALBA F
COSS. TI. CL. CAE. *dedicauit.* ſolebant vero *Coſs.* ſortiri vter dedicaret.
C. *Iul Cæſar Cos, abſente collega, ſine ſorte* cũ *Apollinis* ædem dedicaret,
Quintius indigne tulit. *Ludi* tunc dabantur *ære publico, & priuato.* nam
M. *Æmilio* petenti XX. M. æris a *Senatu* ad fanorum dedicationes data
ſunt, quibus *ludos ſcenicos* fecit. M. *Iun. Bruto* ædem *Matris Magnæ* dedi-
cante *ludi Scenici Megales* inſtituti ſunt. Dedicata quoq; & alia opera;
Marcelli bibliothecam *Octauia* mater dedicauit. *Tiberius Diribitorium*,
vbi miles *cenſus, & ſtipẽdia* accepit. *Agrippa Septa*, vbi *Comitia Tributa*
habebant. Eorũ nomina operibus inſcribebantur. Arnob. *templa quæ tho-
lis ſunt aureis, & ſublimibus elata faſtigijs, auctorum inſcriptionibus compro-
bantur. L. Cæſari Prat.* victo in *Africa Scipione* inter honores obtulere, G
vt *deleto Catuli nomine Cæſaris in Capitolio inſcriberetur.* Dio, 53. C. *Ma-
rius* ædem *Honoris & Virtutis* victor *fecit veſte triumphali, & calceis pu-
niceis.* Dedicaturis *Pontifices* verba præibãt hac formula: *Ades, ades Lu-
culle Seruili, dum dedico templum Ioui, & mihi præeatis, poſtemq; teneatis.*
Cic. iſq; tunc, *poſtem tenebat, dare ſe dicareq; numini*, quod ab *alio neceſſe
fuerat iam teneri, & ab humano iure diſcedere.* Ser. 3. Georg. eius ſignum,
cui ſacrabatur *in medio templi ponebatur, quod templum tenere dicebatur.*
Ser. in *templi* vel *aræ* definitione *legamina elixa pro primitiis offerebant, &
victima maior plerumq; mactata.* Dedicantis *mens prompta* deſiderabatur,
& *præeuntis vox nec impedita, ne balbutiens*, ne ſi *aberraſſet*, dedicatio ir-
rita innouanda eſſet.

CORNELIO MARCELLO) mentio & huius in *Panhormitana* baſi.
Cornelia gens patricia omnium ampliſſima in varias ſtirpes excreuit, in H
plebeias innumeras, & *patritias*, quarum præcipue tres: *Caſſorum*, qui &
Maluginenſes, Rutili, Arunæ dicti, *Lentulorum*, & *Scipionum*, quorũ XLV
cognomina in *Onuphrio* recẽſẽtur: *Æmilianus, Africanus, Aruna, Aſiati-
cus, Aſina, Augur, Balbus, Barbatus, Blaſio, Caluus, Caudinus, Cethegus,
Cinna, Clodianus, Iſauricus, Lentulus, Lupus, Magnus, Maluginenſis,
Mamercus, Mammula, Marcellinus, Maximus, Merenda, Merula, Naſica,
Numantinus, Rufinus, Rutulus, Saluſtius, Scapula, Scarus, Surio, Serapio, Si-
ſenna, Spinther, Sulla, Sura*, & dein *Vir optimus Conſ. Naſica.* In *Cornelijs* Re

A *me* inſtitutum mortuos cremari. nemo enim vſtus ante *Sullam* Dicta-
torem, *veritum vltionem, eruto C. Marij cadauere.* Plin. l. 7. c. 54.
(Q PR PR.) lego *Quæſtore pro prætore*, exploſa illorum lectione, qui
Quintum pro prætore volunt. Firmat lapis apud *Grut.* p. 383. & 409. vbi
id exprimitur. Significat *Quæſtorem pro prætore*, ſeu *Legatum* prouinciā
regere. Vrſinus Q. P. *Quæſtori Prouinciali* exponit. *Quæſtores* Varroni,
qui inquirerent publicas pecunias, & maleficia. Cum lege *Valeria Coſſ.* de
capite *Ciuis iniuſſu populi dicere non licebat. IIviros capitalibus rebus* præ-
ficiebant, *parricidij quæſtores* Feſto, *perduellionis* Liuio, a quibus *Hor.*
Tergeminus ſicui ſuſpendendus iudicatus. *Romulo & Hoſtilio* quæſtores
fuiſſe, illosq; exactis regibus *perduellionis, falſi*, & ſimili iudicio inpoſi-
tos, *ex Iun. Gracchano* comprobatur. Hoc munus dein, *Varrone* teſte, in
B IIIviros *Capitales* tranſijt; & in *perpetuarum quæſtionum Iudices* ſeu Præ-
tores, quos & ſuo tempore *Cōquiſitores* nuncuparūt. *Ærarij Vrbani Quæ-*
ſtores dicti, quod apud hos *Cenſores* in *Ceritum tabulas* relatorum mul-
ctas deponerent. Hic *honoris gradus* petebatur *annuis ſtipendijs* x,
vitæ vero anno XXVII, Caſaub. XXIV expleto. in principiū tamen filijs va-
riatus eſt. Nec alterius magiſtratus compos, qui hunc non geſſerat. eo
functus *ſuffragium in ſenatu* habebat, etſi *equeſtris* adhuc *ordinis*, necdum
in *Senatū* adoptatus, *honores adeptus & e ſenatu eſſe* dictus, reliqui in eum
lecti Senatores. Rei *monetariæ, frumentariæ*, Vrbiſq; *pecuniæ* præerāt, quas
vti & *ſigna militaria, manubiasq; in ærarium Saturni* recondebant. Apud
hos *Impp.* triumphum orantes ſcriptum cæſorum hoſtium, ciuiumq; nu-
merum iureiurando firmare cogebātur. Prima ſanctione e *Patricus* ele-
C cti, interdum e *Conſularibus*. Binis his cum duo *Militares lege Curiata*
adijcerentur, *Tribuni pl.* V. CCCXXXIII. & ex *populo* duos creari obtinue-
runt. Hi rem militarem comitabantur, *annonæ & attributæ pecuniæ*, quā
a *Tribunis ærarijs* acceperant, *Legato, pro prætore, cohortiq;* ſtipendia ero-
gaturi. item *priuatā* apud ſigna depoſitā curabant, rationē apud *vrbanos*
quæſtores reddituri. Bellis deniq; *Punicis* VIII creati, quorum ſex cum
Coſſ. & *Prætoribus* per prouincias miſſi vectigalia in tabulas referebāt.
Tunc quoq; *Prouinciarum quæſturæ* ſortitæ. Tacit. in Cn. Iul. Agr. *Sors*
quæſturæ Aſiam dedit. Quandoq; ipſos, vti & *Prætores*, horumq; Legatos
ad militares inprimis vſus, *aurū & argentum ſignaſſe* ex Cic. XIII. fam. ep.
Ful. Vrſinus in familijs monuit. *Vrbanis* præſtabant *lictorum & viatorum*
comitatu, *& iure dicendi*. Rector prouinciæ ante ſucceſſoris aduentum
decedens, ſæpe *Quæſtori* ſuo, quo ipſe titulo adminiſtrarat, *prouinciam* re-
D liquit. In *Siciliam*, quæ duplex *Vetus* & *Noua*, bini *Quæſtores* proficiſce-
bantur, quorum hic *Lilybæi*, ille *Syracuſis* agebat. Vltra annum ſi *quæ-*
ſiuiſſet, nomine *Pro quæſtore* id officium gerebat. mortuo, aut ex Prouin-
cia decedente eo cui munus commiſſū, *Legatus Pro quæſtore* erat. Fuit
& *Quæſtor Candidatus*, qui *Impp.* epiſtolas, & orationes in ſenatu lege-
bat, a *toga Candida*, vt Regum *Babyloniæ, & Ægypti* familiares, a *Purpu-*
ra Purpurati dicti. Nonulli eum putant, quem *Impp.* commendarunt.

116. Ἄκρων) *Zenonis F. Hippocrate* prior cū *Empedocle Athenis* docuit

Κριτει

Κρύπτει κουμυὸς ἄκρος) *abſcondit culmen ſummũ.* Iſiod.15.c.11. *Poten-* E
*tes aut ſub montibus, aut in montibus ſepeliebantur, inde tractum eſt, vt ca-
dauera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ ponerentur.* Lucã. 18.
& regũ cineres extructo monte quieſcunt. Et ideo in lapide FECERVNT MONVMENTVM AEDIFICIO IMPOSITO. Monumenta *ad montes* vetuſta paſſim per *Siciliam* reperimus, inprimis *Pantalicæ* in ditione Cæ. *Caietani Sortini Marchionis, honoribus functi, III Prætoris Panhormit.* vbi præruptis hinc inde *collibus*, ab imo ad eorũ faſtigia vſq; ea exciſa. Quæ cum innumera ſint, qua ſublimioris, qua abiectioris ſortis mortalium *conditoria* fuiſſe iudicandum eſt. Sepulcris ſtruendis adeo *Agrigentini* dediti, vt nec quibuſdam *equis* in certamine probatis, & *auiculis* olim domi in delicijs negarint. Diod.

117. PRO BEATITVDINE TEMPORVM) In numis *Conſtantini* F
FELICIA TEMPORA cum IV *pueris*, temporũ ſignis; *Pertinacis* LAETITIA TEMPORVM; *Conſtantis* FELIX TEMPORVM REPARATIO. & ſparſim FELICITAS TEMPORVM. SECVLI. PVBLICA. POPVLI ROMANI. IMPERII. PROVINCIARVM. Pro *beatitudine & ſalute* principum *aræ* ſtatutæ, *vota ſuſcepta, ſacra facta, numiſmata ſignata.* in numo *Cõſtantini* FELICITAS PERPETVA AVGEAT REM DOMINORVM NOSTRORVM, etiã *pocula libata. Auguſti* honoribus & hoc acceſſit, *vt in conuiuiis omnibus pro eius ſalute libarent.* In lap. AEDICVLA CONCILII DEORVMQ PRO SALVTE TI. CAESARIS.

D.N.) Nomẽ hoc. vt *Dijs* tantum propriũ auerſati *Auguſtus, Tiberius, Traianus,* & tarde *Iulianus.* Eo tamen in lapidibus honorantur: D. N. IMP. AVGVSTI DIVI IVLI F. & *Traianus* paſſim, ſub quo & primum G
vſurpari hæc nota D.N. rarius exprimi conſueuit. AETERNO PRINCIPI D.N. FL. CLAVD. IVLIANO. VBIQ. VENERANDO. et. DOMINO ORBIS TERRARVM. Affectarunt vero *Caligula, Domitianus, Dioclctianus, Nero, & legum parens Iuſtinianus.* LEGVM DOMINO. AEQVITATISQVE CTORI DOMITORI. GENTIVM BARBARARVM CONSERVATORI LIBERTATIS. D.N. FL. VALENTINIANO. DOMINVS MVNDI CONSTANTIVS. Pacatus *Theodoſium rerum omnium Dominum* dixit, Sidon. *rerum principem.*

CONSTANTI ET CONSTANTIS) *Conſtantino* fatis functo, *Conſtantino F. Galliæ, Hiſpaniæ, Alpes Cotiæ, Britannia* ceſſit. *Conſtantio Oriens* cũ *Imperii ſede Byzantio. Cõſtanti Italia, Africa* cũ *Illyrico, Dalmatia, Macedonia,* & *Achaia.* Cum *Conſtantinus* fratrum *regnis* inhiaret, a *Conſtantis* copijs apud *Aquileiam* interficitur. *Conſtantius* ex *Fauſta* natus H
in *Criſpi* locum Cæſar, *Conſtantẽ* technis *Magnentii* ad *Helenam* opidum peremptum vindicat, *Gallum Cæſarem Orienti* impoſitum ſuperbientem ad *Murſiam* fudit, loco eius *Iuliano Galli* fr. adſcito. perijt febri apud *Mopſocrenem* vitæ XLIV. potentiæ XXIV. *Arrianæ* ſectæ addictus.

STATIONEM) *Statio, Statiua* preſidia, vbi pars exercitus conſedit. *Stationarii milites,* qui ibi, & in *theatris* ludorũ die agebant. Tac. *Statio cohortis adſidere ludis ſolita dimonetur, quo maior ſpecies libertatis eſſet, vtq;*

miles

Digitized by Google

A miles theatrali licentia nõ permiſſus incorruptior ageret, & plebs daret experimentũ an amotis cuſtodibus modeſtiã retineret. *Stationes*, & loca recipiendis *nauibus*, a *portibus* diſtinctæ, quum in his & *hiemari* poterant. *Stationes* & *Iudicum* erant, in quarũ vna de *viris*, in altera *ciuilia* tractabant. Ariſtoph. *cauſas agebant, ſtationiq; titulus appendebat elemento notatus*, quas *Iudices inter ſe* ſortiebantur. In Capit. *ſtatio Cæſarum, regia*. Hic *Statio* eſt, vbi *equi curſuales* ſtabulabantur, hodie *poſta* vocatur.

ORFITVS) *Præf. vrbi* ſub *Conſtantino*, ſub *Valentiniano* exul ope *Vulcatij Rufini* rediјt. Amm. DVLCITIVS) *tribunus, & notarius Imperialium iuſſionum aduerſus Donatiſtas*. *Aug*.2. retract.

CONSVLARES) Principio erant, qui *Conſulatu*, vti *quæſtorij quæſtura, ædilitij ædilitate, Decuriales decurionatu, Flaminio* functi *Flaminales*,
B & *Veſtamen*. ſunt tamen qui pro *minori flamine* accipiũt: cũ *Vegrande paruum* ſit. ita & VEPROCOS leges. Iidem & *Ex conſule* dicti. ſed annuo tantum ſpacio, pari formatione *ex præf. prætorio, ex cubiculariјs, exarchiatris*, in ſaxis EXCONSVLARIS. EXPRAEPOSITIS. EX-PRO COS. Poſt & illius tituli ius fuit, qui *ſine inſignibus poteſtatis, honeſtamentis nominis, & conſularibus ornamentis* donati. Tac. *eodem anno Cæſar effigiem Cn. Domitio patri, conſularia inſignia Aſconio Labeoni, quo tutore vſus fuerat, petiuit a Senatu*. Suet. in Claud. c.24. *Ornamẽta cõſularia etiã procuratoribus ducenariјs indulſit*. Diſcrimen veri, & imaginariј conſulatus apud Tac. Veſpaſiano *conſulatus cũ Tito filio, prætura, Domitiano conſulare imperiũ decernuntur*. Ornamẽtorũ Vop. in Aur. meminit. ita *Valerianus* ad Aurel. *Cape tibi pro rebus geſtis tuis coronas murales* IV. *coronas vallares*
C V. *coronas nauales* II. *haſtas puras* X. *vexilla bicoloria* IV. *tunicas ducales ruſſas* IV. *pallia proconſularia* II. *togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum; ſellam elaboratam. Nam te conſulem hodie deſigno ſcripturus ad ſenatum, vt tibi deputet ſcipionem, deputet etiã faſces. Hæc enim Imperator nõ ſolet dare, ſed à ſenatu quãdo fit conſul, accipere*. Suet. c.17. Veſpaſianus *Cõſulares inopes quingenis ſeſtertijs ſuſtẽtauit*. Demum Hadrianus *quatuor Conſulares per omnẽ Italiam*, a ſe quadripartitam, *Iudices conſtituit*, aut forte renouauit: *M. Ant. Pius ab Hadriano inter quatuor Conſulares, quibus Italia committebatur electus, ad eam partẽ Italiæ regendam, in qua plurimum poſſidebat*. Capit. *Conſulares* vocati, quod *Cõſulari Imperio*, & pleriq; e *Cõſularibus* eſſent. Illos in *prouincijs ſecures*, & *faſces* preibãt, in *ſella Curuli* iudicabãt: Caſ.16.l.for.20. *alibi penula, & carpenti ſubuectione ornati*. ad *Symmachi* vſque æuũ durarunt. in Not. XV.
D *Conſulares*. In lap. hos legimus; *Europæ & Franciæ, Germ. Superioris, Aſiæ & Helleſponti, Tuſciæ & Vmbriæ, Venetiarũ & Hiſtriæ, Æmiliæ, Campaniæ Cum faſcibus, Prou. Viennenſis, Bæticæ Col. Daciæ Sarmaticæ, Luſitaniæ, Picenianus, Aquarum & Minuciæ, & Siciliæ*. *Domno Conſulari Siciliæ* Conſtant. l.19. C. de curſ. pub. ſcribit.

(P.S) explico PROVINCIAE SICILIAE inuicto aliorũ *Panhormi* 164 & *Lilybæi* 134 lapidũ argumento, vbi eadẽ nota cum *Conſulari* iuncta hoc ſuadet. ſicq; trini incogniti hactenus in Sicula hiſtoria *Conſulares* patefiunt,

fiunt;

fiunt ;Vitraſius nempe Orfitus, Fl. Dulcitius, M. Val. Quintianus, ac Do- D
mitius Latronianus Correctores.
VV. CC.) viri clariſſimi. Ordo Clariſſimus & ampliſſimus pro Senatu, vti
& nude Clariſſimus pro ſenatore paſſim in vtroq; Codice & Pand. libris
capitur. Iſiod. l. 9. c. 4. primi ordinis ſenatores dicuntur Illuſtres, ſecundi Spe-
ctabiles, tertij Clariſſimi. idipſum & leges docent. Hi Ordines, arbitratu
Panciroli, a Cōſtantino introducti, nec Clariſſimatus dignitas ante Hadria-
num viguit. Clariſſimi quoq; prouinciarum Præſides dicti, & ſenatorū
coniuges. Clariſſimæ Vlp. l. 8. ff. de ſen. ſenatorum filiæ, quæ niſi clariſſimos
viros ſortitæ ſunt, non habentur. Lamp. in Heliog. Solus omnium Imperato-
rum fuit, ſub quo mulier, quaſi clariſſima loco viri ſenatum ingreſſa, paulo
ante. Vbi primum diem ſenatus habuit, matrem ſuam in ſenatum rogari iuſſit. E
Clariſſimam dixit ne in femineo genere Senatorē appellet. etſi non extra
Grāmaticorum leges, nomina dignitatū vtriuſq; generis eſſe, ita in Seruio F
ductor ſenator, balneator, fullo, dux Tac. in Agr. perſuaſor. l. 2. ff. de S. C. Vell.
defenſor apud Caſſian. l. 8. ſic & imperator, philoſophus femina legitur.
DVCENARIO) Dio διακόσιος. Ducenarij Procuratores ab Augu-
ſto inuenti, inter Agentes in Rebus primarij, ducenis ſeu ducenteſimæ col-
ligendæ in prouincijs præfuerant. Alciat. & Turn. Aliquibus dicti quod
ducena ſtipendia mererent, vti Duplicarij, quibus duplum ſtipendium Liu.
& ob virtutem duplicia cibaria darentur. Var. l. 4. Ducenariorum vero Iu-
dicium decuria erat. Suet. in Aug.
ACENTE IN REB.) antiquior hic eius ſub Conſtantino mentio. in
libris Iuris tantum ſub Valentiniano, Grat. & Theod. memorantur. Vide- G
tur Ducenarium cum Agente in Rebus coniungere, ita vt dicatur Ducena-
rius, & Centenarius Agens in Reb. Hier. c. 2. Abd. Quos nunc Agentes in
rebus, vel veredarios appellant, veteres Frumentarios nominarunt. Vict. ſub
Traiano remoto peſtilenti Frumentariorum genere (quibus nunc Agentes
rerum ſimillimi ſunt) qui ad explorandum, annunciandumq; ecquid forte in
prouincia exiſteret, inſtituti. Frumentarios, Πυροφόρους & σιτώνας, Athe-
nis ab ἀλέω molo, ἀλιτρούς, quod qui domi molas & frumentum occulerent,
inquirat. Gloſſa & Hormiſda Pap. in ep. Magiſtrianos appellāt. Agentes in
rebus l. 7. C. de priu eor. qui in ſac. pal. mil. plenū vigiliarū munus exercēt.
Theod in Nou. de princ. ag in reb. Agentium in rebus, ait, labores, & vigilias
tantas eſſe, vt ſoli efficere videantur quidquid publici oneris eſt. ſinguli per
manſiones mittebantur, quibus inſpiciendarum euectionum tantum debeat H
cura mandari. l. 4. C. de cur. & ſtat. & ne præter numerum in tractatoria
cōprehenſū vehicula, & equos agant, & abſq; ſacris apicibus currant. Cap.
de Pert. Præfectus cohortis à M. Aurelio Imp. & Præſide Syriæ, quod ſine di-
plomatibus curſum vſurpauerat, ab Antiochia ad legatum ſuum ire coactus.
Agentes quibus vel ſpacium commeatus, vel iniuncti negocij tempus emen-
ſum, ad comitatū reuerſi approbent cauſas neceſſariæ tarditatis. Hon. & Th.
l. 15. C. de ag. in req. In actu Reip. militare dicti. Agens in reb. in conſiſto-
rio, vt moris, aurum non expanſa chlamyde, ſed vtraq; manu cauata ſuſci-
pit. Amm. l. 16. In horum ſchola erant Ducenarij XLIIX. Centenarij CC.
biarchi

A *biarchi* CCL.*cõmeatum curantes,circitores* CCC.*equites* CCCCL. Leo.l. 3.de ag.in reb.iunctim MCCXLIIX.Veg.l.2.c.8. *quorum alij ſunt tribuni ſcholarum,primiceru;ſenatores,ducenarij,trecenarij,biarchi, circitores,equites,tirones.*Grat.Val.& Th.l.4.C.de ag.in reb. *In ſchola Agentiũ in rebus nemo facile ſub noſtra quoq; adnotatione ſpeciali prorumpat, niſi ſub maiore ſcholæ parte quiſq; aduenerit probandus adſiſtat,qualis moribus ſit,vnde domo,quam officiorum originem,ac ſortem fateatur. Noui quinquennio vacent à primi quoq; honoris auſpicijs.* Ex his quodnam proprium illorum munus vix palam fit,ita vt credã nulli definitæ functioni,ſed *extra ordinẽ rebus* adhibitos.Horũ caput erat *Princeps agentiũ in reb.*cui licuit *in officio habere Domeſticos vt Præſidi, Comiti,Duci.* l.6.C.de prin. ag. in reb.Poſt prĩcipatũ *Comitiuæ primi ordinis cingulo in diẽ vitę potiti.*l.5.C.de ag.in

B reb.*inter adlectos conſulares habeantur.*Val.Th.& Arc.l.6.*ſit ſenator,merito conſularibus adgregetur; ſed vt eum functio vlla non teneat, collatio non defrudet.*Hon.l.3.C.de prin. ag. *Proconſularis apicis dignitatis adiectione principes agentium in rebus præcipimus decorari.* Caſſ. l.11. ep.35.*Cur enim Agentiũ in rebus miles officij poſt tot labores incerto aliquid patiatur ambiguum, qui crebris actionibus excubando ideo principis nomen habere promeruit,quia militiæ ſacramentis ceteros antecellit? obſeruauit enim iugiter imperialibus iuſſis,& vt reuerentiam prætorianæ ſedis extolleret,tunc ad eius venit obſequium, quando vocabulum cepit habere præcipuum. Tales ergo tardare piaculum eſt: quia poſt palmam nemo dilatus eſt.*Fuere & *Honorarij Principum Agentium in rebus.*Th.&Val.l.14.de prin.agen.in re.*ſi quis Agens in Rebus poſt* XXV. *ann. curricula ob aduerſam corporis vale-*

C *tudinẽ militiæ finem minime valuerit expectare,ſed ad honorariam ex Principe dignitatem teſtimonio ſcholæ proſiluerit, hiſdem eum priuilegijs muniri cenſemus,quibus hij,qui ad principatus actum progreſſi ſunt.*Hon.&Th.l.18 C.de ag.in reb.eadem cauſa *poſt* XX *annorum ſtipendia dignitatem principatus honorariam mereri indulſit.*

P.P.CVRSVS PVBLICI)P.P.*Præfecti* nota.ſed hic lego *Præpoſito.*l.9. C.de decur.*curſus publici præpoſiti.* Symm.*Curſuales præpoſiti. & manſionum.*l.21.C.de de cur. *Parochi* Var.in Seſqui-Vlyſ.dicti: *omnia erat idem ſacerdos,prætor,parochus deniq;,idem ſenatus, idẽ populi caput.* hinc *ſollicitudo curſualis* l.1. C. de cur. *curſuale obſequium.* l. 9. C. de remi. *Curſus Publicus & Curſus Fiſcalis,Clauicularis* vocatur.*Conſtantinus* l. 16.C. Th.*in prouincia Sardinia, in qua nulli pæne diſcurſus veredorum, ſeu para-*

D *ueredorum neceſſarij eſſe cognoſcuntur, ne prouincialium ſtatus ſubruatur, curſum pub.amputari decreuit.* Curſum pub. curabant *Stationarij*,vel *Curioſi*, Græcis λογοθέται, φροντισαὶ τȣ̃ δρόμȣ,vnde equi *Dromanarij*, qui & *Curagendarij* appellãtur.*Via* verſus *meridiẽ* a *Meſſanenſi* ſuburbio *Za era* ad rus *Trimoſteri* excedens,vulgo *Dromo* audit, vt me docuit *Ioſeph Betonius ſummi conſilii vir*, mihi inprimis ſuſpiciendus. nomen forte potita eſt, quod *Curſus publicus*,Græce δρόμος ibi eſſet.de quo ſupra dixi p.14. *Curſus pub.* ſerui *Hippocomi*, quibus equorũ cura *Tabellarii,Tractatores*, quibus abducendi equos ius. Ex his ille, quem *Theodoſius* habuit animo

F *habituq;*

Digitized by Google

habituq; corporis fortiſſimum, qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus B
diebus perueniret ad terminos Romanorum & Perſarum, & rurſus totidem remearet ad Conſtantinopolim. Caſſiod. hiſt. ſac.

CAP. VI. Tranquillina Aug. Conſtantinus Aug. Felicis, Inuicti tituli. Corrector. Prouincia. Denouendi mos. Lilybæum Colonia. Hadrianus Aug. Prætor. Aedilis. IIIvir. Flamen. Ciuis. Decurio. Libertus. Senator.

122. TRANQVILLINA) *Miſithæi* F. *Gordiani Aug.* Vx. Patri *quadriga equorum* decreta, *& currus triumphalis & titulus huiuſmodi. Miſitheo eminenti viro, parenti principum, prætorii præfecto & totius vrbis, tutori Reip.* S.P.Q.R. *vicem reddidit.* Lamp. in Gord. III. In mortui ſoceri locum *Gordianus Philippũ Arabẽ* ſubrogauit, a quo mox ipſe ſublatus. quod & miles in epigraphe *Græce, Latine, Perſice, Iudaice* & *Ægyptiace* F
conſcripto innuit. *Diuo Gordiano victori Perſarum, victori Gotthorum, victori Sarmatarum, depulſori Romanarum ſeditionum, victori Germanorum, ſed non victori Philipporum.* Ibi.

123. CLEMENTISSIMO) nouitium *Imperatorum* epitheton, nec ante *Gallienum* in antiquis tabulis vſurpatum. poſt & EIVS CLEMENTIÆ DICATI, DEVOTI formulæ inuaſere.

FLAVIO. VALERIO CONSTANTINO) *Flauii Conſtantini*, & *Valentiniani* dicti vſq; ad Titum, item *Veſpaſiani* maiores & filij. T. FL. *Petronius municeps Reatinus* auus. FL. *Sabinus* patruelis a *Domitiano* cæſus, quod *comitiorum Conſularium* præco *Imp.* non vero Conſulẽ eum pronuntiaſſet. *Flauii prænomine* vſi *Longobardorum reges* incipiente *Antharo* an. DXV. *Conſtantinus* Britannus *Conſtantii Chlori* & *Helenæ* F. pa- G
tre denato *Gallias, Hiſpanias, & Cottias Alpes Cæſar* obtinuit. Viſa *crucis ſigni ignea columna Maxentium* ad *pontem Miluium* fudit. *Nicæam* contra *Arrium, Photinum, Sabellicum* ſynodum peregit an. CCCXX. *Byzantium* innouauit. *Iul. Criſpum* ex *Mineruia Cæſarem ſuſpectum ſtupri* cum *Fauſta nouerca* occidit, ipſa quoq; *feruenti balneo* extincta. bellum parans in *Perſas* iuxta *Nicomediam* in *Acyrone villa* deſijt vitæ, LXVI. Caſſ. *Imperii* XXX. Euſ. an. XXX. m. X. Corpus *Byzantium* relatum, ibiq; conditum.

FELICI) *Felix* & *Feliciter* in ſenatu *Impp.* acclamandi ſolennis formula. Titulum *Pii, Felicis, Inuicti* ſociate primum in *Antonino Vero*, *Feliciſſimi* in *Traiano* reperio. ante tamen in Plin. l. 5. ep. 18. *Nero feliciſſimus*. In *Cenſorini* tumulo circa *Bononiam* inciſa erant: FELIX. AD. OMNIA. INFELICISSIMVS. IMPERATOR. Treb. H

INVICTO) & hunc titulum *Traianus* ſuo exemplo ad ſucceſſores tranſmiſit: INVICTO. D. N. TRAIANO. Titulis mire gauiſus, quare *Conſtantinus* ipſum *herbã parietariã, ob titulos multos ædibus inſcriptos appellare ſolitus.* Vict. *Tetricus* ad Aurelianum: *eripe me his Inuicte malis. Inuictiſſimi* ſcripti *Arcadius* & *Honorius, Valens* & *Valentianus. Victorioſiſſimi Conſtantius, Iulianus*, & hic *Conſtantinus.* VICTORIIS. TRIVMPHISQVE. MAGNIFICVS Valentinianus. *Inu. Pii, Fel.* encomijs & menſes *Cõmodus* inſigniuit, etſi non certo conſtet quos, variant enim auctores.

A res. Caſſiod. *menſes ſuis appellari nominibus voluit, hoc modo: Amazoni us, Cõmodus, Auguſtus, Herculeus, Romanus, Exuperatorius, Inuictus, Pius, Felix, Lucius, Ælius, Aurelius.* BETITIVS) Romæ BETICIO PERPETVO V.C. CONSVLARI THVSCIAE E I VMB.

CORR) Idem ac *Legatus*. Papin. l. 20. ff. de off. præſ. *Legatus Cæſaris, id eſt, præſes, vel Corrector prouinciæ abdicando ſe non amittit imperiũ.* Ibid. l. 10. *de quibus cauſis vel præfectus vrbi, vel præfectus prætorio, item qs conſules & prætores, cæteriq; Romæ cognoſcunt, Correctorum & præſ. dum prouinciarum eſt notio.* l. 1. C. vt omn. iud. tam ciu. & mil. *Spectabilibus* inferiores declarat: *Nemo ex viris clariſſimis præſidibus, vel conſulibus, vel correctoribus, vel qui maioris adminiſtrationis inſulas meruerint; id eſt, viri Spectabiles, Proconſules, aut Præfectus Auguſtalis, aut Comes Orientis, aut*

B *cuiuslibet tractus Vicarius, aut quicunq; Dux, vel Comes cuiuslibet militis* (lego *limitis*, male gloſſa *militiæ*) *vel diuinarum comes domorum, ſpectabiles iudices, tam ciuiles, quam militares.* Eius *ornamenta muniaq;* Caſſ. l. 6. for. 21. hiſce habet. *Te illi prouinciæ Rectorem per illam iuriſdictionẽ noſtra mittit electio, vt reuera corrigere nitaris, quos tibi cõmiſſos eſſe cognoſcis. Chlamydi tuæ, procul dubio, intra alta clauos intende, quos ſcis non inaniter poſitos, hinc fit, vt cum publicum agentes purpuram cernerent, de vigore ſemper principis admonerent. tibi fiſcalium tributorum credita monſtratur exactio. Tu etiam ſenatorem ibi reſidentem iuberis audire, tu in præfectorum militem cum ipſius tantum conſcientia vindicare. Tuum nomen in ſubſcriptionibus iuſſeris honoratis prouincialibus anteferri, a principe frater vocaris, vt nobilitate precioſi nominis a vilitate criminum tolleris.* In No-

C titia *Vultus principũ* ipſi præfertur. Diocl. & Maxim. l. 4. C. de iur. & fact. ign. *virum clariſſimum, & amicum ſuum.* & Leo & Athenius *clariſſimũ moderatorem prouinciæ* vocant. Magiſtratus huius natalis penitus ignotus. *Fani-Fortunæ* ad fornicem *Auguſti trib. pot.* XXXIX *Corrector Flam. & Piceni L. Turcius Secundus Aſterio Apromani Præſ. Vrb. F.* legitur, ſed non ſine marmoris vitiati, vel tardius nominis intruſi ſuſpicione. Ceterũ vetuſtior eius memoria ſub *Aureliano* an. DN. CCLXXIII imperante. Is *Tetricum* quẽ triumphaſſet, *Correctorem totius Italiæ fecit; id eſt, Cãpaniæ, Samnij, Lucaniæ, Bruttiorũ, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ atq; Vmbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omniſq; ãnonariæ regionis* V. p. ſub *Diocletiano Iulianus Venetos correctura egit.* P. Vict. In lap. *Africæ, Venetiarũ & Hiſtriæ, Apuliæ & Calabriæ, Campaniæ, Illyrici, Italiæ Tranſpadanæ, Lucaniæ & Britio-*

D *rum, Tuſciæ & Vmbriæ, & Siciliæ Correctores* habentur. Ibidem *Ceionius Rufus Voluſianus Corrector Italiæ per annos octo* eſt. A *Cõſtantino Italia in* XVII regiones diuiſa. *Occidentis tres*, II. per Italiã, I. per Panoniã ſeu Sauiam, *Orientis* duo *Auguſtanicæ, & Paphlagoniæ Correctores* fuere. His ſublatis *Duces* ciuitatibus præpoſitos in l. *Caſ. Capacio V.C.* legiſſe memini. Quando *Sicilia* ſuum *Correctorem* acceperit auctores reticuere. ſub Conſtantino habuiſſe ex lapidibus *Siculis* innotuit.

PROV.) *Prouinciæ appellatæ, quod Populus Rom eas peruicit, id eſt, ante vicit.* Feſt. In ijs *ciuitates* aliæ *Fœderatæ*; vt in *Sicilia Mamertina & Tauromintana,*

minitana, aliæ *ſine fœdere*, *Immunes*, ac *Liberæ*, *vt Centuripina*, *Haleſina*, E
Segeſtana, *Halicienſis & Panormitana*, aliæ *Vectigales* ſeu *Stipendiariæ*. Pri-
ma Prouincia facta *Sicilia*, mox *Sardinia*. Pomp. de or. iur. primã *Sardi-*
niam ſcripſit. de illa Cic. 2. Ver. *Omnium nationum exterarum princeps Si-*
cilia ſe ad amicitiam fidemq; populi Rom. applicuit; prima omnium, id quod
ornamentum Imperij eſt, Prouincia eſt appellata: prima docuit maiores no-
ſtros quam præclarum eſſet exteris gentibus imperare; ſola fuit ea fide, bene-
uolentiaque erga populũ R. vt ciuitates eius inſulæ, quæ ſemel in amicitiam
noſtram veniſſent, nunquam poſtea deficerent; pleræq; autem & maxime il-
luſtres in amicitia perpetuò manerent. Itaq; maioribus in Africam ex hac
prouincia gradus imperij factus eſt: neq; enim tam facile opes Carthaginis
tantæ concidiſſent, niſi illud & rei frumentariæ ſubſidium, & receptaculum F
claſſibus noſtris pateret. Erant vero *Prouinciæ* vel *Conſulares* ſeu *Procon-*
ſulares, promiſcue bonis authoribus vſurpatæ. nec vt nonnulli falluntur
diſtinguendæ, vt obuius hic Dionis locus conuincit. *Auguſtus Conſulum*
appellatione reliquos, vt paci viciniores affecit, Proconſules dicens. Vel *Præ-*
toriæ, vel *Proprætoriæ* ſeu *Præſidiales*. Dio. l. 53. *Qui neq; conſulares, neq;*
Prætorij erant, ipſe Auguſtus *delegit, ac legatos ſuos & pro-prætores nomi-*
nat. poſt & *Præſides* ac *Legati*, Spart. in Had. *Conſules & Proconſules Au-*
guſti dicti. & hoc forte loquẽdi more mirè obſcurus *Capitolini* locus de
M. Ant. illuſtratur. ſequens eſt: *Prouincias ex Proconſularibus Conſula-*
res, aut ex Conſularibus Proconſulares, aut Prætorias pro belli neceſſitate fe-
cit. Vbi *Proconſulares Auguſti*, *Conſulares Senatoriæ* prouinciæ intelli-
guntur. Erant & *Præfecturæ*, quæ *Conſularibus* viris datæ. Dio. Auguſtus, G
qui extra Italiã imperarent, quaſi eorũ locumtenentes Præfectos appellauit.

DEVOTVS NVMINI) formula in ſaxis ſub *Traiano* nata. Crede-
bant priſci vitam poſſe redimi, ſi pro eo alter tanquam *hoſtia ſuccidanea*
necem ſubiret. ſic *Decij, pater, fil*. & *nep*. pro ſalute *legionum* Rom. hoſti-
um vi ſe obiecerunt; proinde Lucano *luſtrales belli animæ* dicti. ſic *Nero*
cum *ſtellam crinitam* pernicioſi quid protendere ſibi iudicaret, doctus
ſolere Reges talia oſtenta cęde aliqua illuſtri expiare, atq; à ſemet in capita
procerum depellere, nobiliſſimo cuiq; exitium deſtinauit. Hinc vt principũ I
ægrotantium fata producantur *Gladiatores* compluries commiſſi. Suet.
de Calig. c. 4. *vt in aduerſam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis*
circum palatium, non defuerunt, qui depugnaturos ſe armis pro ſalute ægri,
quiq; capita ſua titulo præpoſito vouerent. Dio. l. 9. P. *Afranius Potitus &* H
Atanius Secũdus iureiurãdo ſe obſtrinxere, vita ceſſuros ſi *Caio* valetu-
do rediret. quod & præſtitum. *Traiano* Dacio bello periclitante duæ le-
giones pro eius ſalute capita deuouerunt, *Bellonarij* quoq; ſeu *Bellonæ ſa-*
cerdotes, vt eſt apud Tert. apol. c. 28. ſanguinem ſe ideo fundere dicebãt.
Pari obſeruantia in *Canarijs* inſulis ab *Aloyſio Cadamuſto* mos animad-
uerſus eſt, noui principis beatitudinem morte vouendi. Olim apud *Ger-*
manos noſtros ſæpe crudeles pugnæ cum *vrſis*, *leonibus*, & eius notæ fe-
ris animalibus initæ *infrenis amicæ* odio corrigendo. & ita procos in a-
moris obſequium eas flexiſſe Saxo Gram. refert.

MAIE-

Digitized by Google

A MAIESTATI) quaſi quod eſt *maius*. verbi proprietate inſpecta ſoli *Immortali Numini* competit, quod omnibus, quæ *magna, maius* eſt. Val. Max. *longum & beatum honorē* dixit. Eſtq; ex ijs, quibus nulla vox apud *Græcos* par & ex æquo congruens. Gloſſa vertit μεγαλειότης, quæ *magnificentia*, vel *magnitudo* eſt, nō *maieſtas*. Caſ. Cultus etiam qui nonnullis naturæ lege exhibetur *Maieſtas* dicitur. vt *Maieſtas matronarum*. Plin. l. 9. *maieſtas pueritię*. Alia notione *Liberę Reip.* titulus *Maieſtas Pop. Rom.*

124. COIHELY)legendum omnino eſt COL. *coloniæ* AELII AVG. *Auguſti*. æui vitio literæ L pede & A apice abraſo, vnde I & H remāſere. hinc *Lilybæi vrbis inexpugnabilis*. Diod. l. 36. ecl. 6. *coloniæ ductor* proditur. is eſt P. *Ælius Hadrianus*. Hoc eodē nomine *Hieroſolymā* a ſe innouatā *Æliam* indigetauit. & iſtud gloriæ ſpe, cui adeo ſtuduit, vt & vitā a

B ſe ſcriptam libertorum ſuorum nominibus vulgari voluerit. Aur. Vict. *Prouincias omnes pede circumiuit*. & vt aliqui, *nudo capite* durioris hiemis & imbrium diebus. Spart. *Montem Ætnam bis aſcendit*. Suid. Eo ingenio fuit, vt *mortuis etiam inuideret. Homeri quidem certe gloriam extenuare, & Antimachum illius loco celebrare inſtituit*. Vict. Et *vti locupletibus mos palatia extruere, curare epulas, ſigna, tabulas pictas, poſtremo omnia ſatis anxie proſpicere, quæ luxus laſciuię; eſſent*. Caſſ. *Auiola & Panſa Coſſ. reliqua tributorum vrbibus relaxauit chartis publicis incenſis, plurimos etiam ipſis tributis liberos fecit. Panuinio* rationes ſubducente XX cum dimidio *milliones auri remiſit*. hinc in numo, vbi coram eo ſedente e ſinu pecuniā miſſam duo infra excipiunt LOCVPLETATORI (in alio RESTITVTORI) ORBIS TERRARVM. S. C. Morbo ſubcutaneo e

C viuis ſublatus vulgare hoc Græcorū repetēs *multi medici regē perdidere*.

125. FAB) *Fabia* ruſtica tribus. P R) *Prætor*. de *Prætore Siciliæ* ſingularis *conſtitutio* CIV inter *Iuſt. Nouellas*. Iſiod. 9. c. 4. *Prætores quaſi præceptores, & ciuitatis principes*. Cic. 3. de ll. *Iuris diſceptator, qui priuata iudicet, iudicari iubeat Prætor eſto: is iuris ciuilis cuſtos eſto, huic poteſtati parento. Comitūs centuriatis* à populo paribus, quibus Cōſul auſpicijs captus. hinc *Coſſ. collega* dicitur. Cic. 9. Att. ep. 11. Prætores *ita rogentur vt collegæ Coſſ. ſint*. Hic antequam *Saluius Iulianus* I. C. prætorum *edicta* vna faſce congereret titulis diſtinctis, *iuris a ſe dicundi formulam* in albo domi proponebat, quæ etſi *annua*, tamen Cic. in Ver. *Perpetuum Edictum, Ius* quoq; *Honorarium* dictum; *quod qui honores geſſerunt, auctoritatem huic iuri dederunt*. Eius tribunal *ara legum, & ſubſellia iudicū*. Ci-

D cero. Primo vnus tantū an. V. CCCXXCV introductus, *cum conſules auocarentur bellis finitimis, neq; eſſet, qui in ciuitate ius reddere poſſet, factum eſt, vt Prætor quoq; crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quod in vrbe ius redderet*. Pomp. de orig. iur. hic *Maximus* vocatus, Feſt. reliqui *Minores*. De eo Cenſorinus: *Prætor Vrbanus qui nunc eſt, quiq; poſthac erit duos lictores apud ſe habeto, vſq; ſupremum ad ſolis occaſum inter ciues dicito*: Inde vltra X diē vrbe abeſſe nō poterat. Hic *quoties terra in Vrbe mouiſſet, ferias aduocata cōcione* indixit. Suet. in Cl. c. 22. Creſcente verò peregrinorū turba, Pōp. eod. tit. *Peregrin⁹, qui ius plerunq; inter peregrinos reddebat*,

bat, & vt nonnulli credidere ex *Vrbani præſcripto*. Ambas quandoq; iuriſdictiones vnus ex S.C. exercebat. Ad quod exemplum *Prouinciæ Prætoriæ Vrbanæ*, & *Peregrinæ* factæ. *Sicilia* & *Sardinia* circa an. DXIX in prouinciæ formã redactis duo, & mox *vtriq; Hiſpaniæ* tot *Prætores* præfecti, qui principio *ius dixere*, mox & *exercitum duxere*. hinc & *Imperatores* appellati. Cic. in Piſ. *hic Vulturius, ſi dijs placet, Imperator Prouinciæ*. Duos alios poſt fide hiſtorica *Sulla* adiecit, etſi Pomp. de orig. iur. IV. *de falſo, parricidio, ſicarijs, iniurijs* nominet. Errorem hunc Concinnatorum ff. *Pighius* ſcribit. II *Cereales Cæſar* inuenit, tot *Claudius Fidecõmiſſarios Titus* vnum ademit. de *fidecommiſſo minori* dicebat, vt Cos. de *maiori*. *Fiſcalem* Nerua, *qui inter fiſcum, & priuatos ius diceret*. Pomp. de orig. iur. Ordinario X *Hotomanus* credit. *Cæſar* libidine ſua Remp. regẽs modo XII, modo XIV dedit, *Auguſtus* XVI. E

AEDILI) triplices Ædiles: *Plebis*, *e ſacro monte* plebi reduci a patribus an. V.CCLX cõceſſi, vt *annui bini* legerentur *miniſtri, ſocij & iudices Tribunorum*. Cic. 3. de LL. *Ædiles coeratores vrbis, annonæ, ludorũ ſolemnium, olleiſq; ad honoris amplioris is primus aſcenſus eſto*. Illorum omnis *frumẽtariæ Minuciæ diſciplina, pondera corrigere, popinas inhibere, de aleæ luſu cognoſcere*, & ſtupro. Tac. l. 2. an. *cautumq; ne quæſtũ corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus eques Rom. fuiſſet; nam Viſtilia prætoria familia genita, licentiam ſtupri apud Ædiles vulgauerat more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant*. plus lege definiti *agri poſſidentibus diem dicere, in facta dictaq; fœda inquirere, aquæductus, cloacæ, vt mũdæ perſtent*, ſtatuas ponere. Cic. de nat. deor. *Tanquam ædilis aliquis ornaret mundum ſignis, & luminibus*. item *verrendæ viæ* cura. Suet. in Veſp. c. 5. *Cum ædilem eum C. Cæſar ſuccenſens propter curam verrendis vijs non adhibitã, luto iuſſiſſet oppleri, congeſto per milites in prætextæ ſinũ non defuerunt, qui interpretarentur quãdoq; proculcatã, deſertamq; Remp. ciuili aliqua perturbatione in tutelã eius, ac veluti in gremium deuenturam*. *Plebiſcita* in æde Cereris aſſeruabant, vbi ante *Quæſtores* S.C. Liu. l. 3. *M. Horatio & Val.* Coss. *inſtitutum, vt ſenatus conſulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ antea arbitrio conſulum ſupprimebantur, vitiabantur*. In *Eloralibus* ab eis *fabæ, ciceres, omniaq; ſemina ſpargebantur in populum, vt tellus, velut muneribus ſuis placaretur*. Pſeud. Cornutus in Perſ. Auguſtus *negotium Ædilibus dedit, ne quem poſthac paterentur in foro, circoq; niſi poſitis lacernis togatam conſiſtere*. Suet c. 40. Ædilitas honorum initium. Cic. 1. Ver. *Ego autem ædilis, hoc eſt, paulo amplius, quam priuatus*. Creati *comitijs Curiatis*, demum *Tributis*. Sine *lictoribus* erant, ſtipati tantum *ſeruis publicis*. Gel. 13. c. 13. aliquando Vrbe peſte laborante *maieſtas conſularis ad ædiles plebis decidit*. Liu. Obſeruauit Dio. l. 53. retro inſolitum *mortuo ædili C. Calphurniũ ante ædilem curulem ſucceſſiſſe*. Hæc poteſtas mire a Cl. *Nerone acciſa*. Tac. an. 13. *Cohibita artius & ædilium poteſtas, ſtatutũ quantũ Curules, quãtum plebei pignori caperent*. *Ædiles Curules*, quorum hæc origo: an. V. CCCXCVI. *Feriæ vt Latinæ fierent, & dies vnus ad triduum adijcerent*, F G H

recuſan-

A *recuſantibus id munus*(ob diſſidiū cū *Patribus*)*Ædilibus*. *conclamatū à patricijs eſt iuuenibus, ſe Deū immortaliū cauſa libenter acturos, vt ędes fierēt, quibus cum ab vniuerſis gratię actę eſſent, factum S.C. vt duos viros ędiles ex patricijs Dictator populū rogaret.* Liu.l.6.Mox quærētibus *Tribunis Pl.* ſtatutum, vt alternis ex Patricijs & Plebe eſſent.multa eis cum *plebeis* communia; *ædes* enim *publicas & priuatas, annonā & ludos* curabāt, ſed magnos, & hos de ſuo. quare multi *Ædilitatem* haud ambiuere.Capit de Gord *Queſturā magnificētiſſime geſſit ędilitatis ſuę tēpore.XII populo Rō. munera, id eſt per ſingulos menſes ſingula de ſuo exhibuit, ita vt gladiatorū nonunquā quingena paria exhiberet, nunquam minus centenis quinquagenis. feras Libycas vna die C. exhibuit, vrſas vna die mille.* Sella Curuli ſedebant. K. ian. iuris à ſe formulā dicundi, vt *Pretores* edicebāt. ab *Ædilibus*.
B *Curulibus damnatis aliquot pecuniarijs via à Martis ſilice Bouillas perſtrata eſt.* Liu.l.10.etiā *Edictū de funeribus habebant*.Cic.9.Phil.Sub his *Pręf. annonę*. Et *Ædiles Cereales*, quos *Cęſar* inſtituit.In lap. AEDILIS AQVIS IVLIS. ANNONAE. AVG. *Ædiles cum nulli eſſent Tribuni pl eorū munia obiere*, quod accidit ſub *Cęſare*.Dio.l.41.Ædiles & in prouincijs.Cic. 2.Att.ep.1.*Tribun. pl.* Metellus *fieri cupit, qua de re cū in ſenatu ageretur, fregi hominē, & inconſtantiā reprehendi, qui Romę tribunatū pl. peteret, cū in Sicilia ędilitatē ſępe dictitaſſet.* *Arpini* pręter *Ædiles* magiſtratus nullus: Cic.fam.Eo vero *Ædiles* deuenere, vt ÆD.POT.titulum vſurparent.

IIIVIRO.) *IIIviri* officijs diſtincti: alij *colonię deducendę*. IIIViri A.A.A.F.F. *auro, argento, aere, flando, feriendo*.ſeu *monetales ęris, argenti, auri flatores*. *IIIViri Capitales, qui carceris cuſtodiam haberent, & cum ani-*
C *maduerti oporteret interuentu eorum fieret*.Pomp. ff.de or. iur. *Nocturni*. Paul.l.1.ff.de off.proc. & leg.*apud vetuſtiores incendijs arcendis IIIViri pręerant: qui ab eo quod excubias agerent, nocturni dicti.* Arc.l.18.ff.de mū.& hon.*Nyctoſtrategi*, Byzātij Νυκτοπαρχος, Venetijs *Signori di Notte*. *Menſarij* pecuniæ diſpenſatores. *IIIViri Epulonum* a *Numa* dati, *ludorum epulare ſacrificium*, inq; publica lætitia *tribulibus* ſuis cænam præbuere.IIIViri *reficiendis ædibus*.Liu.l.25.*Creati ſunt Quinque viri muris, turribuſq; reficiendis. & IIIviri bini, vni ſacris conquirendis, doniſq. perſignandis, alteri reficiendis ędibus Fortunę, & Matris Maturę. IIIViri conquirendis* iuuenibus ad bella, creati bello II.Punico.IIIViratū *legendi ſenatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum* Aug. reperit. Suet.c.37.

FLAM.IMP.ANTONINI)Cap.in Pio *meruit, & flaminē, & Circēſes,*
D *& tēplum, & ſodales Antonianos*.initio a *pileo pilamines* dicti.Seru.l.8. *in capite pileum habebāt, in quo erat breuis virga deſuper habens lanæ aliquid; quod cū per æſtus portare nō poſſent, filo tantū capita religare ceperūt.* Var. l.4.quod *capite velati erāt sēper, ac caput cinctū habebāt filo, flamines dicti*. alijs a *ſacris Infulis*, quæ *flāmę* dictæ.alijs a *Flameo veſtimēto Flaminicæ*.Ei Ser. l. 4. A *Flaminica fieri veſtem, cuius lanam ipſa per ſe, & nere debebat & texere. Flaminicam niſi vnum virum habere non licet.* Seru.miniſtri *Flaminij*, & miniſtræ *Flaminię*. Religionis *inſtitutor Romulus*, a reliquis ſacerdotijs ſeiunctæ, Cic.2.de LL. *Diuiſq; alijs alij ſacerdotes, omnibus pontifices*

tifices

tifices, ſingulis Flamines ſunto. Nulla inter eos *Collegia*, ita tamen *collegijs Maiorũ Pontificum* adſcripti, vt vna indicarint. Cic. enim pro domo iudices dicit *Regem ſacrorum & Flamines.* ſunt *Maiores vel Minores.* Illi *patricij*, hi *plebei*. Patricij à *Numa* orti. ſuntq; *Flamen Dialis, Martialis, & Quirinalis. Maximæ dignationis flamen Dialis eſt inter XV. flamines, & cum cæteri diſcrimen maieſtatis ſuæ haberent, minimi habeatur Pomonalis, quod Pomonalis leuiſſimo fructui agrorum præſidet pomis.* Feſt. Eius *pileus Albuo galerus. Fiebat enim ex hoſtia alba Ioui cæſa,* Feſto *Idualis* dicta. *Martialis flamen primus à Diali, Marti ſacrificans. Quirinalis* Romulo. Var. l 4. *Singuli cognomina habent ab eo Deo, cui ſacra faciunt, ſed partim ſunt aperta, partim obſcura. aperta, vt Martialis, Volcanalis. obſcura Dialis, & Furinalis: cum Dialis a Ioue ſit, qui Diouis eſt. Furinalis a Furina, cuius etiam in faſteis Furinales feriæ ſunt. ſic flamen Falacer a Diuo patre Falacre. Flamen idem Vulturnalis, Floralis, Pomonalis, Carmentalis,* qui *Carmentæ Euandri Arcadis* matri inſtitutus. *Virbinalis dei Virbij, Laurentalis Accæ Laurentiæ, Lauinalis, & Lucularis.* Feſt. *Palatualis flamen conſtitutus eſt, quod in tutela eius deæ* Palatiũ *eſt.* Varia is obſtrictus lege. Gel. l. 10. c. 15. I. *equo Dialem flaminem vehi religio eſt* II. *Claſſem procinctam extra pomœrium, id eſt, exercitum armatum videre; idcirco rarenter flamen Dialis creatus cõſul eſt, quum bella conſulibus mandabantur.* III. *Item iurare Dialem fas nunquam eſt.* IIII. *Item annulo vti, niſi peruio, caſſoque, fas non eſt.* v. *Ignem e flaminia, id eſt, flaminis Dialis domo, niſi ſacrum efferri ius non eſt.* VI *Vinctum, ſi ædes eius introierit, ſolui neceſſum eſt, & vincula per impluuium in tegulas ſubduci, atq; inde foras in viam demitti.* VII. *Nodum neq; in apice, neq; in cinctu, neq; in alia parte vllum habet.* VIII. *Si quis ad verberandum ducatur, ſi ad pedes eius ſupplex procubuerit, eo die verberari piaculum eſt.* IX. *Capillũ Dialis, niſi qui liber homo eſt, non detonſet.* X. *Capram & carnem incoctam, & ederam, & fabam, neq; Diali mos eſt, neq; nominare.* XI. *Propagines è vitibus altius prætentis non ſuccidet.* XII. *Pedes lecti in quo cubat, luto tenui circunlitos eſſe oportet, & de eo lecto trinoctium cõtinuum non decubat; neq; in eo lecto cubare alium fas eſt, neque apud eius lecti fulcrum capſulam eſſe cum ſtrue atq; ferro oportet.* XIII. *Vnguium Dialis & capilli ſegmina, ſubter arborem ſiliquam terra operiuntur:* XIV. *Dialis quotidie feſtatus eſt.* XV. *Ac ſine apice ſub diuo eſſe licitum non eſt: ſub tecto vti libet, & non pridem à pontificibus conſtitutum.* Poſt. XVI. *Farinam fermento imbutam attingere ei fas non eſt.* XVII. *Tunicam intimam, niſi in locis tectis non exuit, ne ſub cœlo, tanquam ſub oculis Iouis nudus ſit.* XVIII. *Super flaminem Dialem in conuiuio niſi rex ſacrificulus, haud quiſquam alius accumbit.* XIX. *Vxorem ſi amiſit, flaminio decedit.* XX. *Matrimonium flaminis niſi morte dirimi nõ ius eſt.* XXI. *Locum in quo buſtum eſt, nunquã ingreditur* XXII. *Mortuum nunquam attingit, funus tamen exequi non eſt religio. Eædem ferme ceremoniæ ſunt, quas flaminicas ſacerdotiſſas Dialis ſeorſum aiunt obſeruitare: veluti eſt,* I. *Quod bene nato operitur.* II. *Et quod vitica ſurculum de arbore ſiliqua habet.* III. *Et quod ſcalas, quæ Græcè κλίμακας appellatur, eas aſcendere ei plus tribus gradibus religioſum eſt.*

IV. *At-*

Digitized by Google

A IV. Atque etiam quum it ad Argeos quod neq; comit caput, neq; capillum depectit. Feſt. Mortuæ pecudis corio calceos, aut ſoleas fieri Flaminicis nefas habetur: ſed aut occiſæ alioqui, aut immolatæ, quoniam ſua morte extincta omnia funeſta ſunt. Plut. in quæſt: Canem, & capram ne tangat, vel nominet. an quia capræ deteſtantur laſciuiã & virus? an quod eam vt morbos metuãt? Canẽ quia pugnax animal ab inuiolatis & ſacris templis arceãt quò ſecurũ cõcedant refugiũ ſuplicibus; ſeu quod ſit ſuplicibus ſacrũ ſignum, qua de cauſa lectus eius in veſtibulo domus erat. Lictorẽ, ſellamq; curulẽ habebát. Ceſare a Sulla flaminio & dote vxoris multato, ſine flamine Diali vixerũt, donec ſub exitu Auguſti Dialis in Sex. Cor. Maluginẽſis reſtauratus.

CIVI) Romæ non degens Municeps. Cic. in Brut: M. Portius Cato Tuſculanus quamdiu fuit Tuſculi municeps fuit, ideſt, non ingenuus ciuis Rom. B ſed ciuitate donatus; vbi vero Romam cum rebus ſuis cõmigrauit, Ciuis Romanus. Triplex Ciuis, aut in vrbe, aut extra eam conſiſtens: Lap. CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN RHETIA CONSISTENTES. CIVES ROM. MOGVNTIACI. QVI PEREGRAE CONDITIONIS PROBATI. aut Coloniæ, cui ciuitas data. Cic. in Acad. Et Roma vrbs, & eam ciuitas incolit. Tac. Hiſpanienſibus, & Emeritenſibus familiarũ adiectiones, Iubonibus vniuerſis ciuitatẽ Romanã ni prouincia Bætica Maurorum ciuitates dono dedit. Initio multi ex Latinis inſerti ciuibus coacti Vrbem incolere. Liu. Eo anno in ciuitatem accepti, qui Veientium, Capenatiumq; ac Faliſcorum per ea bella transfugerant ad Rom. agerq; is nouis ciuibus aſſignatus. Reuocari quoq; in vrbem S. C. a Veiis, qui ædificandi Romæ pigritia occupatis ibi vacuis tectis Veios ſe contule-C runt. & primo fremitus fuit aſpernantium imperium. dies deinde ſtatuta, capitaliſq; pœna, qui non remigraſſent Romam. Lege Antonini omnes ciues effecti, ſeruato tantũ diſcrimine inter Veteres, ac Nouos. Nouos Peſcennius vetuit ad regendã Remp. accedere. Perfectus Ciuis eſt, qui Romæ domicilium, tribũ, & honorum poteſtatẽ adeptus. Claudius & linguam Latinã deſiderat. Suet. c. 16. Splendidum virum Græciæq; prouinciæ principẽ, verũ Latini ſermonis ignarum non modo albo iudicum eraſit, ſed etiã in peregrinitatẽ redegit. Cic. pro Bal. duarum ciuitatũ ciuis eſſe noſtro iure nemo poteſt. Nepos de T. Pomp. Att. cum ei omneis honores quos poſſent Athenis publicè haberent, ciuemq; facere ſtuderent: quo beneficio vti noluit; quod nonnulli ita interpretantur amitti ciuitatem Romanam alia aſcita. Eius cõmoda fuere, quod nemo ciuis Rom. aut libertatem, aut ciuitatem poſſit amittere, D niſi ipſe auctor. Cic. pro dom. populus ſolus de eo iudicat. Liu. Senatum agi de Campanis, qui ciues Romani ſunt, iniuſſu populi non video poſſe. filij in poteſtate patrũ ſunt, alias ad militiæ, aliaq; onera traducti. militare poteſt in legione Rom. nec tormentis dilacerãdus. nomen in libris elephantinis in æde Saturni ſeruarunt. Plut.

L. P. D. D. D.) locus publico decreto decurionum datus. Decuriones colonici, Βυλευταὶ. Caſſ. Honorati poſſeſſores, quod publica poſſideant prædia. In LL. Curiales, ciuitatum patres, nerui ac viſcera Ciuitatum, & Minor Senatus dicuntur. Græci eos ob munera varia vocabulis diſtinxere; annonæ

præfectos *Agaronomos & Epiſcopos*, archiuio *Archerotas*, cibarijs *Sito-* E
comas, *Proſtatas* ſacris, *Logiſtas* rationibus, *Metatores*, *Xenoparochos*, *Te-*
leſphoros vectigalibus nominarunt. Decuriones Pomp. l. 239. de ver. ſig.
dicti, *quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerē-*
tur conſilij publici gratia conſcribi ſolita ſit. Cēſus in ijs requirebatur. Plin.
l. 1. *Eſſe autē tibi* C. *millium cenſum ſatis indicat, quod apud nos* Decurio *es.*
igitur vt te non decurione, verum etiam equite Romano *perfruamur, offero*
tibi ad implendas equeſtres facultates ∞∞∞ *numū.* Eligebantur K. Mart.
ex primoribus, curia à *IIviris* ſeu *Ceſs.* per præconem vocata, confirmā-
di a *Præſide*. Sportulæ à nouitijs pro ingreſſu oblatæ. filijs præditus non
habenti prælatus. Etiam inuiti ſortiti, *Decurionum* nempe filij. Inuti-
les vero erant *Liberti*, & minores xxv. & LV. annis grandiores. Numerus
vagus: alibi VII. *Capuæ* x. erant, *Alexandriæ* v. Seuerus inſtituit. Spart. F
Nec pauciores occurrunt. Hi redituum pub. *tertiam partem reparationi*
mænium, thermarumq; ſubſtitutioni, artium *doctoribus*, & alijs publice
deputabant. *Iuſtinianus* templis ædificandis *cum infinitis egeret pecunijs,*
de conſilio Præfecti ſtipendia liberalium artium magiſtris olim conſtituta
in omnibus vrbibus ſuſtulit, quas, vacantibus literarum ludis, ruſticitas in
uaſit. Zonar. t. 3.

129. L.B.M.F) *liberto benemerenti fecit. Liberti* & *Libertini* primitus
diſcreti fuere. illi ex *ingenuis*, hi ex *liberis* nati. dein ambo promiſcue
ſic dicti, qui *ex iuſta ſeruitute manumiſſi*. diſpares tamen erant: *Libertus*
ratione *patroni*, alter ratione *ingenui*. Trino ordine: *Ciues*, *Iuniani*, *De-*
dititij extitere. Etiam templa liberarunt. Cic. Ver. diu. *Agonis Lilybæta-*
na liberta Veneris Erycinæ. Nec in curiam, & militiam ipſis facilis aditus. G
Suet. in Ner. c. 15. *In curiam Libertinorum filios non admiſit, admiſſiſque à*
prioribus principibus honores denegauit. In Aug. c. 25. *Libertino milite præ-*
terquam Romæ incendiorum cauſa, & ſi tumultus in grauiore annona metue-
retur, bis vſus eſt: ſemel ad præſidium coloniarum Illyricum contingentium:
iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis: eoſq; ſeruos adhuc viris feminiſq;
pecunioſioribus indictos, ac ſine mora manumiſſos ſub priore vexillo habuit,
neq; aut cōmiſtos cum ingenuis, aut eodē modo armatos. Inuiſi plerūq; bo-
nis principibus; *Hadrianus libertos ſuos nec ſciri voluit in publico, nec ali-*
quid apud ſe poſſe dicto ſuo omnibus ſuperiobus principibus vitia imputnas
libertinorum, damnatis omnibus libertis ſuis quicunq; ſe de eo iactauerant.
Spart. Alex. Seuerus *nunquam in equeſtrem locum redegit, aſſerens ſemina-*
rium ſenatorum equeſtrem locum eſſe. Lamp. *Claudius ſuſpexit*. Suet. c. 28.
pręcipue *Poſidem ſpadonē, quem etiam Britannico triumpho inter milita-* H
res viros haſta pura donauit. Poſt. *& Harpocratem, cui lectica per vrbem*
vehendi, ſpectaculaq; publice edendi ius tribuit. ac ſuper hos Polybium a ſtu-
dijs, qui ſæpe inter duos Coss. ambulabat. Hos *in ſenatum legendi* primum
Claudium alijs exemplū dediſſe *Caſaubonus* ad Lamp. ſcribit, ſed video
apud Dionem l. 43. ante *Cæſarem* id factitaſſe: *Multos in ſenatum allegit,*
nihil diiudicans vtrumue filius liberti. De Cōmodo Lamp. *ad cuius nutum*
etiam Libertini in Senatum, atq; in patricios lecti. & de Heliogab. *Fecit li-*
bertos

Digitized by Google

bertos, Præſides, Legatos, Coſſ. Duces, omneſque dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum.

A 130. SENATORIS) *Senatores* & quandoq; eminentium ciuitatum in prouincijs dicti. fuere & *Vrbis Senatores*, qui raro eam, aut *nunquam* viderũt, quod de *Pertinaci* Capit. notat. M. Ant. Ph. *Senatores peregrini quartã in Italia partẽ poſſiderent* ſanciuit Lamp. quod & ante de *Traiano* Plin. II. refert. *Candidatos patrimonũ tertiã partẽ conferre iuſſit princeps in ea, quæ ſolo continerentur. deforme arbitrabatur, vt erat, honorem petituros Vrbẽ, Italiamq; non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere.* Primo autem C, aucta Vrbe CC a *Romulo* lecti. T. *Priſcus* C ex *plebe*, C. *Gracchus* CCC ex *equite* adiecit. qui dein iterum imminuti, donec *Cæſar* ad DCCCC ampliarit, & *Xviri vltra mille*. Suet. in Aug.
B c. 35. *Senatorũ affluentẽ numerũ deformi, & incondita turba. erant enim ſuper mille, & quidã indigniſſimi, & poſt necẽ Cæſaris per gratiã & præmium allecti, quos abortiuos vulgus vocabat, ad modũ priſtinũ, & ſplendorẽ redegit duabus lectionibus. prima ipſorũ arbitratu, quo vir virũ legit: ſecunda ſuo & Agrippæ.* Prius à *Regibus*, Coſſ. & *Cenſoribus* creati, *ætatis, cenſus, & generis* habita cura. *Ætas*, vt eſt *Sigonij* opinio, XX annus, aũt rectius XXV erat. XXV enim ætas *Quæſturæ*, quæ *in Senatũ quaſi ianua*. *Cenſus* ante Octa-uium DCCC. HS. quem *cenſum* Auguſtus *ampliauit, & pro octingentorum millium ſũma duodecies H S. taxauit, ſuppleuitque non habentibus*, Suet. c. 41. Veſpaſianus quoq; *expleuit*. c. 17. Nero, c. 10 *Senatorum nobiliſſimo cuique, ſed a re familiari deſtituto annua ſalaria, & quibuſdam quingena conſtituit.* Capit. de Had. *Senatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant patrimonium, pro liberorũ modo ſenatoriæ profeſſionis expleuit.* Eius *deſtructores ſenatu mo-*
C *ueri* ſoliti. Idem *in ſenatu iurauit ſe nunquã Senatorem, niſi ex ſenatus ſententia puniturũ*. Spart. Genus primo *patriciũ*. *Extraordinaria* lectio *Appij Cæci Cenſoris libertinorum* filios legentis, *Gracchi Druſi, Triumuirorũ, Sullæ, Cæſaris, & aliorum*. Alexander eos *nunquã niſi ad ſũmorum in palatio virorum ſuffragium fecit; dicens magnũ virum eſſe oportere qui faceret ſenatorẽ*. Lamp. *Romanos* enim Senatores *mundi eſſe, tales fuiſſe, & tales ſemper futuros* Probus Cæſ. dixerat. Caſſ. 6. var. 4. *mundi primarios, & ſenatũ mirabili opinione glorioſum*. Prud. *mundi lumina*. Symm. l. 1. ep 46. *pars melior humani generis ſenatus*. Epict. *ornamentũ Vrbis, & ſplendor ciuiũ* Cic. 3 fam. 15. *publicum orbis terræ conſiliũ ſenatus, Reip. cuſtos, præſes, propugnator*. 3. de LL. *dominus publici conſilij*. de Aruſp. *princeps ſalutis, publicæq; mentis*. Pet. *Senatus recti boniq; præceptor*. Legati *Pyrrhi* Romanum *ſena-*
D *tum regũ conſeſſum* laudarunt. Conſtantius ſenatum videns *aſylum mundi totius adeſſe* æſtimauit. Amm. Cic. 3. de LL. *Senatori iuſſa tria ſunt, vt adſit; nam grauitatẽ habet cum frequens ordo eſt, vt loco dicat, id eſt, rogatus, vt modo, ne ſit infinitus. Nam breuitas non modo ſenatoris, verum etiam Oratoris magna laus eſt in ſententia.* Primo *nudis pedibus* ibãt. Schol. Iuu. *Plus honoris videri in calceis, quam in perſona, illo enim tempore. necdum Senatores nigris calceis vtebantur, ſed nudis pedibus, vel puluerulentis, vel braccis, vel paludes nouas in braccis, quos pedornos dicunt, vt peregrinis.*

Dempſterus legit *pedules nouos.* In *Saturnalibus* nec *conuocare, nec iudicare* valebant. Vidi apud Dio. l. 47. *Senatores* bellorum ciuilium auſpicijs *iram Auguſti vitantes in Ianiculum, velut in tutã ſedẽ confugiſſe.* Notauit. Plin. 7. c. 48. *vnũ omnino quinquẽniũ fuiſſe, quo ſenator nullus moreretur.* E

CAP. VII. Pinarij. Genij. Municipium. Curetes. Equus publicus. Patronus. Tribus. Ordo. Valentiniani Augg. Gothi. Diadumenus. Ex ære collato formula.

131. L. PINARIVS RVFVS) *Ennenſiũ principes iã pacti cum Hemilcone de proditione præſidij vrbẽ arcẽq; ſuæ poteſtatis aiunt debere eſſe. Si liberi in ſocietatẽ, nõ ſerui in cuſtodiã traditi eſſent Romanis. itaq; claues portarũ reddi ſibi æquũ cenſent. bonis ſocijs fidẽ ſuã maximũ vinculum eſſe. Et ita ſibi populum Rom. Senatumq; gratias habiturũ ſi volentes, & nõ coacti manſiſſent in amicitia.* L. Pinarius *Ennæ* Præfectus clauibus retẽtis præſidio cedere nolens, ſigno *toga* dato populũ in concione cecidit. ob quod *Marcellus* præda militẽ donauit. *Pinarius Rufus Mamercus* Cos. cum L. *Furio.* F Alterutrũ cõijcerẽ. *Pinaria* gens *maiorũ gentiũ* floruit cũ *Hercules* interemti *Geryonis* boues abegiſſet, ac *Cacũ* paſtorẽ prædã auertentẽ ad *Tiberim trucidaſſet. Ibi* (in ara ab *Euãdro* data) *cum primũ boue eximia capta de rege ſacrum Herculi adhibitis ad miniſterium dapẽq; Potitijs & Pinarijs, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea loca incolebãt, factũ forte ita euenit, vt Potitij ad tẽpus præſto eſſent, vſq; exta apponerẽtur. Pinarij extis adeſis, ad cæterã venirẽt dapẽ. inde inſtitutũ manſit, donec Pinarium genus fuit, ne extis ſolennibus veſcerẽtur.* Liu. l. 1. Hinc Seruio dicti ἀπὸ τῆς πείνης a fame. Plin. Ap. Cl. *Is Potitios ſacerdotes pretio corrupit, vt ſacra Herculis ſeruos publicos edocerent, vnde cæcatus eſt.* & hinc horum occaſus. Liu. l. 9. *dictu mirabile, & quod dimouendis ſtatu ſuo ſacris religionem facere poſſet, cum duodecim familiæ ea tempeſtate Potitiorum eſſent, puberes ad triginta omnes intra annum cum ſtirpe extinctos.* G

GENII) vrbum, Cic. *Patrii dij,* in ſacris literis *Angeli.* Symm. *varios cuſtodes vrbibus mens diuina attribuit.* Hi erunt quorum vox *Hieroſolymis* in templo exitium protendens audita: MIGREMVS HINC. Ioſ. bel. Iud. 7. c. 12. *expanſæ repẽte delubri fores, & audita maior humana vox. Excedere deos. ſimul ingẽs motus excedẽtiũ.* Tac. l. 5. hiſt. His genijs *ludi* dati, & ſacerdotes. lap. SACERDOS GENI MVNICIPALIS. Singulorũ quoq; marũ *Genius* fuit, qui *Præſtes.* Tibul. l. 4. *Naturalis Deus.* Hor. ep. 5. *Naturæ Deus humanæ.* Apul. *Dæmones, Lares. & ἁπλῶς Deus* nominatur. Pet. *peritura Troia primum Deos perdidit.* Feſt. *Geniũ appellabant deum, qui vim obtineret rerũ omnium gerendarum. Aufuſtius genius inquit, eſt deorum filius, & parens hominũ, ex quo homines gignuntur, & propterea genius meus nominatur, quia me genuit.* In lap. MAGISTER GENI CAESARIS. H Mulierũ vero *genius Iuno Naturalis,* quare hę per *Iunonẽ,* viri per *Geniũ,* & per *Genium* principis iurabant, per hunc *peiorare* nefas erat. Hos quiſq; ſibi ipſi adſciuit. Plin. 2. c. 7. *Maior cœlitum populus etiam quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemetipſis totidem Deos faciunt. Iunones Genioſq; ſuos adoptando ſibi.* Quos Plato cum homine *naſci,* & *mo-*

ricre-

Digitized by Google

A ri credidit. *Geniū quoq;* appellati *Elementa.* Feſt. *Geniales deos dixerunt*
aquam, terram, ignem, aerem: ea enim ſunt ſemina rerum, quæ Græcorum
alij ϛοιχεῖα, *alij* σπέρματα *vocant. Duodecim quoque ſigna lunam, & ſolem*
inter hos deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo, quia plurimum
poſſe putabantur, quos poſtea gerulos appellarunt. Apud Suid. *Animæ facul-*
tates eaſq; ſalutarem, & perniciioſum eſſe. Ser. l. 6. *cum naſcimur duos deos*
ſortimur. vnus eſt, qui hortatur ad bona. alter qui deprauat ad mala. quibus
aſſiſtentibus poſt mortem, aut aſſerimur in meliorā vitam, aut condemnamur
in deteriorē. per quos aut vacationē meremur, aut reditum in corpora. Cenſ.
de die nat. *Genius ita nobis aſſiduus obſeruator appoſitus eſt, vt ne puncto*
quidem temporis longius abſcedat. ſcribit Cebes Theb. *Genium in vitam*
introeuntibus præcipere, vt bono ſint animo, & fortunæ non eſſe adhibendam
B *fidem.* Natali eum *thure, mero, floribus, & myrto* inprimis propitiabant.
lap. THVRE ET VINO GENII EORVM INVITENTVR. Perſ. *fun-*
de merum Genio. interdum & *victima* cæſa, vt in natali *Mecænatis.* Hor. l.
4. od. 11. & tunc *Curare, & facere genium,* cōtra *Defraudare* dicebant. Ath.
l. 6. *cum die natali munus annuale genio ſoluerent, manū a cæde ac ſanguine*
abſtinerēt, ne die qua ipſi lucē accepiſſent alijs demerent. Var. in ſat. At *Ha-*
driani non incruētus fuit, *gladiatorum munus per ſex dies continuos exhi-*
buit, & mille feras edidit. Spart. *Nicoſtratus Archiuus quotidie ſeorſim Ge-*
nio regis Perſarū *inſtructā menſam apponebat, cibis & alijs rebus, quæ epu-*
lis cōueniunt, dapſilē, cū intellexiſſet a Perſis id fieri. Geniū *anguis* facie *Æ-*
neas iuxta *Drepanū* ad *Anchiſæ* tumulū vidit, *incertus geniū ne loci famulūq;*
parentis putet. Virg. ibi & *pueri*; apud Cebetē *ſenis imagine* eſt, in numis
C *Conſtantini* BONO GENIO PII IMPERATORIS *militis* ſpecie *ſcyphū*
fert, ſiniſtra *cornucopiā*: in *Hadriani, paterā* ſuper arā porrigit, læua *flagel-*
lum. Genialis torus apud Catul. *veſte ſtragula picta,* & *toga* ſternebatur.
Arn. l. 2. *cum in matrimonia conuenitis, toga ſternitis lectulos, & marito-*
rum Genios aduocatis. varij Genij in lap. *Centuriæ. Cohortis. Exercitus.*
Conſeruatoris horreorum. Fontis. Lauacrorum. Theatri. Somni. Numinis.
ARG. R. V. P. S. P) lego *argento rudi viuus pecunia ſua poſuit.* Plin. 33.
c. 3. *Seruius rex primus ſignauit æs antea rudi vſos Romæ Remeus tradit. ſi-*
gnatum eſt nota pecudū vnde & pecunia appellata. ſupra. *Populus Rom. ar-*
gento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Libralis vnde
etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur aſſis. quare æris gra-
uis pœna dicta. Argentū prius contemptui fuit. Iſiod. l. 16. c. 19. *Ære prius*
ſcindebant terram, ære certamina belli gerebāt, eratq; in pretio magis æs, au-
D *rum vero, & argentū propter vilitatē reÿciebantur.* L. Pol. l. 9. c. 6. *Stagnum*
argenti loco a Syracuſijs habitum. Argēteas ſtatuas ab *Auguſto* cepiſſe re-
futat Plin. l. 3. c. 12. *Triumpho Magni Pompeij reperimus tranſlatam Phar-*
nacis, qui primus regnauit in Ponto, argenteam ſtatuam.
MVNICIPI) Feſt. *Municipium id genus hominū dicitur, qui cū* Romam
veniſſent, neq; ciues Ro. eſſent, participes tamen fuerunt omniū rerū ad mu-
nus fungendum vna cum Rom. ciuibus, præterquam de ſuffragio ferendo, aut
magiſtratu capiendo, ſicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani,
Lanuui-

Digitized by Google

Lanuuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Romani effecti ſunt. Gel. l. 16. c. 15. *Municipes ciues Romani ex municipijs ſuo iure, & legibus ſuis vtentes muneris tantum cum Pop. Rom. honorary participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis alijs neceſſitatibus, neq; vlla Pop. Rom. lege aſtricti; quum nunquã Pop. Rom. eorũ fundus factus eſſet.* (id eſt, Quiritum ius adſciuerint) *primos autem municipes, ſine ſuffragij iure, Cærites eſſe factos accepimus: conceſſumq; illis vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negocijs tamen, atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis cuſtoditiſque. Hinc tabulæ Cærites appellatæ verſa vice, in quas Cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragijs priuabant.* Hæc videntur Plin. l. 3. c. 3. *opida ciuium Rom* vocari. In *Hiſpania* ait prou. *coloniæ XII. opida ciuium Rom. XIII. Latinorũ veterũ XVII. fœderatorum vnum, ſtipendiaria* CXXXII. Duplicia vero ſuere, alia cũ, alia *ſine ſuffragio ciuitatem habentes.* In his tabulis *Lilybæũ* nunc Coloniã, nunc *Municipiũ* legis. Credo vetuſtius *Municipij* cognomentum *Coloniæ* inſignia excepiſſe. E F

132. DEC SPL COL AVG) *Decurioni ſplendidiſſimæ coloniæ Auguſtæ.* Coloniarũ cognomina hæc fere in lap. leguntur; *Auguſta, Felix, Frugifera, Patricia Cordubenſis, Viennenſiũ Ornatiſſima, Valentiſſima,* familiarius *Splendidiſſima.* Obſeruat *Cluuerius* in ſua Germania *Auguſtæ* prænomen tantum Colonijs tribui, ſic *Auguſta Taurinorum, Aug. Prætoria. Aug. Raucorum, Aug. Treuirorum, Aug. Sueſſanum.*

133. CVRETI) *Curetes, Corybantes, Idæi, Dactyli, Thelchines, Cabiri, Rectores potentes* dicti. Scal. *Cabir* enim lingua *Phenicia* ſeu *Syriaca Potentẽ* ſignificat. Tert. de ſpect. *tres aræ trinis Dijs patent* MAGNIS, POTENTIBVS, VALENTIBVS. Eoſdem *Samothracas* exiſtimant. *Samothracum* autem *Dij magni,* Varrone teſte, *Terra,* & *Cœlum.* Schol. Apollonij *Cabiri* in Samothracia IV. initiantur: *Axieros Ceres, Axiocerſa Proſerpina, Axiocerſus Pluto, quartus additur camillus. (antiqui enim miniſtros Camillos dicebant.* Feſt. prius *Caſmilos*) Sall. in frag. *Curetes quia principes intelligendi diuina fuerunt, vetuſtatẽ vt cetera in maius cõponentẽ altores Iouis celebrauiſſe.* Ser. 4. Geor. Iouem *Ops Saturni vxor Curetibus Corybantibus, & Idæis Dactylis cuſtodiendũ dedit in monte Cretæ Dictæo: ne eum Saturnus conſumeret, vt filios omnes ſolebat. quod ideo fingitur, quia Saturnus tẽporum Deus eſt, quæ in ſe reuoluuntur in æternum.* Et 3. Aen. *Curetes, & Corybantes Matris Deũ miniſtros, cuſtodes pueri Iouis ad plurimas res maxime hominibus extitiſſe.* Eorum, & *Corybantum* ſacra *armata ſaltatione cum clamore, ſtrepitu, tintinnabulis, tibiaq;* exercebant, *Iouis* vagitum à *Saturni* auribus vt interciperent. Hic CVRETI VIVAS *dedicatoris* appellatio eſt. primo intuitu *obſoleti dicterij* loco habui, ex *Curetum* verbi vi prognati. G H

134. VALERIVS) *Valerij* ex Sabinis cum T. *Tatio* Rege *Romam* venere. Dio. l. 4. Quorũ princeps *Voluſius Valerius,* vel vt tũ *Valeſius.* Plut. in Publ. *Patricia* gens, & *Plebeia.* In authoribus ſunt: *Publicolæ, Læuini, Falcones, Coruini, Meſſalæ.* in numis *Aciſcoli, Flacci, Meſſalæ, & Catuli. Acis amnis accolas Valerios* Euſtat. in Dion. ſcribit, atq; ab eo *Aciſcolos* pro

Aciſculos

A *Aciſculos* appellatos credendum eſt. Hinc in numis *Val. Aciſculi* Siren,
vt notet, *Vrſino* iudice, eos *ciues in Sicilia, regionis quã Sirenes tenuerunt,*
accolas. id eſt, iuxta *Pelorum*. Ser. l. 3. *Sirenes parte Virgines fuerant, parte*
volucres Archeloi fluminis, ac Caliopes Muſæ filiæ. Harum vna voce, altera
tibijs, altera lyra canebat, & primo iuxta Pelorum, poſt in Caphereis inſulis
habitauerunt; quæ illectos ſuo cantu in naufragia deducebant. Secũdum veri-
tatẽ meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes eas ducebant ad egeſtatẽ. Hyg. Si-
renes Archiloi fluminis, & Melpomenes Muſæ filiæ, Proſerpinæ raptu aber-
rantes ad Apollinis terrã venerunt, ibi Cereris voluntate, quod Proſerpinæ
auxilium non tulerant, volaticæ factæ ſunt. His reſponſum erat tãdiu victu-
ras, quandiu canentes nemo eſſet prætervectus, quibus fatalis fuit Vlyſſes,
aſtutia enim ſua cũ præternauigaſſet ſcopulos, in quibus cõmorabantur, præ-
B *cipitauerunt ſe in mare, a quibus locus Sirenides appellatur, qui eſt inter Si-*
ciliam & Italiam.

135. M. MARIO) *gens plebeia* viris clara, ex quibus C. *Marius Arpi-*
nas ſepties Coſ. maritus *Iuliæ* Dictatoris amitæ. C. Marius F. XXV. vitæ
anno cum C. *Carbone* Coſſ. cuius inmaturos honores mater fleuit. Sullæ
erutos cineres in Anienis alueũ ſparſit: ex quibus actis felicitatis nomen aſ-
ſerendũ putauit. Val. l. 9. c. 1. M. *Mario Gratidiano* bis prætori *omnibus vicis*
ſtatuæ factæ ſunt, ad eas tus, cerei. quid multa? nemo vnquã multitudini gra-
tior fuit Cic. 3. off. *Sullæ* iuſſu ad Q. *Catulli* monumentum interemptus.
Flor. l. 3. *oculis, manibuſq; cruribuſq; defoſſis ſeruatur aliquandiu, vt per ſin-*
gula mẽbra moreretur. Huius cædis miniſter *Catilina*, Cic. de pet. con. qui
viuo ſtanti collũ gladio ſua dextra ſecuerit. cũ ſiniſtra capillũ eius a vertice
C *teneret, caput ſua manu tulerit, cũ inter digitos eius riui ſanguinis fluerent.*

EQVO PVBLICO) proprie *Equites*. Feſt. *Equitare antiqui dicebant*
equo publico mereri. Aſconio *Equites militares*. Plin. l. 33. *quod ante milita-*
res equi nomen dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Equo militare
debebant, cum alijs *equitibus pedites* ſtipendia facere integrũ foret. Eos
Seruius Rex in *Centurias* redegit, quæ adeo auctæ, vt *Dionyſij* æuo V *mil-*
lia EQVO PVB. eſſent. Primi EQ. honorati C. *Nero*, & M. *Liu. Salinator*.
In *opus* etiã hic *honos* verſus, præmij enim parte *Sex. Ebutio* conceſſum.
Liu. l. 39. *ne inuitus militaret, neue cenſor ei equum publicũ aſſignaret*. Eius
cauſſa & ſalarium datum. Liu. l. 1. *ad equos emendos dena millia æris ex*
publico data, & quibus equos alerent viduæ attributæ, quæ bina millia æris
in annos ſingulos penderent. C ergo circiter *aureos*, vt *emant*, XX vt *alant*.
D At Varro l. 7. Equũ Pub. *mille aſſariorum* tradit. vbi *Lipſius* nec ſine inge-
nio, X *numerum* reponit. Gel. l. 4. c. 12. ſi quis *equum habere gracilentum,*
aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. ad id & *Examen*, ſeu
Tranſuectio, Valerio *Probatio*, in qua ſi *vitiũ* quid *vendere*, ſin *iuſta tradu-*
cere equum dicebatur. Fiebat ea *eid. Quintilibus*, a *Q. Fabio* inſtituta. Liu. l.
9. Eam nobis Dion. l. 6. exſcripſit: Pugnæ ad Regillum *inſignis pompa*
& tranſuectio equitum Rom. qui equum pub. habent, ij per centurias &
turmas diuiſi ordine equis inſidentes vehuntur, omnes quaſi e pugna veni-
entes ramis oleæ coronati & purpureas palmatas togas induti, quas trabeas

vocant

Digitized by Google

vocant. Incipiunt autem ab æde quadam Martis extra vrbem ſita, tranſeunteſq; cum alia loca vrbis, tum forum, & ædem Caſtorum prætereunt. interdum ad V. millia gerentes præmia & dona militaria quæcunq; a ducibus in bello acceperint. Demum & *Principes recognoſcebant.* Suet. de Cal. c. 16. *Equites Romanos ſeuere curioſeque, nec ſine moderatione recognouit: palam ademto equo, quibus aut probri quid, aut ignominiæ ineſſet, eorum qui minore culpa tenerentur nominibus modo in recitatione prætermiſsis.* Actis ſtipendijs *Equum Cenſori* reddebant. Plut. in Pomp. *mos eſt Rom. equitibus vbi legitima ſtipendia impleuerint ducere in forum equum ad IIViros, quos Cenſores appellant, & commemorantes Imp. quoſq; ſub quibus meruerint, militia ſolui.* Varro in ſat. *In caſtris permanſi, inde caballũ reduxi ad Cenſores.* Hanc *Redhibitionẽ* oculis numi ſubijciunt. Apud Liu. *ambo forte Cenſores equũ pub. habebant.* Sub Principibus *dignitas* fuit, & proba vita conſpicui ea donati. Lipſ. ex veteri gloſſa: *dicente quodam eſſe ſibi ſubſtantiam equeſtris dignitatis, ſed cum equum pub. peteret prætermiſſum ſe eſſe ſecurum crimine, quod ipſi concitauerunt: Hadrianus dixit, qui equum pub. petit emendatus eſſe debet, cetera autem vitæ tuæ ipſe probabis.* Fuit ſæpicule purum *ornamentum*, & *Auguſtorum beneficium*, etiam a *militia immunium*, præcipuè in prouincijs. I. *Cæſar Capacius literatiſſimo Vrbinatium Duci Fran. Maria de Ruuere a Conſilijs*, in ſua *Neapoli*, Equo Pub. *ſelectum Iudicem*, & *digniſſimum Decurionem* notari aſtruit.

PATRONO) ciuitates ex *Romuli* inſtituto e *Romanis* Patronos capiebant, cauſis earum *Romæ agendis*. quales *Siciliæ Metelli* & *Cicero*, *Mamertini populi C. Claudius*. Cic. *Bononiæ Antonia*, *Puteolis Caſſia* gens. Habebant & ex ſuis *IIViris defenſores*. C. de decur. at Gratiani l. 3. C. de defen. ciu. *innocens & quieta ruſticitas* eo patrocinio fungabatur. qui quaſi Tribuni Pl. *officialium inſolentiæ & iudicum procacitati* occurrebant. Leo. de off. iur. Alex. *defenſores plebis* vocat. Munus *quinquennio* emenſum. Ibid. l. 4. Hos ergo fortiter credo II.VIROS QVINQ. eſſe, ex lapidibus notos. quorũ erat *Luſtrum quinquennale* in colonijs *condere*. Alij eos volunt, qui per *luſtrum II.Viri* honorem geſſiſſent, alij qui ex *V.Viris* cõſtarent. Similiter & *ſenatui* ſui defenſores erant.

TRIBVNICIOS) eo modo inter *Tribunicios*, quo inter *Conſulares* honoris cauſſa allecti ſunt, item inter IMMVNES & SELECTOS.

TRIBVLES TRIB. IOVIS AVG) Poll. l. 3. c. 4. *Tribulis, qui eandem nobiſcum tribum habet, & nobiſcum publicis fungitur officijs.* Et *Dy tribules, & amicitiæ præſides. Sacrum autem in quo cõueniunt tribunicium vocatur.* poſt. *Ouis ſeu capra tribulis, quæ in tribubus immolabatur.* Tribus Atticorũ *erant* XII. & *in ſingulis* XXX *genera, ſeu familiæ, quarum ſingulæ* XXX *conſtabant viris, qui omnes eodem lacte nutriti, & iiſdem initiati ſacris* Fratrias, appellatas ſcribunt, quod *vno puteo illa ſocietas vteretur.* l. 8. c. 36. *Et eiuſdem familiæ, ſeu generis participes, cognati, collactaneiq; Tres autem erant familiæ veteres Euparidæ, Geomori, Damiurgi.* c. 33. *In has pueros ſimul & virgines introducebant, eos ſcilicet, qui iuſtam inibant ætatem in die Cureotide. Et pro maſculis quidẽ Coriandrum offerebant, pro fe-*

mellis

A mellis autem dotem nuptialem. c.36.Tribuum reges ex Euparidis exiſtentes inprimis ſacrorum curam gerebant. c.33.Hi olim Naucleri dicti, & tribus Naucariæ.Naucaria autem quælibet duos exhibebat equites & nauim vnam. Romanæ tribus locorum,aut virorum titulis diſtinctæ, Lilybitanæ Dei, IOVIS AVG. Hinc eruo ſub Principibus hanc tribum excogitatam, tunc enim Iouem Auguſtum cognominandi auſpicium datum, & dijs hominibuſque fucus factus, his deorum, illis Auguſtorum vocabulo elatis. a Dijs & Athenæ tribus nuncuparunt. Poll. l. 8. c. 36. Tribus poſt Erichthonium Diar, Palladia, Neptunia, Vulcania.

136. ORDINEM) Ordo trinus. Auſ. Martia Roma triplex Equitatu, Plebe, Senatu. Patricium ſeu ſenatorium ordinem Vitr. Primos ordines Purpuratorum,expirantis Imperij auctores in colonijs Decuriones dicunt, B hi enim Ordinem efficiunt. In ſaxis ORDO CIVITATIS, i. e. ſenatus, PRIMVS, SANCTISSIMVS DECVRIONVM, C.clariſſimus, N.nobiliſſimus, PIISSIMVS, & paſſim SPLENDIDISSIMVS agnominatur. POPVLVS vero ibi non omnes, qua plebem qua ſenatum notat, ſed gradum ciuium. Significat ergo Ordo Populuſque idem quod Romæ S. P.Q. & in Colonijs Decuriones & Plebs. ORDO ET CIVES.Capuæ DECVRIONES ET COLONI. lap. 348. ORDO DECVRIONVM. & 350. PLEBS GAVLITANA.

XII.TRIB.) cognoſcitur inde floruiſſe Lilybæum ſub Impp. cum tot Tribubus ea abundauerit, quibus nec Athenæ olim numeroſiores.

140. VALENTINIANO) Valentiniani Orbis Rectores tres fuere. I. Valentinianus Pannonus Gratiani F. funarius dictus, quod ei venalem funem C quini milites extorquere nequiuerint. Tribunus ſcutatorum, Iouiano apud Nicam mortuo Auguſtus appellatur. ſub quo mare litus egreſſum eſt, vt Siciliæ, multarumque Inſularum vrbes concuſſæ P.Diac. an. CCCLXVII. Valentem primis Imperij auſpicijs Stabulo cum Tribunatus dignitate præfectum in æquali ſibi faſtigio collocauit, Orientemque ei ſortitus. perijt vitæ LV. potentiæ XI. II.Valentiniani F. ex Iuſtina, cum Gratiano Fr. menſes v. dies VIII.Imperium tenuit. Viennæ ab Eugenio Ex-Grammatico tribuno Arbogaſti Germanorum Præfecti noctu ſtrangulatus. III. FL. Placidius Valentinianus Conſtantis Cæſ.& Placidiæ Honorij, & Arcadij ſororis F. a Theodoſio Auguſtus dictus. in Attilam Hunnorum Regem Honorij generum bellum duxit. ſub quo D. Auguſtinus Hipponenſis Pontifex mortalitatem impleuit. Rexit annos XXXI. cum D quo Orientis Imperium occidit ciuibus Angliam, Galliam, Hunnis Romam, Europam, & Africam deprædantibus.

142. RESTITVTORI ROMANI IMPERII) Etſi hic titulus adulatione paſſim in Principes diuulgatus, hic tamen ſuſpicor aut Magnum Conſtantinum; cum & aliæ eiuſdem ibi baſes eruantur. Romæ PROPVGNATORI IMPERI ROMANI FVNDATORI QVIETIS PVBLICAE D. FL. CONSTANTINO. in numis CONSERVATOR AFRICAE. cum Galerio CONSERVATORES KART. SVAE. R.K. A. Aut Valentinianum: EXTINCTORI TYRANNORVM AC PV-

BLICAE SECVRITATIS AVCTORI. In numo RESTITVTOR ORBIS. RESTITVTOR MONDI. B

143. FINES INTER VANDALOS ET goTHOS) Gothi *Scandinauia* relicta in *Germaniam* primum, teſte Scal. effuſi, hinc loca circa *Meotidem Paludem*, *& Oſtia Iſtri* occuparunt, vbi & adhuc eius feces ſuperſunt. *Literis*, & *Arriana* impietate a *Wulfila Epiſcopo, Gothicarum literarum inuentore*, Trip. hiſt. 8. c. 13. imperante *Valente* imbuuntur. Sciſſi in duas factiones: quarum *Maiorum* cognomine *Athanaricus*, *Minorum Fridigernus* rex electus. *Maiores* in binas ſtirpes abiere, *in Oſtrogothos*, qui *Italia* potiti, quo primum venere duce *Rhadagaiſio* Laribus ab *Hunnis* eiecti, *in VViſgothos*, qui in *Septimania Narbonenſi*, dein in *Hiſpania* regnarunt. Varijs belli fortunis hinc inde errarunt. Ab *Octauiano* vltra *Danubium* pulſi. à *Traiano* pacem orarunt. à *Caracalla*, *Claudio*, & F *Gordiano* victi. ab *Aurelio* fuſi. a *Conſtantino Sarmatis* profligati. à *Belliſario* exterminati. Qui de eiectis e *Sicilia*, vltima conſulatus die *Syracuſis* triumphauit. Arbitrarer autem non ante *Valentinianum* III. columnas has terminaſſe. qui *Ioanne Tyranno* trucidato cum *Genſerico Vandalorum* rege *Siciliam* inuadente pacem fecit. Horum præſidium *Lilybæi* erat, cum *Belliſarius Germanus* homo, *Iuſtiniani* auſpicijs *Gilimerem Vandalorum* regem apud Afros cum ipſa *Carthagine* cepiſſet.

144. AVG. LIB. DIADVMENI) ideſt, *Diadumeni Aug. lib.* In numis & lap. M. OPEL. DIADVMENIANVS dicitur. *M. Opilij Seu. Macrini Mauri Sitifenſis, & Numiæ Celſæ F.* paruulus occiſo *Baſſiano* cum patre *Auguſtus* ab exercitu ſalutatus, & ab eo interfectus Imperij menſe XV. Natus, Lamp. *natali Antonini, & ea hora, & ſignis prope continentibus*. De quo & hoc regni omen refert. *Solent*, inquit, *pueri pileo inſigniri naturali, quod obſtetrices rapiunt, & aduocatis credulis vendunt, ſiquidem cauſidici hoc iuuari dicuntur: & iſte puer pileum* (Ariſt: χορίον) *non habuit, ſed diademate tenui, ſed ita forte vt rumpi non potuerit, venis intercedentibus ſpecie nerui ſagittarij: ferunt denique Diadematum puerum appellatum*. Fuit, vt Lamp. *omnium ſpecioſiſſimus, ſtatura longiuſcula, crine flauo, nigris oculis, naſo deducto ad omnem decorem, mente compoſito, ore ad oſcula parato, fortis naturaliter, exercitio delicatior. Hic vbi primum indumenta coccinea & purpurea, ceteraque caſtrenſia imperij inſignia accepit, quaſi ſidereus & cæleſtis emicuit, vt amaretur ab omnibus gratia venuſtatis*. In *Elide* vbi *formæ agon* erat, victor myrto redimitus ad templum ducebatur, hinc nonnulli *Diadumenos*, ideſt, *Vittatos* plures nomẽ ſortitos H putant. ſed credo ego ab *Diademate*, quo cum in fronte nati, vt L. *Cæcilius Diadematus*, poſt victoriam de *Delmateis Delmaticus* dictus. G

146. AERE COLLATO) affines formulæ: STIPE COLLATA. IMPENSA COMMVNI AVGVSTALIVM. COLLATIONE SVA ET MANIPVLARIVM SVORVM. *Imperatoribus* compluries *aere collato* ſtatuæ erectæ, quorum pars *honore contenta impendium remiſit*, quod his notis H. A. I. R. *honore accepto impenſam remiſit*, ſignificarunt. Quandoque & *aes collatum* reſtituerunt. in lapide C. *Lepidus* DE SVO

POSVIT

A POSVIT ET COLLATIONEM REDDIDIT. P. *Minucio Præf. annonæ* columna *vnciaria ſtipe collata* Plin. 34. c. 5. in *Vrbe & prouinciis* ſtatuas *expenſis proprijs* fieri Theo. & Val. l. 4. C. de ſtat. iuſſere. & l. 3. *In noſtræ Serenitatis imaginibus & ſtatuis erigendis priuatæ collationis iniuriam propulſari præcipimus, ne quid in eis ſuum collator agnoſcat.*

CAP. VIII. Dij Indigetes. Numicus amnis. Eryx. Segeſta. Cæcilij. Arma. Imagines. Venus Erycina. AEſchrio Syracuſanus. Marci.

148. ΘΕΟΥ ΧΘΟΝΙΟΥ) *Indigetes proprie ſunt dij ab hominibus facti, quaſi in dijs agentes. Abuſiue autem omnes dij generaliter poſſunt dici Indigetes, tanquam nullius rei egentes.* Ser. 1. Geor. Hoc *ſacellum cum inB ſcriptione Latinos dicaſſe* Dion. ſcribit ſubiungens: *ſunt tamen, qui dicant id Aeneam dicaſſe Anchiſæ defuncto ante hoc bellum anno proximo. eſt autem tumulus non magnus, & circumcirca in ordinem digeſtæ arbores, ſpectatu dignæ. Indigeti* & ædem *Aſcanius* ſtruxit. Ser. l. 12. *Aſcanius filius eius* Aeneae *victo Maxentio cum ceteris Troianis credens, & dictitans inter numina receptum, ſiue patrem volens conſecrare, templum circumſtituit, quod dei Indigetis appellari iuſſit.* ΝΟΜΙΚΙΟΥ) *Numicus* fluuius in Latio. Plin. 3. c. 5 *Lucus Iouis Indigetis, amnis Numicius.* Ser. l. 7. *Numicus ingens ante fluuius fuit, in quo repertum eſt cadauer Aeneæ, & conſecratum, poſt paulatim decreſcens in fontem redactus eſt, qui & ipſe ſiccatus eſt ſacris interceptis. Veſtæ enim libari non niſi de hoc fluuio licebat.*

150. MONTE ERVCO) *Erucus* & in numo legitur C. CONSIDI.
C NONIANI ERVC. Mela. l. 2. c. 3. *Montium Eryx maxime memoratur, ob delubrum Veneris. & Aetna, quæ Cyclopas olim tulit.*

151. ΚΑΙΚΙΛΙΟΥ) *Cæcilios* nonnulli a *Cæculo Vulcani F. Præneſte* cōditore, cui nomen a *paruis oculis*. alij a *Cæcade Aeneæ comite* deducunt. Gens *plebeia*, ſed *omnibus honoribus, IX que triumphis* functa. quam *Metelli*, qua voce *dicuntur in re militari mercenarij*. Feſt. inprimis illuſtrarunt. *Cecilius Callantianus Callantis ciuitatis Siciliæ Iudæus opinionibus*, docuit Romæ vſque ad Hadrianum. Suid. ſcripſit contra *Phrygas, comparationem Ciceronis & Demoſthenis*, aliaque.

ΕΓΕΣΤΑΙΟ) *Egeſtæo*, vel *Egeſtano*. Diod. Ἐγεσταὶ λουτρὰ *Egeſtana balnea*. Cic. 3. Ver. *Segeſtenſes* opidanos dixit. Strab. Αἰγεσταίων ἐμπορεῖον *Aegeſtenſium emporium* in numis ΣΕΓΕΣΤΑΝΩΝ. Vrbs *Aegeſta, Aceſta,* Egeſta, & Segeſta. Ser. l. 1. Æn. *Cum Leomedon promiſſam murorum merce-
D dem Neptuno, & Apollini denegaſſet, Neptunus iratus Troiæ immiſit cetos, qui eam vaſtarent. Vnde Apollo conſultus cum & ipſe iraſceretur contraria reſpondit dicens obijciendas nobiles puellas beluæ. Quod cum ſæpius fieret timens quidam Hippotes filiam ſuam Egeſtam, cum Laomedontis regis Heſiona iam eſſet orta ſeditione religata: impoſitam naui miſit quo ſors tuliſſet. Et hæc ad Siciliam delata a Crimiſo fluuio, quem Crimiſum Virgilius poetica licentia vocat, conuerſa in vrſum, vt alij in canem, compreſſa edidit Egeſtum, quem Virgilius Aceſten vocat, qui ex matris nomine ciuitatem Troianis*

Digitized by Google

nis condidit, quæ ante Egeſta poſt Segeſta dicta. B

152. APRONI MAIOris) L. *Apronius* Coſ. Comes Germanici Cæſ. *Pro prætore Germaniæ*, ibique *triumphalibus inſignibus* ornatus, *Africæ Procos. cohortem fugæ accinctam decimauit.*

CAETVLAS GENTES) *Gætuli* Virg. *Africæ populi circa Syrtes.* Ptol. *Libyæ Interioris.* apud Spart. in Get. *Gotti Getæ dicuntur.*

ARMAQVE QVÆ GESSIT SCVTO) Mos in *ſcutis* pingendi *arma* vetus. Virg. de Aen. *Clypeoq. inſigne paternum Centum angues cinctamq. gerit ſerpentibus hydram.* etiam ſcribendi. Veg. *in aduerſo ſcuto uniuſcuiuſque militis erat literis nomen adſcriptũ, & ex qua eſſet cohorte.* Scuta à *Clypeis* forma differebant. *quæ enim rotunda, & in orbem iuſtum relata Clypeos dixere, quæ in longum exibant Scuta.* Lipſ.l.3.d.2.de mil. *Longa* erant, ſancitur enim apud Liu.l.44.*Scuto præ ſe erectos ſtare galeatos: deinde vbi feſſi ſunt innixos pilo capite ſuper marginem ſcuti poſito ſtare, vt fulgentibus armis procul conſpici ab hoſte poſſint.* Scuta aut *Ouata*, aut *Imbricata*. Lipſ. De ſcutorum iconibus. Plin.33.c.3.*Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines: vnde & nomen habuere clypeorum, non vt peruerſa Grammaticorũ ſubtilitas voluit a cluendo. Origo plena virtutis faciem reddi in ſcuto cuiuſq. qui fuerit vſus illo. Pœni ex auro factitauere, & clypeos, & imagines, ſecumq. in caſtris tulere.* Ibid. *ſuorum vero clypeos in ſacro, vel publico priuatim dicare primus inſtituit, vt reperio, Ap. Claudius, qui Coſ. cum Seruilio fuit anno Vrbis CCLIX. poſuit enim in Bellonæ æde maiores ſuos, placuitq. in excelſo ſpectari, & titulos honorum legi.* Magnus hic reuera honos, quare Antoninus *Clypeum Hadriano magnificentiſſimum poſuit, & ſacerdotes inſtituit.* Capit. *Claudio clypeus aureus, vel vt Grammatici loquuntur, clypeum aureum Senatus totius iudicio in Rom. curia collatum eſt, vt etiam nunc videtur. Expreſſa thorace vultus eius imago.* Treb. Quare Adhelmus hiſt. eccl.l.11.c.29. *Thoraces* vocat. *Guaſti* in lap. HVIC DECVRIONES FVNVS PVBLICVM STATVAM EQVESTREM CLYPEVM ARGENTEVM LOCVM SEPVLTVRAE DECREVERVNT. Hinc *Clypeata imago.* Macr. 2. ſat.c.3. Cicero *cum in ea prouincia, quam ille rexerat, vidiſſet clypeatam imaginem eius, ingentibus lineamentis vſq. ad pectus ex more pictam: erat autem Quintus ipſe ſtaturæ paruæ. ait: Frater meus dimidius maior eſt, quam totus.* Apud Liu.l.35. de multa damnatorum *quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ in cella Iouis ſupra faſtigium ædiculæ, & XII. Clypea inaurata. M. Aemilius Clypeos & domi ſuæ poſuit, id quoq; Martio exemplo.* Plin. 35.c.3. Nec tamen cuiuis ſtatuendi ius. CLYPEVM SI QVI PONERE VOLET DABIT ARCAE HS. In lap. CLVPEI SVI DEDICATIONE DEDIT EPVLVM. Nec vẽdi potuere. Conſt.l.22.C. de admin. tut. *Nec vero domum vendere licet, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorũ imagines aut nõ videre fixas, aut auulſas videre ſatis eſt lugubre.*

F (beside "erant, ſancitur enim apud Liu.") · G (beside "Claudio clypeus") · H (beside "Nec tamen cuiuis ſtatuendi ius")

CAESARIS EFFIGIEM) cogitaui num intelligat *Claudium*, qui mirum in modum bene *Erycinis* volens ibi *templum vetuſtate collapſum, vt ex ærario P.R. reficeretur* auctor fuit. Suet.c.25. At Tac.l.4.an. hoc *Tiberio*

A *conſanguineo* poſtulantibus *Segeſtanis* adſcribit. *Effigies* autem *hominum*
non ſolebant exprimi niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium, pri-
mo ſacrorum certaminum victoria, maximeq. Olympiæ: vbi omnium qui vi-
ciſſent ſtatuas dedicari mos erat. eorum vero qui ter ibi ſuperauiſſent, ex
membris ipſorum ſimilitudine expreſſas, quas iconicas vocant. Athenienſis
neſcio an primi omnium Hermadio & Ariſtogitoni Tyrannicidis publice po-
ſuerint Plin. 38. c. 4. Ante *Aes* repertum, ex *hebeno, cupreſſo, taxo, pari-*
buſq. fiebant. Simulacrum *Dianæ Epheſinæ cedrinum* fuit. Vit. 2. c. 9. nun-
quam mutatum *ſepties* templo reſtaurato. Pedetentim ad luxum de-
uentum, & niſi in *ære, argentoq.* memoria quæſita. demum ijs *aureas*
bracteas infarcire in Ac. Glabrione, victo Antiocho in Italia inſtitutum eſt.
Auream Athenis *Gorgias Leontinus Iſocratis magiſter* (qui centum &
B *ſeptem compleuit annos, nec vnquam in ſuo ſtudio, atque opere ceſſauit.*
Cic.) accepit. Domitianus *ſtatuas ſibi in Capitolio non niſi aureas & ar-*
genteas poni permiſit, ac ponderis certi. Suet. c. 13. Nec vnius molis ſtru-
ctæ. *Pom. Gauricus* de ſcul. *Statuas eas, quæ intra humani habitus ſtaturam*
fierent vocari ſigna, & ſigilla, & cubitales ſcilicet, palmareſue, & ſi quæ
eſſent horum quotæ partes. Dici autem pariles cum eius, qui exprimitur ſta-
turã vndiq; præſentauimus, dariq; benemeritis, ac ſapientibus viris, Magnas
vero eſſe cum infra ſeſquialteram ſtaturæ continebuntur, dicariq; Regibus, &
Imperatoribus, ſicut Maiores, id eſt, quæ ad alteram excreuerint ſolis Heroi-
bus. Maximas autem, hoc eſt, quando ter humani corporis ſtatura contine-
buntur. Item rurſus ac rurſus, quam eas ſibi Romani, & Barbari Reges vin-
dicauerint, proprias tamen eſſe Deorum, & eſſe Coloſſos nominatas, vel ab
C *auctore ipſo, vel ab noxia radiorum effuſione, quæ fieri ſolet eiuſmodi moles*
intuendo, vel à ſpecubus, vaſtaq. intus inanitate, id enim eſſe κόλον ὄσσον.
Alij vero ἀπὸ τοῦ κολάζειν, quod eſt modum in re aliqua excedere. Addit
quæ Dijs fiunt vocari εἴδωλα, quæ heroibus ξοάνα, quæ Regibus ἀνδριάντας,
quæ ſapientibus εἴκελα, benemeritis viris βρέτεα. Plin. l. 34. c. 6. *tripedaneæ*
ſtatuæ menſuram honoratam ſcribit. De Coloſſis. Pl. 34. c. 7. *Moles ſtatua-*
rum, quas Coloſſos vocant, turribus pares. Solis coloſſus Rhodi, quem fecit
Chares Tyndius Lyſippi diſcipulus ſeptuaginta cubitorum altitudine fuit.
Hoc ſimulacrum poſt DVI. *annum terræmotu proſtratum. Sed iacens quoque*
miraculo fuit. (iacuit an. CMLXXVII. vt Scaliger ratione inijt. DCCCXX.
M. pondo fuit, quod ccclↃↃↃ. *Cameli eo onerati,* quorum onus *duplum*
ad onus muli.) *pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti, quam*
D *pleræq; ſtatuæ. Vaſti ſpecies hiant defractis membris. Spectantur intus magnæ*
molis ſaxa, quorum pondere ſtabiliuerat conſtituens. XII. annis tradunt ef-
fectum CCC. talentis, quæ contulerant ex apparatu Regis Demetrij relicto mo-
ræ tædio. Hadrianus *Aelio Vero per totũ orbem Coloſſeas poni iuſſit.* Spart.
in Ver. Notauit Plin. 34. c. 5. L. *Accium Poetam in Camænarum æde maxi-*
ma forma ſtatuam ſibi poſuiſſe, cum breuis admodum fuiſſet. In varias ſpe-
cies nominaque digeſſere. *Militares, Armatæ* ſeu *Equeſtres* cum equo ad
curſum inſtigato, aliæ cum *Elephantis.* Capit. in Max. *Maximo Gallieno,*
& Gordiano ſtatuas cum Elephantis decernimus, currus triumphales decer-

nimus, ſtatuas equeſtres decernimus, trophea decernimus . Triumphalis coronata togataq; fuit. Capit.in Macr.Antonino *dicant & duas ſtatuas equeſtres, pedeſtres duas habitu militari , ſedentes ciuili habitu duas ; item diuo Seuero duas triũphales.* Etiã *ænea ſphæra* fuit. reor hanc *Stellam Crinitam,* vt *Sancti* hodie ornantur. Marcel.l.25. *Maximiani* ſtatua amiſit *repente ſphæram æneam formatam in ſpeciem poli.* Paterc.de Aug. *aduentanti Romam immanis amicorum occurrit frequentia, & cum intraret vrbem Solis orbis ſuper caput eius curuatus æqualiter rotunduſq; in colorem arcus velut coronam tanti mox viri capiti imponens .* aliæ *Laureatæ, Penulatæ, Palmatæ, Roſtratæ, Ciuiles, Achilleæ.* Plin.34.c.3. *Placuere & nudæ tenentes haſtam ab epheborum & gymnaſijs exemplaribus. quas* Achilleas *vocant. Græca res eſt nihil velare. ac contra Romana , ac militaris thoraces addere.* Aliæ *pedeſtres* manibus exertis, *Imperium,* vt *Dempſterus,* denotantibus . Dedicatæ fuere aut *publice* in celeberrimis locis; *in foro, præ roſtris, in tẽplis, iuxta Deos,* Vitr. *inter Deorum ſedes.* Tac.5.hiſt. Iudæi *iuſſi a C. Cæſare effigiem eius in templo locare, arma potius ſumſere .* Aut priuatim in *porticibus,* in *bibliothecis* docti *ſemper-virendi hedera* coronati. Perſ. *quorum imagines lambũt hedera.* Et *quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquuntur.* Plin.35.c.2. *Aſinij Pollionis hoc Romæ inuentum , qui primus bibliothecã dicando ingenia hominum Rempublicam fecit.* Numeriano *ſtatua non quaſi Cæſari ponenda in bibliotheca Vlpia, cui ſubſcriptum eſt:* NVMERIANO CAESARI ORATORI TEMPORIBVS SVIS POTENTISSIMO. Vop. In *ædibus* vero *Auguſtorum imagines Cubiculares* extabant, quas morituri *Imperij heredi, quaſi pignus* relinquebant. Capit. in Pio *Fortunamq. auream quæ in cubiculo Principum poni ſolebat , transferre ad eum* Marcum *iuſſit.* Spart. in Seu. *Fortunam deinde regiam , quæ comitari principes, & in cubiculis poni ſolebat geminare ſtatuerat , vt ſacratiſſimum ſimulacrum vtrique relinqueret filiorum.* Dicta & *Fortuna publica.* Sen. de ira. *habuit in conſilio Fortunam publicam* Hæ vna cum *Laribus* cultæ, *genitaliſq; tori* curam habere creditæ ſunt. Plin.l.15.c.11. *Omnia* ſtruthea & mala cotonea *iam & virorum ſalutatorijs cubilibus incluſa , ſimulacris noctium conſciis impoſita.* Deſtinatæ & *funeri* ſuæ imagines Plin.35.c.2. *expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armarijs , vt eſſent imagines , quæ comitarentur gentilicia funera, ſemperq. defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus.* Aliæ *foris , & circa limina animorum imagines erant affixis hoſtium ſpolijs , quæ nec emptori refringere liceret, triũphabantque etiã dominis mutatis ipſæ domus.* Suet. Tiberius *imagines niſi permittente ſe poni permiſit, & ea ſolũ conditione ne intra ſimulacra Deorũ , ſed intra ornamenta ædiũ ponerentur.* Capit. de M. Ant. Phil. *ſacrilegus iudicatus eſt, qui eius imaginẽ in domo non habuit , qui per fortunã , vel potuit habere , vel debuit.* Vop. *Tacitus* cauit , vt *Aureliũ omnes pictũ haberent. Diebus feſtis* plerunq. ſtatuebantur. Th.& Val.l.2.C. de ſtat. & imag. *Si quando noſtræ ſtatuæ, vel imagines eriguntur, ſiue diebus, vt adſolet feſtiuis, ſiue cõmunibus adſit iudex ſine adorationis ambitioſo faſtidio, vt ornamentũ diei , & loco, & noſtræ recordationi ſui probet acceſſiſſe*

præſen-

Digitized by Google

A præſentiam. Nec vultibus conſecrare licitum, niſi qui *Magiſtratus Curules* geſſiſſent. *Claudius priuatis publicā* poni interdixit, & niſi *Senatus ſententia*, excepto *ſi quod opus publicū faceret, reficeretue*. Dio. Politæ ſeruabantur. Arria.l.1.diſſ. Epict. c.19. *Tabulam, in qua eſt imago Imperatoris colo, lauo, detergo*. Auguſtus eo vſq. cultus vt hæc quoq; *capitalia eſſent, circa eius ſimulacra ſeruum cecidiſſe, veſtem mutaſſe, nimio, vel anulo impreſſione latrinæ, aut lupanari intuliſſe*. Etiam *adorabant*. Modeſt. de voc. rei mil. *Legionis inſigne ſunt imagines Impp. quas tanquā diuina & præſentia ſigna ſinguli venerantur*. Suet. in Cal. c.14. *Artbabanus* Parthorum rex *aquilas & ſigna Romana Cæſarumq; imagines adorauit*. Ad ſtatuas vt impune eſſent, ſæpe fugiebant. quare interdum diſerte hoc prohibitum. in lap. MAVORTIO SACR. HOC SIGNVM A SERVO TANGI NE-
B FAS. Val. Th. & Arc. C. de his qui ad ſtat. confug. Et ſi *probati fuerint artibus ſuis inuidiā inimicis creare voluiſſe, vltrix in os ſententia proferatur*.

AENEA DVM ALMA PARENS) prodit hæc tabula *Veneris* apud *Erycinos æneā ſtatuam*. Hic ALMA PARENS, & paſſim GENETRIX dicitur, at inepte in tab. 64. quam monſtri cauſſa appoſui, VENERI HOMICIDAE. Ei *Cæſar* poſt pugnam *Pharſalicā* ædem in foro poſuit *thorace de margaritis Britannicis* ex ſpolijs dicata.

153. ΑΙΣΧΡΙΩΝ) Cic.3. Ver. *Aeſchrionis Syracuſani vxor eſt Pippa, cuius nomen iſtius nequitia tota Sicilia peruulgatum eſt, de qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal, & ſupra prætoris caput ſcribebātur. Hic Aeſchrio Pippæ vir adumbratus in Herbitēſibus decumis nouus inſtituitur publicanus.*

154. CL. MARCI) *Marci a Numa Marcio Pont. Max.* primordia pe-
C tunt, qui ex *Pompilia Numæ Regis* F. *Ancum Marcium* Regem genuit.

155. VENEREI ERVCINAI) Ser. l.1. Æn. *Eryx Veneris & Butæ filius, vt quidam Neptuni fuit: qui præpotens viribus, ceſtibus prouocabat, victoſq; perimebat. hic ab Hercule occiſus eſt, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit. In quo matri fecerat templum quod Aeneæ aſcribit Poeta dicens: Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes Fundator Veneri. In hoc autem monte dicitur etiam Aeneas ſepultus, licet ſecundū Catonem ad Italiam venerit*. Pauſ.8. in *Laconica*, alij in *Phrygia* ferunt. Scribit Dion. l.1. *Hanc dubitationem cōmunem ac vulgarē eſſe de multis, præcipue vero de viris, qui fortunæ beneficio illuſtres quidē fuerunt, ſed tamen vitā inſtabilē & vagā egerunt: & ſciant vnū quidem ſolum fuiſſe locū, qui corpus ipſorū exceperit, ſed apud multos monumenta eorū erecta eſſe. Veneris* ibi ædes *diuitus* &
D *cultu* totius *Inſulæ clariſſima*. Polyb. l.1. Senatus Rom. *ſtatuit vt fideliſſimæ per Siciliā ciuitates, quæ numero XVII. aurū Veneri conferant, & duæ militū centuriæ pro templi cuſtodia ſtationē agant*. Diod. l.4. Quæ ædes adeo opulenta *vt CIↃ. amplius habuerit ſacratas deæ meretrices* (ἱερόδουλοι dictæ, quarum *quæſtus corpore* totus deæ ſacer erat) *quas viri pariter ac mulieres deæ dedicabant. ob has igitur & magna hominū multitudo ea in vrbe & ingentes diuitiæ fuerunt, quippe naucleri facile ſua prodigebant: vnde & adagio locus. Non cuiuis eſt nauigare Corinthū*. Strab. l.6. Ibi *ſtati ſunt dies, quos Ἀναγώγια, id eſt, profectionis dies vocant, quibus aiunt*

Venerem

Venerem in Africam diſcedere. Nullæ tum circa eum tractum apparent E
columbæ tanquam abeuntem peregre Deam comitatæ: Nono poſt die, quod tempus Καταγώγια, id eſt, Reuerſionis dies appellant, columba ex mari vna præuolat, & in templum Deæ ſe recipit, ſequuntur mox aliæ. Tum quotquot locum circumhabitant diuites conuiuia agunt, ceteri læti plaudunt. oletque vniuerſus is tractus butyrum, quod argumento eſt deam reuerti. Ath. l.9. Simili religione *Arcadia* fanum in vrbe *Pſophidy* habuit. quod in Pauſ. l.8. a *Pſophide Erycis* Siculi Tyranni *filia conditum dicitur. Romæ* primũ templis culta a *Q. Fabio Maximo Dict.* cum *libris Sibyllinis* præceptum, *vt is voueret, cuius maximum in Vrbe Imperium.* & a *L. Porcio Licinio Coſ.* quod anno *Aquileiæ Coloniæ* ab eo ductę, in *Liguſtico bello* vouit, & *II. vir* ad *portam Collinam* dedicauit. Liu.

F

CAP. IX. Imperator. Ceſar. M. Aur. Baſsianus. Trib. poteſtas. Indulgentia. Princeps. Fabij. Inimicarum ſtatuarum abuſus. Sex. Clodius. Acilij. Pro prætor. Præf. frumenti. Senatus-conſulta. Hiſpellates. Publica.

158. IMP.) priſcis *Prætor*, Græcis ϛρατήγος, huiuſq; *conſilium* ϛρατήγημα & eius artis neſcius ἀϛρατήγητος dictus. Geminæ antiquæ ſignificationis verbum: modo enim cuiuis *exercitus moderatori* competit, cui ſuis auſpicijs belli gerẽdi ſummam Populus tradidiſſet. modo *Victori*, qui cæſorum hoſtium numero adimpleto, militum adclamatione hoc nomen emeruiſſet. Eius *Imperium* aut *Ciuile* fuit, idque ſi *conſulare*; *conſul*, ſi *prætorium*; *prætor*, ſi *dictatorium*; *dictator* appellatus. aut *Militare*, & tunc proprie *Imperator*, id eſt, *adminiſtrator belli gerendi*. Cic. de orat. G
caſtrorum Imperator duxq; hoſtium. In Catil. *Victor et Imperator omnium gentium populus Romanus.* pro domo. Scipio apud Liu. *ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe, quo ſe milites ſui appellaſſent, Regium nomen alibi magnum, Romæ intollerabile eſſe.* Demum in *Cæſare* Dictatore Imp. perpetuo a ſenatu appellato *Regij Imperij, ceterorumq; Poteſtatum ius* eſſe incepit. Auguſtorum primus *Claudius legionum impetu gaudioq;* hoc vocabuli honore ſalutatus eſt, ceteri vel *Adoptione & Teſtamento*, vel *Senatus militumq; ſtudijs* ad id rerum faſtigium deuenere. Diac. l.17. *Milites per ſeditionẽ Exarchos et Prætores ſæpe renunciabãt, quos poſtea in clypeum impoſitos Impp. nominabant.* Primi a *Senatu* lecti *Nerua & Traianus*, ab eo verò *confirmati* ſunt *Auguſtus, Tiberius, Caligula, Nero*, & iuxta nonnullos *Galba*. In veterum ſaxis vox hæc *præcedens Principis* eſt nota, H
ſi *ſubſequitur victoria* acquiſitum fuit. De illo Tranq. *Tiberius prænomen Imperatoris recuſauit. Claudius prænomine Imperatoris abſtinuit.* de hoc Tac. *Nomen Imperatoris ſemel et vicies partum.* Interdum ſub *Principis* notione poſtpoſitam reperio. A. VITELLIVS. L. F. IMPERATOR COS. PERP. In Kummerland. OB. HONOREM. PHILIPPI. IMPERATORIS. NOBILISSIMI. SEMPER. AVGVSTI. ET. PHILIPPI CAESARIS. NOBILISSIMI. Romæ. ARCADIVS. ET. HONORIVS FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI. IMPERATORES. Trebulæ. M.

AVRE-

Digitized by Google

A AVRELIANI.OPTIMI.CAESARIS.DESTINATI.IMPERATORIS.
Et in numo SER. GALBA. IMP. CAES. AVG.

CAESAR) In C. *Iulij*,L.F. *Cæſaris* honorem apud poſteros *Impp.*
hoc cognomen remanſit. quod gentis nomini ſubſcriptum *Imperij Can-
didatum* denotat. *Spart.* de Vero: *Primus Cæſaris cognomen accepit* , ſub
quo *in Remp.* inductum,vt *Cæſares* ſint *quaſi quidam principum filij viri*, *et
deſignati Auguſtæ maieſtatis heredes* , cum nomen alias Imperatoribus
commune foret. Palam errat longe enim ante *Verum* Augg. filios,nec-
dum ſummæ potentiæ conſortes *Cæſares* dictos ex Tacito elucet. ibi
enim *Druſo* a *Ti.* patre in Germaniam miſſo: *milites viſo Cæſare trepi-
dauere.* Pariter et *Titus* ac *Domitianus Cæſares Deſignati* leguntur.Eadem
mente,etſi diſpari,ſueto tamen in *Libera Rep.* nomine *Auguſtus* L.& C.
B *filios Principes Iuuẽtutis*,ſe verò *Principem Senatus* appellauit. Interdum
Cæſares et *Impp.* confunduntur. ſic Vopiſcus *Conſtantium*, qui *Diocletia-
ni Cæſar* erat, *Imperatorem noſtrum* vocat. Apud Diac.l.17. et femina-
rum titulus. *Tiberius filiam ſuam Charito & Mauricium Cæſares creauit.*

M. AVR. ANTONINVS) ex auo materno *Baſſianus*,& *incognita mu-
nerum ſpecie vrbem Romanam alliciens, quod indumenta in talos dimiſſa
largiretur , Caracalla dictus : cum pari modo veſti Antonianæ nomen e ſuo
daret.* Aur.Vict. *Seueri ex Iulia*, alij rectius *ex Marcia* priore Vx. F.
natus *Lugduni* vi.Id.Apr. A.DN.CXCVII. *Cæſar* a patre,& eodem men-
ſe ſequentis anni et *Auguſtus* dictus. patre fatis functo cum P. *Sept. Geta*
Fr. *Eboraci* in Britannia,*Gentiano* et *Baſſo Coſs.* A.ccxii. rerum potiri ce-
pit. occiſus A. ccxviii. vitæ xxix. Euſ. et alij verius xliii. potentiæ
C an. vi. m. ii. d. ii.

TRIB. POTESTAS) *in ſeditione et ad ſeditionem nata , cuius primus
ortus inter arma ciuium, obſeſſis et occupatis vrbis locis procreatus.* Cic.3.
de.LL.Quam ipſe paſſim *Magiſtratum* vocat, *Plut.* in prob. liquido ne-
gat: quod *tribuni* nec *purpura, lictoribus, ſella curuli,* nec creato *Dictato-
re* officium deponant. In Catone docet *magis ad impediendum valuiſſe
quàm ad agendum,quippe cum ceteris omnibus collegis volentibus vnus qui
nolit et intercedat plus poſſit* . Aſsentit Liuius exemplo *Appij Coſ. priua-
tum tribunum pleb.* clamitantis,*ſine imperio,ſine magiſtratu.* Dignitas ergo
fere nulla, cum omnis ferme *poteſtas in intercedendo* ſit. Tanta tamen
eius vis,vt et *Coſs.in vincula* rapere,*ſenatum cogere*, Gel.4.c.7. ſed hunc
non quoties luberet. Quare *Auguſtus* arbitrium cogendi non niſi S. C.
accepit. *Quadriennium* ſeu *quinquennium*, quo Reip. habenæ penes
D *Tribunos* fuere; Dio. ἀνάρχιαν vocauit,Sex. Rufus.*ſine magiſtratibus Ro-
ma fuit annis quatuor*. *Auſpicia* tamen in *Comitijs* habuerunt, ſed vt Zon.
ann. l.2. *datum quidem id honoris ſpecie, ſed in eum reuera finem ne plebs
quid temere ſciſceret, ſed religione auſpiciorum ſæpius impediretur*. Lege
ſancitum, vt *ſancti*, id eſt, *religioni tuti* haberentur, ne *patricio* tri-
bunatus cederet, *Adoptione* tamen certiſq; ſub cauſis admiſſi. ecce *P.
Clodius*, qui vt *tribunus pl. Ciceroni* ob ciues occiſos diem diceret, a M.
Fonteio adoptatur. Excluſus item cui *pater* ſuperſtes, ideo *Seruilius* vitio

Tribunus exiſtimatus,quum pater, qui defunctus celebrabatur, viueret. E
Domus illorum cum ſe *præſides cuſtodeſq; libertatis* profiterentur, inter-
diu noctuq;patebat. hinc nefas ipſis, niſi indulgētia *plebiſciti* vel S.C. ex-
tra vrbem abnoctare. M. verò ab vrbe paſſibus *prouocatio ad populum*
ceſſabat. *Senatui intereſſe* non poterant, ad valuas curiæ ſedentes S.C.ex-
aminarũt,interceſſuri ſi quid diſpliceret hac ſolēni formula VETO.Liu.
l.6. *Faxo ne iuuet vos iſta veto.* T literā adnotabant ſi probarent. Poſtero
tamen æuo in *curiam* admiſſi, mox et *Atinio plebiſcito Senatores Tribuni*
effecti, ex quo poſt ſolus *Senator* tribunatus compos fuit.idcirco in *Au-
guſto* notarunt, quod *Patricius,necdum Senator* tribunatum petierit. Qui
cum perpetuus ei decretus,*Romæ fons olei per totum diem defluxit*.Oroſ.
l.6.c.20.Vis hæc poſtquam a *Sulla* mire euerſa, a *Cn. Pompeio* reſtituta
foret, per *Auguſtum Cæſ.* apud Imperij heredes ſub *Trib. poteſtatis* co- F
gnomine remanſit. *Tribuni* enim dici erubuerunt, cum *optimatum* ſtir-
pi, cuius priores *Cæſares*, ex *Iuliis* et *Claudiis* oriundi, indignus titulus
foret. *Tribunitiæ* tamen *Pot.* pariterq; *Pont. Max.*cognomina *Imperato-
riis titulis* adſcribi glorioſum viſum eſt,quo ſummo ſic illorum imperio
velato, impenſius non aliter ac *veteres Tribuni, Pontificeſq;* colerentur.
De *Auguſto* hanc Tacitus cauſam adfert:*id ſummi faſtigii vocabulum Au-
guſtus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appella-
latione aliqua cetera imperia præemineret.* Cumque *Impp.* quotannis eam
cum *Tribunis Pl.*renouarēt,ætatis *Imperii* hinc ſumma concipi ſolebat.In
lapidibus ergo et numiſmatibus numero Trib.Pot.annus potentię expri-
mitur. Legimus & ſub *Principibus* Tribunos pl. qui his Senatuiq; re-
pugnarint. Suet. in Cæſ.c.79. *quidam è turba ſtatuæ eius* Cæſaris *coronam* G
*lauream,candida faſcia præligatam impoſuiſſet: & tribuni plebis Epidius
Marullus,Cæſetiuſq; Flauus coronæ faſciam detrahi, hominemq; duci in vin-
cula iuſſere.* ſed Tribunatu illico a *Cæſare* exuti.Veterum curioſus *Ant.
Auguſtinus Tarraconis in Citeriori Hiſpania Archiepiſcopus* in ſuis nummis
idem *Traiano* rerum potente obſeruat.

INDVLGENTISSIMVS) Auſ.in grat.act. *Gratianus poteſtate impe-
rator, virtute victor, Auguſtus ſanctitate, pontifex religione, indulgentia
pater, ætate filius, pietate vtrunque. Indulgentiæ* et vectigalia ſunt, quæ
Impp. imminuebant et remittebant. Vocis natalem in *Ammiani* æuum
Io. Meurſ. in auctuario Philol. refert, ſed video eam et ante in lapide
Seuero Aug. ſcripto. ſic enim ibi vocem *liberalitati* adſociatam capio.
COLONIA OSTIA CONSERVATA ET AVCTA INDVLGEN- H
TIA ET LIBERALITATE *Seueri*. Ante *Traianum* INDVLGEN-
TISSIMVS in ſaxis non eſt, tunc ortum habuiſſe apparet. Nouis enim
virtutibus exſplendeſcenti noua encomia debebantur,& quæ nulli retro
Principi, ipſi conceſſa. inde OPTIMI cognomen *Patrum* decreto dela-
tum, lapidibuſq; OPTIMI MAXIMI, INDVLGENTISSIMI, PRO-
VIDENTISSIMI, aliaq; honoris vocabula inſcripta. Hinc, poſt inualuit
mos, his aliiſq; titulis *Principes* in tabulas referre, donec ſub vltimis
Augg. ad ſupremam luxuriem deuentum ſit, donec *Gothis* manum bonis

literis

Digitized by Google

A literis inijcientibus ſilentium ſecutum, turpiſq; rei bene geſtæ obliuio.

PRINCEPS) *Senatorum* primus lectus *Princeps Senatus* audiebat. Liu. de Cor. Lentulo: *morem traditum a maioribus ſequendum aiebat; vt qui primus Cenſor, ex ijs, qui viuerent fuiſſet, eum Principem legerent.* Nomen hoc *Auguſtus* vt *moderatiſſimum*, regio poſthabito, ſumſit. *Qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſſa nomine Principis ſub Imperium accepit.* Tac. Publico Impp. iſto nomine hi tantum in lapidibus, vt reminiſcor, nominantur: *Ti. Traianus, Hadrianus, Seuerus, Caracalla, Ant. Philoſophus, Commodus, Gordianus, Valentinianus, Aemilianus, Gallienus, Diocletianus, Decij, Maxentius, Conſtantinus, Coſtantius.* CONSTANTINO HVMANARVM RERVM OPTIMO PRINCIPI. *Balereus Rex Coduſiorum Valerianum Principem Principum* apud Treb. vocat.

B MAESIA FABIA) ſoror fortè *Mæſij ſubſcripti.* Conſueuerunt interdum eadem filijs filiabuſq; *prænomina* imponere, fine tantum vocum ſexum diſcernentes. Negat *Fran. Robortellus Vtinenſis* florentibus *Vrbis* rebus feminis præter *Caiæ* commune, nubentibus inprimis, cognomen fuiſſe. Conuinceret ipſum hic lapis, niſi conſtaret *labente Rep.* qua is ſtatutus, rerum nominumq; confuſionem inuaſiſſe. *Fabia* gens *patricia maiorum gentium*, ſeu ex *primæuis ſenatoribus* deſcendens. quales ſunt: *Antonia, Fabia, Horatia, Hoſtilia, Pinaria,* Potitia, *Quintilia, Romilia, Tarpeia. Fabij* generis ſui conditorem *Fabium Herculis* ex Euandri F. protulere. In ea gente *tres continui Principes Senatus*. Plin. l. 7. c. 41. Serius deinde tot fratres Q. K. et M. *Fabij* ſeptem continuos *conſulatus* primo et ſolo exemplo rexere. *Ant. Auguſt.* in ſuis apud *Vrſinum* familijs quinq; C *Ti. Fabios Titianos Coſs.* numerat. I. cũ *Imp. M. Iul. Philippo Coſs.* an. DCCCCXCVII. II. cum *Feliciano* anno mortis *Conſtantini* Imp. MXXIIX. III. cum *Neratio Cereali* MCIX. IV. cum *Q. Aur. Auiano Symmacho* an. MCXLII. V. cum Imp. Leone an. V. MCCXVII. C. CCCCLXVI. Floruiſſe *Fabios* in Sicilia domeſticis tabulis erudimur, habemus enim illos et *Thermis*, et forſan. *Lilybæi*, omiſſo tamen gentis homine. Amarunt enim *Romani* Siciliam *gaudẽtis naturæ opus*, quo nomine *Campaniam* Plin. l. 3. c. 5. celebrat, incolere, etiam pernicioſi *Seruilis* ibi *belli* tẽpore, cum ſub eorũ potẽtia ſerui impune agerent. Diod. l. 34. ecl. 2. *Præfecti regionũ ſeruis latronibus pœnas inferre non audebant propter dominos, qui pleriq; Romani equites eſſent, ac Iudices fierent criminum, quæ prouinciarum præfectis inferebantur, terrori erant.*

(159.) In hoc lapide *nomen & cognomenta Cõmodi* abraſa puto. Infenſiſſimũ enim obijſſe ex S. C. quod *Senatus* in funere adclamauit, cognoſcere D eſt. Spart. ex *Mario Maximo* his verbis refert: *Hoſti patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur. Hoſtis patriæ, parricida gladiator in ſpoliario lanietur. Hoſtis deorum, carnifex ſenatus, hoſtis Deorum, parricida Senatus. Hoſtis Deorum, hoſtis Senatus, gladiatorem in ſpoliario. Qui Senatum occidit, vnco trahatur: hoſtis, parricida, verè ſeuerè. Qui ſanguini ſuo non pepercit, vnco trahatur. Qui te occiſurus erat, vnco trahatur. Nobiſcum timuiſti, nobiſcum periclitatus es. Vt ſalui ſimus Iupiter optime maxime, ſerua nobis Pertinacem. Fidei prætorianorum feliciter:*

Digitized by Google

citer: prætoris cohortibus feliciter: exercitibus Romanis feliciter: pietati Senatus feliciter. Parricida trahatur. Rogamus Auguſte, parricida trahatur. Hoc rogamus, parricida trahatur. Exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar. Sepratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter: fidei militum feliciter: fidei prætorianorum feliciter: cohortibus prætorijs feliciter. Hoſtis ſtatuas vndique, parricidæ ſtatuas vndique, gladiatoris ſtatuas vndique: gladiatoris et parricidæ ſtatuæ detrahantur. necator ciuium trahatur, parricida ciuium trahatur. gladiatoris ſtatuæ detrahãtur. Te ſaluo, ſalui et ſecuri ſumus, verè, verè: modo vero; modò digne, modò verè, modò libere. Nunc ſecuri ſumus, delatoribus metum. Vt ſecuri ſimus, delatoribus metum: ſalui ſimus, delatores de Senatu. Delatoribus fuſtem te ſaluo. delatores ad leonem te imperante. delatoribus fuſtem. Parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, parricidæ gladiatoris ſtatuæ detrahantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur, gladiatorem in ſpoliario. Exaudi Cæſar. carnifex Senatus more maiorum vnco trahatur. Sæuior Domitiano, impurior Nerone, ſic fecit, ſic patiatur. Cingius Seuerus dixit: ſtatuas, *quæ vndique ſunt, abolendas, nomenque ex omnibus priuatis publicisque monumentis eradendum.* Antiqui vt *ſtatuas* ponere, nomina ſaxis infigere; ingentium nobilumq; virtutum ingentia premia exiſtimabant; *quippe cum ſic virorum fortium effigies,* conceptis verbis Fel. Ennodij Epiſc. Ticini loquor, *manſuro perenniter æuo ſeruentur, et per hæc ſimulacra neſciant obitum, vel ſepulti in æternitatem migrent, per has artes imago mortalium et anguſtam humanæ naturæ legem vincat induſtria.* Sic contra poſthumum ſcelerum crudele ſupplicium, nominiſq; infame ſepulcrum; ſtatuas abolere, flammis excoquere, illidere ſolo, ferro ſecuribuſq; in eas ſæuire (apud *Eleos Theagenis* ænea ſtatua, qui ſingula nocte eam flagris cædebat, oppreſſit. proles trucidati ſtatuam cædis poſtulauit. *Thaſij* ſubmerſerũt, cum *Draconis leges* in homicidijs et res inanimes cõplectãtur. Pauſ. l. 6.) in carceres trahere, ibique turpia exprobrare, quod *Vitellianis* accidit, vel vt Athenienſes ex *fuſilibus Phalerei Demetrij*, quæ, vt Plin. 34. c. 6. CCCLX. *quas mox lacerauerũt nondũ anno hunc numerũ dierũ excedente*, (hinc annos apud eos CCCLX. tantum dierum diſco.) vaſa ad vſus obſcœnos inde extruere, vel eas *lutare*, ſeu luto coloreq; nigro cõſpurcare, quod de *Maxẽtiis* Euſ. refert. & Lamp. de Heliog. *Miſit qui in caſtris ſtatuarum eius* Alexandri *titulos luto obtegerent, vt fieri ſolet de tyrannis*, vel memoriam damnare, nomina lapidibus eximere. Suet. de Domit. c. 23. *Senatus eo* mortuo *clypeoſq; et imagines eius corã detrahi, & ibidem ſolo affligi iuſſit, nouiſſime eradendos vbique titulos, abolendamq; omnem memoriam.* Cuius edicti obſequium paſſim per Italiam animaduertimus. Sic in lapide *Anagnino Septimij* eraſa fuere: FORTISSIMVS ET SVPER OMNES FELICISSIMVS PRINCEPS, quæ poſt reſtituta videmus. Sic *Stilichonis*, et FL. *Macrobij Longiani* in *Arcadij* ſaxo deleta. Pariter *Eutropij Eunuchi* memoria ex Coſſ. faſtis abraſa, ſolo *Theodoro* collega ibi relicto. Apud *Athenienſes Archontum* nominibus expunctis, faſtis *ἀναρχία*, id eſt, *magiſtratus ſolitudo* inſcribebatur.

Digitized by Google

A 160. CLODIAE SEX. F.) Hic *Sextus* idem eſt, cuius in 177. lapide
vetuſtate fere obſoletum nomen *Sole* duce reſtitui: eritq; is, qui *M. An-*
tonio a ſtudijs fuit. Adſcribo quę de eo Suet. in CL. Rhet. 1.5. habet. *Sextus*
Clodius e Sicilia, Latinæ ſimul Græcæq; eloquentiæ profeſſor, male oculatus,
et dicax, par oculorũ in amicitia Marci Antonij Triumuiri extitiſſe ſe aiebat.
Eiuſdem vxorem Fuluiam, cui altera bucca inflatior erat, acumen ſtili ten-
tare dixit, nec eo minus, immo vel magis ob hoc, Antonio gratus. A quo mox
conſule ingens etiam congiarium accepit. vt ei in Philippicis Cicero obijcit:
Adhibes ioci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, et compotorum tuorum Rhetorem: cui
conceſsiſti vt in quem vellet, diceret, ſalſum omnino hominem: ſed materia facilis in
te, et in tuos dicta dicere. At quanta merces Rhetori eſt data? audite Patres Con-
ſcripti et cognoſcite Reip. vulnera. duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio
B *Rhetori adſignaſti, et quidem immunia: vt tanta mercede nihil ſupere diſceres.*
Lapidis ſenſum ſic concipio: *Clodiæ Sex. F. et Grauillæ Clodij Caſij* vxori.
Solenne enim præteriri *vxoris* voculam, nec ſine venuſtate et cauſa.

162. L. ACILIO) eiuſdem *cognominis, tribuſque* tantũ *prænominis* M.
diuerſi *Procurator Conuentus Tarracon.* apud Grut. eſt *Acilius Rufus Con-*
ſul Deſignatus ſub *Traiano.* Plin. l. 5. ep. pen. *prænomine*, ab authore, aut eius
exſcriptore, omiſſo. Forte noſter eſt. *Ant. Auguſt.* in familijs ſuffra-
gatur. Gens *plebeia*, nobilis tamen V. *conſulatibus*, et I. *triumpho.* florente
Rep. duæ eius ſtirpes *Glabriorum & Balborum.*

PROPRAETOR) initiò dictus, cui *magiſtratus prorogatus*, tum *pri-*
uatus ſuo ductu, vt *C. Octauius*, bellum gerens. poſt qui *prætorius* prouin-
cias gubernabat. tandem qui ex *Auguſti* inuentione *Principum prouin-*
C *cijs* præerat. Is enim, vt vniuerſi orbis poteſtatem ſtabiliùs ſibi poſteriſq;
pararet, propiuſq; *Imperator* belli, cuius nomen ſumſerat, cognoſcere-
tur, vmbratili popularis imperij ſpecie introducta, *prouincias pacatas*
S.P.Q.R. diuiſit, *validiores*, curatioris tutelæ indigentes, ſibi ſeruauit,
ſuas *Pro prætore*, antiquo caſtrenſi vocabulo, Senatus vero belli ſecurio-
res ſortitò *Proconſulibus*, minori quàm ſuas poteſtate regi permiſit.
Notabili exemplo L. *Marco*, P. & *Cn. Scipionibus* trucidatis, *Pro prætore*
nomen in *Hiſpania* ab exercitu delatum. Simili priuato auſu, ſed a *Senatu*
confeſtim approbato *Octauius* proſperè rem contra *Antonium* gerens,
nuncupatur.

TR. PL. PR.) *Gruterus* in *Inſcriptionum* opere exponit *Tribuno ple-*
bis populi Rom. Clarus error contra lapidis præſentis fidem. Interpretor
D ergo iuuantibus antiquis lapidibus *Tribuno plebis Prætorio*, id eſt, qui
præturæ honorem geſſiſſet.

PRAEF. FRVM. DAND.) In lap. FRVM. item ANNONAE DI-
VIDENDI, REGERE ANNONARIAM POTESTATEM, et *Caſau-*
bono arbitro CVRATOR AQVARVM & MINVCIAE ſ. CVR. DE
MINVCIA, ac labente Imperio *Comes horreorum* Plin. *Manius Marcius*
Aedilis pl. primum frumentum populo in modios aſſibus donauit. C. Gracchus,
& P. Clodius Tribuni pl. hic vt quiuis modius *ſemiſſe & triente*, ille vt
gratis frumentum detur, inſtituere, *Cæſar* huic largitioni *Aedilem Ce-*
realem

Digitized by Google

realem præfecit. mox *Auguſtus* an. V. DCCXXXII. tum in arcta ſæuaq; annona oblatam a *plebe* cum XXIV. faſcibus accurrente *Dictaturam* reſpuens annonæ *præfecturam* acceptaſſet, II *viros* ex quinquennij abhinc acti *Prætoribus* huic muneri, & poſt IV viros inpoſuit. Suet. c. 37. *Curam frumenti populo diuidendi excogitauit.* c. 47. *Frumentum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo, & interdum nullo pretio viritim admenſus eſt, teſſeras quoq; nummarias duplicauit.* Tac. *Militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit.* Lapis *Ancyranus* (*Ancyra Galatiæ* caput, *Auguſti* opus Io. Tzetzes chil. I.) vitæ eiuſdem breuiarium: CONSVL TERTIVM. DECIMVM. SEXAGENOS. DENARIOS. PLEBI. QVÆ DVM. FRVMENTVM. PVBLICVM. ACCEPERAT. DEDI. EA MILLIA. HOMINVM. PAVLO. PLVRA. QVAM. DVCENTA. Collige modo numerum ciuium Rom. cum frumentantium tanta turba, qualis fuit totius Vrbis? Frumentum enim ſolum militibus, tenuioribus ciuibus, et manumiſſis datũ, *qui ideo Romæ ciues efficiebantur, vt in ciuiũ numero frumentũ publicum acciperent.* Scholiaſt. Tandem & ipſe *frumentationes in perpetuum abolendi* conſilium cepit, *quod earum fiducia cultura agrorum ceſſaret.* Suet. c. 42. Munus hoc magnum fuit. hinc *Cn. Pompeio Magni prænomen* obuenit. cui *quinquennium omnis poteſtas rei frumentariæ toto orbe terrarum data.* Cic. 4. Att. e. I. Modus diuidendi *per teſſeras* ſeu *ligneas*, ſeu *æneas* fuit. Quæ ſingulis diuidebatur, Budæo *chænicaria* erat, vni in diem alendo ſufficiens. octo autem Rom. modiũ æquabant, ideo Caſau. ex his Spart. de Seuero verbis *moriens ſeptem annorum canonem* ... (h. e. copiam frumenti annuam in quauis vrbe abſumendam) *ita vt quotidiana ſeptuaginta quinq; millia modiorum expendi poſſent.* Ingentem, nec forſan alibi legendum frumentantium numerum iniuit, h. e. *ſexies centena millia.* His acceptis frumentum ex *horreis* petebant. Ea vel *penſilia* Colum. ſeu *ſublimia*. Vitr. Hæc in editiore villæ parte erant, vel *defoſſa* Plin. *ſubterranea* Caſſ. in *Scæuolæ* l. 60 *ff. de acq. rer. dõ.* & ex tabulis ligneis mobilia fuiſſe colligitur. Fundatorum nomina induebant, vt *Aniceti, Varguntei, Domitiana, Galbana.* Victor CCCIX. nominat. In *tabulas* accipientium nomina referri Plin. in Paneg. innuit: *quamquam lætiſſimum oculis tuis eſſet, conſpectu Rom. pubis impleri, omnes tamen antequam te viderent, recipi, incidi iuſſiſti.* Menſtruas *teſſeras* datas ex Suet. in Aug. c. 40. liquet: *Ne plebs frumentationũ cauſa frequentius a negocijs auocaretur, ter in annũ quaternũ menſium teſſeras dare deſtinauit: ſed deſideranti cõſuetudinem veterem conceſſit rurſus, vt ſui cuiuſque menſis acciperet.* Dabantur *VI modij ſ. medimnus Atticus.* ita cenſet Lips. cum apud Suet. *Tribuni optimates criminentur propter exilem largitionem modiorum quinque.* In vrbis regionibus, quæ XIV. ex gradibus diuiſionem factam numiſmata confirmant. Et tam *metiebantur*, quam *appendebant*. In LL. *Frumentum publice dandum, præbendum, & appendendum*: ſic enim legerim, non vt vulgo, *apprehendendum.* Poſt et loco *frumenti panis* collatus. quare & l. vlt. C. de iur. dot. *panis ciuilis frumentum* notat. Largiebantur & *oleum* propter balnea, & *ſalem*. Dio l. 49. Neglectæ annona curata ingentium motuum

A compluries cauſa extitit. qui ideo aſſidui in Vrbe. Amm.l.26. quare Ro-
mæ in *medio foro Imperator* Claudius *correptus a populo conuitijs, & fra-
gminibus panis turpiſſime inſectatus*. Oroſ.l.7.c.6. *Præfectus frumenti* in
prouincijs ex collectis emptiſq; *canone* inſtructo, militi proſpiciebat.
Frumentum demum aut *vendebatur*, vt *decumanum Siculum in Sicilia*,
quare hunc *Præf. Frum.* ibi reſidiſſe crediderim. aliarum inſularum *de-
cuma* Romæ à *Cenſoribus* vendita. aut *in cellam prætoris æſtimabatur*, aut
imperabatur, aut *honoris cauſa* accipiebatur. Sig.l.2.c.5.de.iur. antiq.Ital.
EX.S.C.) Dion.l.2. *Reſp. omnis in poteſtate Senatus, præter magiſtratuum
creationem, legum lationem, et belli paciſq; arbitrium.* Prouinciales tamen
magiſtratus eligendi libera facultas erat. nec niſi extra ordinem in *comi-
tijs Tributis* nominabantur. *Præfectus* autem *Frum. dandi & accipiendi*
B ex S. C. aſſiduo in ſaxis & nummis creatur. PISO. CAEPIO. Q. AD
FRVM. EMV. EX.S.C. *Habebat enim Senatus primam ærarij poteſtatem,
& in ipſius arbitrio ſunt & reditus, & ſumptus*. Polyb.l.6. Ergo neceſſario
ab illo legi oportuit. Pretium eſſe duxi, pauca tanquam per ſatyram de
S.C. adnectere. Soli *Dictator, Coſs. Prætores, Tribuni pl. Interrex, & Præ-
fectus Vrbis S.C.* fecere. Gel.l.18. extraordinarie *Tribuni militares cõſulari
poteſtate, X viri LL. ſcribendarum, III viri* R.P.C. ius *conſulendi* Sena-
tum habuere. *Senatorum* numerus condendi S.C. ſæpè variatus, modò c.
modò cc. ſub Auguſto cccc. Dio.l.54. *Cum videret Senatum non frequen-
tem conuenire, decreuit eius conſulta etiam a paucioribus, quàm a quadrin-
gentis fieri.* In C. Th. *Conſtantinus* cauit, *ne minus quinquaginta Clariſſimi
in Senatum veniant.* Iniuſtum erat, quod non in loco ſacro per *Augures*
cõſtituto, *templum* appellato, & ante *exortum* & poſt *occaſum Solis* ceptũ.
Gel. *Senatus* ergo *auctoritas* appellata, quæ *ſenatus minus frequens decre-
C uit, item ſi non loco, aut die legitimo,* & ſi *interceſſum eſſet, aut ſi quid ac-
cidiſſet, quo non* S.C. factum. Dio. In S.C. notabatur quo *decernente*, quo
referente, quo primum adſentiente factum. Adſentiebatur *voce, manu, pede.*
Vopis. in Aur. *Alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in ſententiam eunti-
bus, pleriſque verbo conſentientibus conditum eſt S.C.* Item *tabella* iudicum,
eaq; *abſoluendi* A. *damnandi* C. & qua N.L *non liquere* ſcriptum. Item *te-
ſtulis & ſitella*, ſeu *ciſta & ciſtella*. In comitijs & *punctis* ſuffragabantur.
Ant. Auguſtin. de LL. ſuffragium *manu et pedibus* cõiunxit. Fuit & S.C.
Tacitum. quale illud, quo *Maximinus* hoſtis iudicatus *Gordiano* Augu-
ſto appellato. Ritus illius, nec alibi explicitus apud Capit. in Gord. extat.
D *Apud veteres neceſſitates publicæ repererunt, vt ſi forte aliqua vis ab hoſti-
bus immineret, quæ vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſti-
tuere, quæ non prius oporteret dici quam effici, vel ſi nollent ad amicos aliqua
permanare, Senatus conſultum tacitum fierent: ita vt non ſcribæ, non ſerui
publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, Senatores exciperent, Senato-
res omnium officia cenſualium, ſcribarumq; complerent*: Minus verò tacuit.
Addit enim *omnia comperiſſe Maximinum, etiam exemplum S. C. accepiſſe*.
Herodianus adiecit conuentum fuiſſe non more ſolito in *Curiam*, ſed
in *Capitolium*, & *Iouis Capitolini cellam*, eo ſe incluſiſſe, velut in ipſius

Iouis

Iouis oculis deliberaturi. *Senator* S.C.impediturus *Conſuli* dicebat NV- E
MERA SENATVM.Vop. *Diu hæc* I.Cta *quæ ad Principem pertinebant, in libris elephantinis ſcribebantur*. ante in æs inciſa in ærarium retulerunt.

HISPELLATES) gentiles oppidi *Hiſpelli Vmbriæ*.Plin. *Spellum*.Ptol. vnde *Spellates*. In ſaxis: COL. IVL. HISPELLI. hodie *Spello* ruinis ſuis non ignobile. Dicendum ergo *Acilio* in Sicilia ſtatuam ab ipſis poſitam, vt vbi Magiſtratum gerebat, gratularentur.

PVBLICE) vt diſtinguatur a *Priuata Statua*. Notum enim, Plin.l.34. c.5. *in domibus etiam priuatis ſtatuas fuiſſe, atq; in atrijs. nam factum ad exemplum fori, in quo ſtatuas poni ſolebant. Publica*, quæ ſint. Vlp.l.15.ff.de verb. ſign. monet: *Bona ciuitatis abuſiue publica dicta ſunt: ſola enim ea publica, quæ populi Romani ſunt.* Et l.17. *Inter publica habemus non ſacra, nec religioſa, nec quæ publicis vſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qua ſunt ciuitatium velut bona: ſed peculia ſeruorum ciuitatium, procul dubio, publica habentur.* F

CAP. X. Seuerus Commodi Fr.ſe dicit. Fazelli error. P. Val. Licinius Aug. Domitianus Latronianus. Euſebius emendatus. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Iulia et Seuerus coniuges. a victis gentibus cognomina. Pont. Max. Imperator belli. Conſul.

163. FRATRI) *Seuero* hic titulus ſcriptus, *Commodi* enim ſe *fratrē* dixit. Docet hoc Dio.l.22. *Nobis timorem longe maximum fecit, quum ſe Marci F.& Commodi fratrem diceret, et in quem antea tumultuoſius egerat, heroicos honores daret.* Spar.in Ser. *Quoſdam credere Baſſianum Antoninum appellatum, quod Seuerus ipſe in Marci familiam transire voluerit.* Sed nota G poſt mortem tandem *Fratrem* vocaſſe. Signa fraterni amoris edidit, dum ipſum *in Senatu & concione laudauit, Deum appellauit, Narciſſum eius ſtrangulatorem leonibus obiecit*. Spart. Scribit idem *Getam Antoninum a patre dictum, amore Marci, quem fuiſſe, vel fratrem ſuum dicebat.* Falſum hoc in ſaxis, & hiſtorijs, tantum enim *Commodum* fratrem nominaſſe nobis retulerunt. nec inde tantum, quam per Commodum deſcenſum ad Cæſareos auos habuiſſet. lego ergo *Patrem*. Amoris forſan fons hinc: *quod a Marco latum clauum acceperit, tribunatum plebis meruerit, Prætorq; deſignatus non in candida, ſed in competitorum grege*. Spart. Et ita gradum ſibi, iterq; in *Imperatorias familias* patefecit. Res, certè, inſolens callidaq;, nec vlli retro Romanorum par maiorum ſeries tentata. Hac verò ſupputationis baſi *quinos*, & M. *Aurelius ſenos Auguſtos* numerauit. Priores Cæſares, aut patrem tantum Principem, vt *Octauius*, aut H auum, vel proauum, vt *Octauij* filij & nepotes inter generis ſui imagines recenſere ſufficiebant, donec per *Neruam Marcus & Lucius Antonini fratres*, quartum gradum imperatorij ſanguinis, & poſt *Commodus & Seuerus* quintum, hic vere, ille ficte, & tandem *Antoninus Caracalla* ſextum adimpleuit, numerus, qui primus in hoc cepit, ei ſolus fuit. in hoc enim ſerie interrupta, nullus imposterum Impp. vltra proauum *Cæſarem* titulis ſuis addere potuit. *Panormitani* itaq; vt *Seuero*

gra-

Digitized by Google

A gratiorem titulum publicarent, et fidei profeſſione, obſequij conſtantia ſe *Siculo* quondam *Proconſule* comprobarent, ementitum etiam ab ipſo natalium ordinem adſcripſere. Tritum eſt adoptatos non *tribuum* tantum, *ſacrorum*, *bonorum*, ſed & *nominum heredes* ſcribi. quare hic eiurato genitorum nomine adoptitij tantum patres recenſentur. M. *Vlpius* enim *Traianus Crinitus* M. F. fuit a *Nerua*, T. *Aelius* T. F. *Hadrianus* a *Traiano*, T. *Aurelius* T. F. *Fuluius Antoninus* & M. *Annius* M. F. *Antoninus* ab *Hadriano* adoptati ſunt. hunc enim illi adoptandum dederat. *Maceratæ in Piceno* ſaxum vidimus, vbi ſe Seuerus L. *Veri Aug* F. *Diui Pij* N. dixit. ſed hoc enucleabimus, cum totius *Italici Orbis Inſcriptiones* in medium producemus.

PANHORMVS) reprehendunt hanc *aſpirationem* viri docti, cum B *Græcis* ea *in compoſitis* inſueta ſit. Perpetua tamen in ſaxis domeſticis eam videmus, ita vt non temerè inſertam ſtatuendum ſit. nec ab ea ſcribendi conſuetudine *Normanni* deflexere, quod ex eorum regijs ſuperſtitibus munumentis videre eſt. In *numis* verò præterita fuit, vt apparet ex ijs, quos exquiſitiſſima cura *Ph. Paruta V. Inl.* vno volumine comportauit. *Panhormum* genere neutro *Panhormium* dictum *Iac. Pontanus* & *Th. Fazellus* ex quodam ibi lapide, in quo PANHORMII nimis incautè legerant, probare conati ſunt. his recens adſtipulatus *Ph. Cluuerius* in ſua *Antiqua Sicilia*, opere magno animo ſuſcepto, nec minore cũ totius *Regni* felici applauſu euulgato. Sed ſi *Fazellus ciuis adoptatus* antequam nouam opinionem obtruderet, ſaxum penitius inſpexiſſet, PANHORMITANORUM ſolemnẽ notam, & non PANHORMII cognouiſſet. *Errorem* genuit *ſculptorum* incuria, qui quandoq; T. *literam* iugo obtuſe, leuiterq; in tranſuerſum diducto, pene inſtar I. inſcripſere. Quod C & ante me *Mart. La Farina* docti *Baronis* non diſpar filius viderat.

164. L. *vale*RIANO) apparuit quidẽ, etſi obſcuris veſtigijs notam L. inſcriptionem ordiri, ſed cum teſtatum ſit *Licinium* P. prænominari ideo litera extrita, iniuriaque excepta lapidem corruptum feſelliſſe viſum cenſeo. *Conſtantinus libertatis auctor* laudatus eſt. lapis: PIISSIMO. AC. FORTISSIMO FVNDATORI. PACIS. AC. PVBLICAE. LIBERTATIS. AVCTORI. D. N. FLAVIO. VAL. CONSTANTINO. NOBILISSIMO. CAES. B. R. P. NATO. Mirabellæ. ORBEM. TERRAE. ROMANI. NOMINI. SVBIVGANTI. at hic Licinius resTITVTOR LIBERTATIS. AC. FVNDATOR. PVBLICAE. SECVRITATIS. in numo RESTITVT GEN HVMANI. item RESTITVTOR ORBIS legitur. P. Licinius Valerianus et P. Valer. Licinius appellatur, ita vt *cognomen* in *nomen* migrarit, ſic & *Balbus Cornelius* D nominatur.

LATRONIANVS) vide eundem & in tab. 179. Is erit, a quo *Chreſtus Syracuſanorum Epiſcopus* eradicandæ per *Africam* Donatiſtarum hereſi ad ſacra *Arelatenſia comitia* euocatus, *accipiat rhedam publicam*, ſic Conſtãtinus ſcribit, *a clariſſimo viro Latroniano* τε κουτίκτορος Σικελίας, Euſ. hiſt. eccl. l. 10. c. 5. *conductorem Siciliæ* vertunt. ſed quid amabo *Conductor*? mendi certe reus locus eſt. Valido ergo argumento ex hac ara primus confirmo Κορρέκτωρος *Correctoris* vocem in ſuam poſſeſſionem, vnde exſcriptores deturbauerant, reponendam, cum idem

K & hic

& hic CORR. P.S. *prouinciæ Siciliæ*, ſic enim illas notas explano. et ita E
in numo Goltzius VIC. S. *victoriæ Siciliæ* intelligit. Conijcio deni-
que lapidem perſcriptum fuiſſe an. cccxiv. circiter, in quem annum
Illuſtriſſimus Baronius illud concilium coniecit.

165. IVLIAE) Vx. *Seueri*, ſoror *Mæſæ Varæ*, ex qua *Semiamira*, &
Mammæa nata, mater *Heliogabali*. Quam cum *Seuerus vellet ducere, ge-
nituras ſponſarum requirebat, ipſe quoq; Matheſeos peritiſſimus: & cum au-
diſſet eſſe in Syria quandam, quæ id genituræ haberet, vt regi iungeretur,
eandem vxorem petiit Iuliam ſcilicet: & accepit interuentu amicorum, ex
qua ſtatim pater factus* eſt. Spart. Adulterijs famoſa. hinc non mirum,
quod *Caracallo* illam intecto corpore videnti, *aſſerentique vellem, ſi li-
ceret vti, petulantius (quippe quæ pudorem velamento exuerat) libet?
plane licet* reſpondiſſet. addit Vict. fuit adeo impatiens libidinis, *quippe* F
qui nouercam ſuam duxit vxorem, et mox in palatio cum Geta F. occi-
di curauit.

SEVERVS) M *Getæ* & *Ful. Piæ* F. *Leptitanus* Afer. *Solus omni memo-
ria, & ante, & poſt ex Africa Imperator.* Ruf. *Hunc ex humili, per litera-
rum & militiæ officia ad imperium pluribus gradibus fortuna deduxit.*
Primum enim *fiſci aduocatus*, mox *Pro.cos. in locum Iuliani, & in conſu-
latu collega, Quæſtor Sardiniæ, Legatus proconſulis Africæ, legioni* IV.
Scythicæ præpoſitus. Legatus Lugduni, Pannoniæ, poſt *Siciliæ proconſul,
Conſul cum Apuleio Ruſino a Commodo inter plurimos deſignatus*, tan-
dem exercitus *Germanici* moderator, ab eo, *apud Carnutum* Imp. lectus,
& ſublato *Iuliano a Senatu approbatus*. quo facto *quingenta Seſtertia, quod
nemo vnquam*, vt Spart. *militibus dedit*. De hoc Senatus iudicauit: *Illum* G
*aut naſci non debuiſſe, aut non mori, quod nimis crudelis, & nimis vtilis
Reip. eſſet.* PERTINACIS) nomen ſibi indidit in honorem P.
Heluij Pertinacis Imp. ab exercitu occiſi.

PARTHICI. ARABICI. ADIAB.) Occiſo *Peſcennio Nigro*, qui
Orientis Imperium Byzantio per triennium expugnato inuaſerat, *circa
Arabiam plura geſſit, Parthis etiam in ditionem redactis, nec non Adiabe-
nis: qui quidem omnes cum Peſcennio ſenſerant, Arabicus, Adiabenicus,
Parthicus dictus. Sed triumphum reſpuit, ne videretur de ciuili triumpha-
re victoria. Recuſauit & Parthicum nomen, ne Parthos laceſſeret.* Spart. In
lapidibus tamen ipſi tributum, in quodam abraſum cum *Britannico* vi-
detur, forte eiuſdem iuſſu, eodem ſtudio. *Parthicus* bis hic dicitur,
quod bis vicerit, vt *Imp.* ſæpe dicti, à ſæpe ſubactis gentibus.

ADIABENICI.) *Adiabena Aſſyriæ regio* Steph. *Meſſene* dicitur, Strab. H
Saccopodes. Etſi eos & *Traianus* debellauerit, *Aureliano* id cognomen
Senatus detulerit, ſoli tamen *Seuero* in ſaxis datur. A domitis populis
cognominari in P. *Corn. Scipione* inchoatum, *qui Africanus*, poſt L. *Sci-
pio Aſiaticus*, L. *Aem. Paulus Macedonius, Metelli, hic Macedonicus, ille
Numidicus* appellati.

P. M.) *Pontifex Max.* honorum apex, vt qui *regio* proximus,
nec *deorum* inferior putabatur, quare nec *Latinij Reges* eum adſumere
puduit.

A puduit. Virg. *Rex Anius rex idem hominum,Phœbique ſacerdos.* Cic.pro dom.*Pontifices publici conſilij principes,& iuris publici vindices.* Ibid. *Omnis Reip dignitas,omnium ſalus, vita,libertas, aræ,foci, Dij Penates,bona fortunæ,domicilia veſtræ ſapientiæ* pontificum,*fidei,poteſtatique commiſſa* videntur. Liuius his notis deſcripſit : *Minoribus pontificibus creatis, Numa Pontificē deinde Max. Numam Marcium M F.ex patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit: quibus hoſtiis,quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica, priuataque ſacra Pontificis ſcitis ſubiecit, vt eſſet, quo conſultum plebs veniret, ne quid diuini iuris negligendo patrios ritus,peregrinoſque aſciſcendo turbaretur. Nec cæleſtes modo ceremonias, ſed iuſta quoque funebria, placandoſque manes, vt idem*
B *pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, alioue quo viſu miſſa ſuſciperentur.* Ipſi *adoptionibus* præerant. Tacit.l.3. ſoli *Veſtales, Veſtæque* penetrale adibant. In ſubſellijs laureatis fata *Reip.* ex libris *Sibyllinis* cōſulebant. Vop.in Aur. *Ancilia ſacra,* quæ arma cæleſtia, fatalia Imperij pignora credita ſeruabant. *res geſtas* in *album,*quod ſingulis annis præſcriptis *conſulibus*, & alijs magiſtratibus renouatum,per dies digerebāt, qui *Annales Maximi,*& *Cōmentarij Pontificum* cognominabantur. Quæ conſuetudo a *Romulo* accepta ad P. *Mutium Pont.* vſq; durauit. Cic.l.2. de Orat. *Ceremoniarum* vero libris *abſtruſum Pontificium ius* perſcribebant, & occultum genus literarum. quos *Gn. Flauius* abripuit. Nefas ipſis mortuum corpus aſpicere,quare *Auguſtus* matrem velo ante mortuam expanſo laudauit. Sen. de conſ.ad Mart. Tiberius *pro roſtris lau-*
C *dauit filium,ſtetitque in conſpectu, interiecto velamento, quod Pontificis oculos a funere arceret.* Dio.l.95. *Tiberius in Auguſti funere detraxit velum, cum ex S.C peroraſſet, hanc veniam Pont. Max. a Senatu impetrauit.* Inſtitutū a *Dijs* forſan repetitū, qui mortuos videre nequibāt, *ne oculos,* vt apud Suid.Aelianus, *inſpecto cadauere inquinarent.* Tac.l.2.*neque Imperatorem auguratu, et vetuſtiſſimis ceremonijs præditum contrectare feralia potuiſſe.Ideo ſtatuæ Auguſti ob cædes in Amphitheatro ſemper velatæ. Hadrianus* primus *Pont. Max.* officium peregit.Plin. *Pius* nullum *ſacrificium per vicariū fecit,* niſi æger Spart. alij honore contenti.Tac.l.2. *Germanicus vidit ſe operatum,& ſanguine ſacro reſperſum.*Suet.*Titus Pontificatum Max. ideo ſe profeſſus accipere, vt puras ſeruaret manus, fidemq; præſtitit, nec auctor poſthac cuiuſq; cædis, nec conſcius, quamuis interdum vlciſcendi cauſa non deeſſet, ſed periturum potius quam puniturum ſe ad-*
D *iurans.* Apud Athenæum *Summus Sacerdos* in *Areopago* ſingulorum ſententias rogabat. exemplum et Ioſ.l.14.ant.c.16. ſuggerit. Nulli ex lege niſi *ſella Curuli ſediſſent,*et primò quidē *ex patribus,*poſt & ex *plebe* cooptati, non quidam a *Collegijs*, vt in ceteris Sacerdotijs conſuetum, ſed populi *Tributis Comitijs. Liu.* Nam a *collegijs* ad populum **C.** *Domitius* tranſtulit, quod in patris locum *Pont. Max.* non ſuffectus. Ius abrogatum *Sulla* reſtituit. tandem ſub *Auguſto collegiorum* initio, dein *principum* nutu eos cooptari inſtitutum eſt.*Collegium* primo ex IV. poſt

Digitized by Google

ex IX. de plebe V. annexis, & tandem *Sulla* auctore ex XV. numero *Augurum* conformi, conſtitit. Mortuo *Cæſare* Pontificatum *Lepidus* inuaſit. poſt cuius exceſſum *Auguſtus* eum ſuſcepit, quem *Lepido* viuo nec oblatum voluerat. Poſt *Auguſtum* omnes *Impp.* ſe *Pontifices Maximos* vocarunt, etiam illi, quibus CHRISTI doctrina inter caliginem antiquæ ſuperſtitionis innotuiſſet, vt fuit *Philippus, Conſtantinus, Conſtantius, Valentinianus, Valens.* *Gratianus* tardo edicto vetuit Pont. Max. nominari. quare ſcomma iactum. Zoſ. l. 4. *Si princeps non vult appellari Pont. Max, admodum breui Pont. Max. appelletur.* Poſt *Theodoſium Seniorem* totum illud *collegium* cōcidit reditibus *ſacerdotū ærario* cedentibus. Primis honoris auſpicijs ludos edebant. Miniſtri præcipui III *viri epulonum, Virgines Saliæ, & Camilli*. Habebant quoq; *lictores, & præcones,* qui *fauere linguis* clamabant dum ſacra fiebant. Inſignia *ſimpulum, albogallerum,* ſeu *tutulum, ceceſpitam, aſperſorium, & apicem* compluries in numis videmus. Cic. de Aruſp. reſp. horum erant *thenſæ, curriculi, præcentio, ludi, libationes.* Summum *Deæ Syriæ* ſacerdotem *purpura, & thiara aurea* Lucanus depinxit. Ipſis domus publica laureata. Plin. *laurus gratiſſima domibus, ianitrix Cæſarum, Pontificumque, quæ ſola & domus exornat, & ante limina excubat.* In hac *ſacra Bonæ Deæ.* Vitr. l. 1. non in æde *Prætoris*, aut *Coſ.* vt Plut. fiebant. Sciatur deniq; non *magiſtratum*, vt nonnulli credidere, ſed *ſacerdotium* fuiſſe. E F

IMP. V.) refert Diod. l. 36. ecl. 3. morem fuiſſe *Romanorum* IↃↃ.CIↃ. hoſtibus interfectis *Imperatorem renunciari, quem Græci Baſilea nominat.* Conſimile quid *Meſſenij* in ſacrificio *Iouis Ithomatæ* obſeruarunt, vbi immolare nulli *Meſſeniorum* permiſſum ni C. hoſtibus cæſis. Pauſ. l. 4. *Ariſtomenes heros* multis *Corinthiorum* trucidatis *Ioui Ithomatæ* (ab *Ithoma* dictus, ibi inprimis cultus, eiuſq; vultus in numis excuſus. Pauſ. *Meſſenij apud ſe Iouem aiunt educatum. nutrices eius fuiſſe Ithomam & Nedam*) *ſacrificium perſoluit, quod a numero centenario interfectorum Hecatonphonia appellant. id ex ritu conſtitit antiquiſſimo. Imperator* autem nominatus, cuius auſpicijs res bene geſta, quare *miles in loco prelij Tiberium Imperatorem ſalutauit,* non *Germanicum* fuſis ab hoc hoſtibus. Tac. l. 2. *Dacis, & Baſtarnis,* a *Craſſo* occiſis *Auguſtus* Imperator proclamatus, quoties autem viciſſent iuſta acie, toties ſalutati. Hinc in lapidibus *Auguſtum* XXXVII. Imp. & *Titum* XV. apud Plut. legimus. Nec niſi ſemel ex eodem bello id nomen datum. extra morem tamen *Claudius Britannis* debellatis ſæpius meruit. Putauit *Iuſt. Lipſius ſeculi Varro* vltimū ex priuatis T. *Blæſum Imp.* nomen, *Auguſti* indulgentia reportaſſe. Sed in diſſentientem opinionem *Appianus Hadriano* coæuus trahit, ſua ætate X. M. fuſis hunc titulum acquiſitum narrans. G H

POT. III) hinc cognoſcitur lapidem an. C. CXCVII. dedicatum. Hic enim III. eius potentiæ annus *Flauijs Tertullo & Clemente Coſſ.*

COS. II) *Seuerus fuit* cum *Albino* a. C. CXCVI. Conſules *Prætores Varroni, Iudices* Feſto. παραδειγμα λακωνικόν Libanio in pan. Iuliani dicti, quod *Laconum* exemplo, apud quos *reges duo* annui magiſtratus

inſtituti

A inſtituti eſſent. creabantur *Comitijs Centuriatis*, raro ab *Interrege*, non-
nunquam etiam ab *Impp.* Auſ. in Paneg. *Conſul ego, Imperator Augu-
ſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neq; campum, non ſuffragia, non puncta,
non loculos, qui non prenſauerim manus; nec cum ſalutantium confuſus oc-
curſu, aut ſua amicis nomina reddiderim, aut aliena impoſuerim, qui tri-
bus non circumiui, centurias non adulaui, vocatis tribubus non intremui,
nihil cum ſequeſtro depoſui, cum diribitore nihil pepigi. Martius Campus,
ſequeſter, ordo, roſtra, omina, ſenatus, curia, vnus mihi omnia Gratianus.* pri-
mum ex *patritijs*, poſt vnus, tandem ſæpe vterq; ex *plebe* captus. modo
allecti repente *ius ſecundo loco dicendi* acceperunt. Gel.4.c.10. *Deſigna-
ti* appellantur, donec priores officio ſe exuiſſent. ætas legitima XLIII.
annus, teſte paſſim Cicerone. Creatio ea antiquis *Comitia Conſularia*;
B poſt *Ordinatio*, tandem *Nundinum Coss.* dicta. Dies magiſtratui auſpi-
ces *Kal. Mart. Vrbis* natalis, & hinc anni exordium. aſt *anno* a Numa
correcto Kal. Ian. raro *Kal.* & *Id. Mart. Maiæ, Quintiles, Sextiles*, VII, VIII,
& X. bres. eo die *Ianus* lauro redimebatur. Macr.3. ſat. Ineuntes Lauinij
Veſtæ & Penatibus, Lanuvij *Iunoni Soſpitæ* faciebant. Cic. *Munus popu-
lo edebant.* h. e. gladiatores committebant. quod *Conſtantinus* l.1.C. de
glad. aboleuit. *Miſſillia, denarios aureos*, ſeu *ſcyphos* argenteos in vulgus
ſpargebant, cuius loco *Martianus* in eius I conſtitutione, *ad reparatio-
nem aquæductuum centena pondo auri præſtari*, ideſt, X.M. aureorum, *Iu-
ſtinianus* vero Nou. CV. vt ſepties anno veteres ludos *Hippomachiæ, Pan-
cratij, &c.* ederent argento tantum in populum miſſo, conſtituit. Vop.
in Aur. *vidimus proxime conſulatum Fury Placidi tanto ambitu in circo
C editum, vt non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur, quum da-
rentur tunicæ ſubſericæ, lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiſcen-
tibus frugi hominibus. Factum eſt enim vt iam diuitiarum ſit, non hominum
conſulatus.* Tenuioribus ad hæc, vt *Aureliano* ſumptus dati. nomina
Caſtoris ædi inſcripta. *Ornamenta* erant XXIV. *faſces cum ſecuribus*, quos
P. *Val. Poplicola* XII. ſecuribus vacuefactis, numero XII. *Hetruſcorum*
Populorum ſeruato, quorum quiuis regi ſuo *lictorem cum faſcibus* ex-
hibebat. Val. Max.l.4.c.2. *Menſe* vtri conſulum, interdum *dietim*, vt ex
diurnis P.R. *Pighius* collegit, ijs prælatis alternabant; *ne ſi ambo faſces
haberent, duplicatus terror videretur.* Liu. Penes quem faſces *Conſul Maior*
Feſti opinione, alter *virgis inſignis* dictus, hunc *Accenſus* præibat, *licto-
res* pone ſequebantur. quem ritum exoletum *Cæſar Coss.* I. reuocauit.
D *Tunicam palmatam*, ſeu *trabeam purpuream* aureis ſignis intextam, *co-
ronam auream, eburneum ſcipionem* cum *aquila* in apice, aliaq; regia in-
ſignia, quæ *inuidioſa potius videbantur, quam decora* dimiſerunt, conten-
ti in triumphis, feſtiſq; honoris deum cauſa ſibi ſeruaſſe. *in ſella curuli*
eburnea, poſt et argentea, Cic. *ſede honoris*, ius reddebant. *Plebiſcito* in-
tra decennium *Conſulatum* repetere nequibant, quod tamen in *Mario*,
qui vnus *ſepties* *Coss.* bello inſurgente non obſeruarũt. Munia præcipua
rem *diuinam facere*, in foro *manumittere*, ex LL. præſcripto *iudicare*,
comitia quæſtorum creandorum, vti & *Aedilium curulium habere.* Cic. pro

Plan.

Digitized by Google

Plan.minores ordinarios *magiſtratus legere* , *ſenatum cogere* , *ſententias* E
rogare , *Senatus & plebiſcita exequi* , publicos *reditus locare* , *prouincias*
regere , ac *bella* populi iuſſu *gerere*. Non.Marc. *Conſulum & prætorum*
proprietas quod conſulant & præcant populis. Auguſtum omni mane adi-
bant accepturi rei gerendæ mandata. His crebro *ſummum ius vitæ* , *ne-
ciſq;* ac *negociorum arbitrium* ſine populi iuſſu in magnis rerum tumo-
ribus Senatus conceſſit. vt in L. *Saturnini*, C. *Gracchi* , *Catilinæ*, *Clodij*
ſeditionibus, & *Cæſare Remp.* oppugnante . Horum tutelæ *Reges* , *Po-
puliq;* ſæpe ſalutem fortunamq; ſuam cõmendarunt. Quod faſtigiũ lege
Valeria *prouocatione ad populum* conceſſa *regio* affatim humilius euaſit.
Poteſtas hæc etſi *ſuſpenſa* quandoq; *dictatura* interueniente , valuit ta-
men,donec *Cæſarum* nutu libidineq; *conſulatus* dati,ereptique. Tac. *Quis
enim neſcit Caninij Rebili ſub Cæſare, & Roſcij Reguli ſub Vitellio conſula-* F
tus vnius diei ? ille enim ſex tantum horis pomeridianis fuit . de quo
Cic. *Conſulem habuimus tam ſeuerum, tamque cenſorium, vt in eius magi-
ſtratu nemo pranderet, nemo cænauerit, nemo dormiuerit* . *Commodus vno
anno xxv. creauit.* Lamp. *Conſulatum Traianus* recuſauit , vt maior *liber-
tatis* ſpecies foret , alium quam ſe *conſulere* . Et quamuis maieſtas ea
ſub *Principibus* longe a ſe receſſerit, *ſumma* tamen *poteſtas* dici non de-
ſijt. Suet. in Calig. *per triduum ſine ſumma poteſtate Reſp.* Proc. l. 1. *Conſu-
latu maior dignitas in Rom. Rep. nulla eſſe exiſtimatur* . Porro *Conſules*
cum prius annui innouarentur , tempora ab ipſis notata. ideo Liba-
nius eorũ *nomina vrbe volitare* dixit. ſed ab *Ordinarijs*, h.e. qui ſuetis die-
bus honores cepiſſent. Numis, alijſq; monumentis & *Suffecti extra or-
dinem* adiecti. A.C. ccv. a *Seuero* primum *Conſulatus Suffecti* cum *Ordi-* G
narijs numerati. ſic *Plancus* qui *ſuffectus conſul* illo anno creatus , *ordi-
narius* Coſs. 11. habitus eſt. *Iuſtinianus & Imperatores* annorum indices
eſſe inſtituit. Vltimus *conſulatus Baſilij Iun.* ſine collega, an. D X L. nec
amplius *Conſulatus* faſtis additus. etſi non plane perierint : *Byzantium*
enim tralato *Imperio* duo remanſere, vnus *ibi*, alter *Romæ*, vel vtrobiq;
duo, cuius mentis eſt et *Nic. Alemannus* Pontificius Romæ Bibliothe-
carius ad arcanam *Procopij* hiſtoriam.

166. D.N.M.Q.) *deuotus numini maieſtatique* , pro quo numi Æ.
ΝΕΩΚ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ vſurpant. ſic ſentit *Ant. Auguſtinus* I.C. & *mutæ
numorum hiſtoriæ* peritiſſimus. Numus ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ
cum *cortina Apollinis* & corona ſupraiecta. e regione ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ-
ΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ*ευς*. ΜΕΓ*ιςος* ΔΗΜ*αρχικης*. ΕΞΟΥΣ*ιας*. *Cæſar Auguſtus
Pont. Max. Trib. pot.* Contra *Goltzius* vocem interpretem *nouæ coloniæ* H
quaſi aucto *populo* ſtatuit. & ſic *Meſſana Auguſti colonia* innoteſce-
ret. *Caſaubonus* ad Suet. refragatur, cui ibi *νεόφυτος* ſeu *æditus* ſignifi-
catur, quod aliqui populi ſe certorum numinum æditus publicarint, vt
inſignius ſuperbirent. *Auguſtini* opinio eneruis adprime videtur, quod
nulla ratione conſpicua. In *Goltzium* pugnant in numis adpoſita *tem-
pla* et *Pontificia* inſignia, quæ *non Coloniæ ſymbola* , & lapis ΝΕΩΚΟΡΟϹ
ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ϹΑΡΑΠΙΔΟϹ *magni Sarapidis*. Nec *Cauſaboni* vndiq;

A firma non addicentibus numis. Sed hæc feliciori ocio reuoluenda ſunt, modo vento vela demus.

CAP. XI. Maximinus. Nobiliſsimus. Diuus. Claudius. Cognomina a ſubactis populis. II. vir. M. Ant. Philoſophus. Nemeſis. Caracalla. Seuerus. Col. Panormitana. Auguſtalis. Iudex.

166. GALERIO. VAL. MAXIMINO) C. prænomen ex alijs lapidibus notum. Natale ſolum *Dacia Ripenſis*, vitæ rudimenta cuſtodiendis armentis tranſegit, vnde & *armentarius* appellatus. Militiæ clarus a *Diocletiano* IN ORIENTE, vt eſt in lapide, ADOPTATVS. mox filia eius *Valeria* ſibi iuncta *Cæſar*, dein *Maximiano*, & *Diocletiano* priuatæ
B vitæ ciuilitatem repetentibus, ipſe cum *Conſtantio* Imperij heres inſtitutus. *Conſtātius* Gallia, & Hiſpaniæ cōtentus reliquas ipſi prouincias cū reliquiſſet, imperij conſortes *Seuerum*, & *Maximianum*, huic *Orientis & Africæ*, illi *Italiæ* regendi ſollicitudine tradita. & poſt cædem Seueri *Licinium* Imperij collegam aſciuit. Genitalibus putribus, vermibuſque corpore ſcatens, morte ſua interijt: ſeu vt alij vitam doloris ferendi impar expulit, anno potentiæ ſolitariæ II. ſociatæ XVI.

NOBILISSIMO) *Nobiliſſimi prænomen* primo in lapidibus *Traiano*, & *Philippo Seniori*, *cognomen* vero datum *Caracallo*, *Alexandro Seuero*, PHILIPPO *Iun.* NOBILISSIMO AVG. CAESARI, & *Numeriano* F. eum prænomine *Iuuentutis Principis* & cognomine *Nob. Cæſ. Criſpus*, & *Decius* NOB. CÆS. PRINCIPES. IVVENTVTIS. *Nobiliſſimi* autem fuere *Imperij* alumni. Rufinus l. 2. c. 5. *Valentinianus a patre factus*
C *Nobiliſſimus. patre moriente nondum regijs inſignibus initiatus.* Diac. l. 22. *Nobiliſſimus factus eſt Nicetas, cui ſuperimpoſuit clamydem, & auream coronam. Nicephorum, & Chriſtophorum filios* Copronimus *Cæſ. creauit.* Dignitatem hanc à *Conſtantino* inuentam Zoſimus ſcribit, paremq; cum *Cæſaris* honore fecit, ſed diuerſa colligitur. nam *Valentinianus Iunior* in cunis ab *Honorio Nobiliſſimus* dictus. quinquēnio poſt *Theſſalonicæ Cæſar* per *Heliam* officiorum magiſtrum enunciatur. apud Phot. Multi quoq; *Nobiliſſimi*, qui nunquam *Cæſaris* nomine honorati. *Auguſtorum* quoq; filiæ *Nobiliſſimæ* in ſaxis habentur IVLIAE NOBILISSIMAE PVELLAE FIL. GALLIENI AVGVSTI, & SOLON. AVG. *Proto-nobiliſſimus* vero appellatus eſt *Eumathius*, qui amores *Nyſminij* & *Nyſminiæ* vulgauit.

D 167. DIVO) is in *Græcis* lapid. & alibi θεὸς, etſi proprie ἀποθεώσεις ſueta ipſis adulatione dicitur. Senioribus temporibus, quorum illuſtris virtus humanas glorias ſupergreſſa, mortalitate finita, in *Rituales* libros referebant annuam virtutis recordationem celebraturi. horum animas in beatorum inſulas receptas, omni iudicio liberas credebant. Cedrenus. Soli *Romanorū* Regum *Romulo* heroicos honores collatos Cic. docet, paucis poſt alijs. Fuſo *Perſide*, fugatoq; *Dario*, omni mortale honore maior ſibi viſus *Alexander* ab *Athenienſibus Deus* ſalutari petijt: quare XIII.

Conſen-

Digitized by Google

Conſentibus Deis additus. Ael.l.2.c.19.var.hiſt. Eo honore elati, ne homines fuiſſe reputarentur, nouis nominibus initiabantur. Ita Romulus *Quirinus*, Caſtor & Pollux *Dioſcuri*, Melicerta *Portumnus*, Io *Iſis*, Ino *Leucothea*, Leda *Nemeſis* nominati. Priuatas tamen ἀποθεώσεις frequentiores domeſtica religione nati genitoribus celebrabant. Plut. in quæſt. Rom. qui *Diui tantum, nec conſecrati* dicti. Dio. Inſtar horum poſt *Impp. publici patres*, publicis ceremonijs *Deorum albo* illati. eius auſpicium *Auguſtus* in I. *Cæſare* fecit, cuius nomini primũ poſt Romulum templũ dicatum. Quod Iuliani Silenus riſit *Auguſtum* κοροπλάϑον h. e. *puparum fictorem*, quibus virgines luſitabant, quas pubertati vicinæ *Veneri* donabant, appellans. Martial. *Et Auguſto creſcit ſub principe cœlum.* Poſt promiſcui fuere hi honores ferme cunctis principibus. Capit. M. Antoninum, *priuſquam funus conderetur, vt plerique dicunt (quod nunquam antea factum fuerat, neque poſtea)* S.P.Q. *non diuiſis locis, ſed in vna ſede propitiũ Deum dixit. Alexander Mammæa* cõſimili modo CHRISTVM ſtructo templo inter *Deos* recipere voluit. Lamp. Veſpaſianus *prima quoque morbi acceſſione, vt inquit, puto* Deus *fio*. Suet. c.23. Interdum & *Auguſtorum amici* Deorum numero adſcripti. ſic *Antinoum Græci volente Hadriano*, cuius exceſſu *muliebriter fleuerat*. Spart. *conſecrauerunt*, et nouelli ſideris ſtationem inter cœleſtes imagines detulere. Lapis: ΑΝΤΙΝΟΩ CΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ Μ. ΟΥΛΠΙΟC ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC ΠΡΟΦΗΤΗC. *Antinoo Conſeſſori Aegypti Deorum M. Vlpius Apollonius Propheta*, ideſt, *Antinoi ſacerdos. Aegypti* enim *ſacerdotes prophetas* dici ex Laertio haurimus. Hos honores et nonnulli alijs de cauſis largiti ſunt. Plin. paneg. *Dicauit cœlo Tiberius Auguſtũ, ſed, vt maieſtatis numen induceret: Claudium Nero, ſed vt irrideret: Veſpaſianum Titus, Domitianus Titum, ſed vt Dei filius, hic vt frater videretur. Tu* (Traiane) *ſideribus patrem intuliſti.* Addo *Caracallam*, qui vt facinus mitigaret, quod fratrem *Getam* necauerat, ipſum Dijs aſſociauit dicens: *ſit Diuus, dum non ſit viuus.* Spart. *Diocletianus primus cum priuatus obiiſſet, inter diuos relatus.* Eut. Horum funus cum eo nomine duceretur, e rogo ſcandentes cœlum ſpectaſſe quidam aſſeuerabat. Quare *Numerius Senator*, & *Prætor* Atticus *Cæſaris* aſcenſum in cœlos à ſe viſum iurans *decies* HS a *Liuia* emeruit. *Getæ Deos & Conſiliarios Regis* dixere a *Zomolxi*, quem ob raras prudentiæ dotes pro *Deo* coluerunt. Collatus & hic honor feminis. Libera Rep. *Accam Laurentiam*, & *Floram*, huic *Floralibus*, illi *Accalibus* ſacratis *Dearum collegio* adſcriptas legimus. *Druſillæ* ſcorto *Pantheæ* dictæ, pares cum *Venere* diuini honores donati, ita vt feminæ per eius nomen iurarint. Prima *Auguſtarum Liuia* Dea facta, Prudentio *Iuno* appellata. *Fauſtinæ* vxori M. Ant. diuinos honores impetrauit, *in eiuſque honorem puellas Fauſtinianas inſtituit.* Inſignia conſecrationis in numis *templa, ſacerdotes, carpentũ* & *pauones* videmus, hæ *Iunoni* ſacræ, vt *Aquilæ Ioui* diuas in cœlum deducunt.

CLAVDIO) M. Aur. *Claudius* ſucceſſor *Gallieni*. *Illi, (quod nulli antea) Populus Rom. ſumptu ſuo in Capitolio ante Iouis Optimi Maximi templum*

ſtatuam

A ſtatuam auream X. pondo collocauit. Illi *totius Orbis iudicio in Roſtris poſita eſt colūna, cum palmata ſtatua ſuperfixa librarum argenti mille quingētarum.* Treb. Imperator cū ſalutatus hæc in ipſum dicta: *Auguſte Claudi Dij te nobis præſtent (dictum ſexagies) Claudi Auguſte principem te, aut qualis tu es ſemper optauimus, (dictum quadragies) Claudi Auguſte te Reſp. requirebat, (dictum quadragies) Claudi Auguſte, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus ſenator, tu vere princeps, (dictum octuagies) Claudi Auguſte tu nos ab Aureolo vindica. (dictum quinquies) Claudi Auguſte tu nos a Zenobia & Victoria libera. (dictum ſepties) Claudi Auguſte, Tetricus nihil fuit, (dictum ſepties). Gothicus* audijt ob *Gothos* victos. de his ipſe in epiſtola: *Claudius* (Iunio) *Broccho. Deleuimus* CCCXX. *millia Gothorum,* II *millia nauium merſimus; tecta ſunt flumina ſcutis, ſpathis & lanceolis, omnia litora operiuntur.*
B *Campi oſſibus latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt, tantum mulierum cepimus, vt binas, & ternas mulieres victor ſibi miles poſſit adiungere.* Illum *& ſenatus & populus ante Imperium, & in Imperio, & poſt Imperium ſic dilexit, vt ſatis conſtet, neque Traianum, neque Antoninum, neque quemquam alium principem ſic amatum.* Treb.

168. TR. POT. VI.) natalis lapidis an. C.cc. quo *Saturnino* & *Gallo* Coſſ. VI. *Seueri* Imperij annus currebat.

GERM) *Germanicus* primus dictus *Tiberius*, poſt *Druſus*, & filius *Germanicus*, *Vitellius*. F dein *Domitianus*, *Traianus*, & obiter ex lapidibus notati *Pius*, *Cōmodus*, *Gallienus*. GERM. MAXIMVS: M. *Ant. Commodus*, *Caracalla*, *Diocletianus* & *Aurelianus*. Adſumſit autem *Caracalla* id
C nominis ſemel viuo patre, & *iterum proſpere contra Dacos res gerens*: Spart. Quum *Germanos ſubegiſſet Germanicum ſe appellauit: vel ioco, vel ſerio; vt erat ſtultus, & demens.* Diſſuaſerant cognominis ancipitis vſum, ne de *fratre* occiſo gloriari videretur. ille vero aſſerebat, *ſi Lucanos viciſſet Lucanicum ſe appellandum.* Spart. Ridiculi quid huic verbo inerat, quo edulium inteſtini farti *Lucanica* intelligebatur, hinc *Lucanici* Romanis vocitati *abdomini dediti.* Mar. l. 27. *Commodus* ſtatuæ Coloſſææ *Solis* capite demto ſuum imponens baſi pro GERMANICO ſubſcripſit QVI MILLE GLADIATORES VICIT. Præcipua autem a prouincijs cognomina fuere: GERMANICI, SARMATICI *Pius*, *Commodus*, & *Caracalla* nominati. PARTHICVS *Traianus*, L. *Verus*, *Seuerus*, *Caracalla*. PART. MAX. M. *Ant.* & *Seuerus*. ARMENIA-
D CVS ET MEDICVS L. *Verus*. BRITANNICVS MAX. *Commodus*, *Seuerus*, *Caracalla*, *Diocletianus*. ARABICVS *Seuerus*. ARAB. MAX. *Aurelianus*. DACICVS MAX. *Gallienus*. PALMYRENVS, & PAL. MAX. *Aurelianus*. Hic ſubactis *Carpicis* cognomentum *Carpici* a Patribus delatum ſubterfugit, tanquam deforme ob vocis affinitatem *Carpiſculi* calcei. Vop. *Iudaicæ* titulus plane reiectus ob gentis religionem.

IIVIR) antiquiſſima eius origo hæc eſt: *Horatius tergeminorum Curiatorum* victor, cum non minus crudeli, quam generoſo impetu ſororem *Horatiam* flentem mariti necem, cuius exuuias haſta propendulas

inferri viderat, occidiſſet. reputabat enim minus virile eſſe, in publica lætitia, pulcraque ad famam via muliebribus lamentis impediri. A *Tul. Hoſtilio*, cui contra *Metium Suffetium* victoriam Regno conſeruato pepererat, in carcerem miſſus, de capite eius II *virorum* iudicium inſtitutum eſt. *II.viros & Tarq.Priſcus*,vt Lact.*Superbus*,vt *Dion*.inuenit,quibus vrbis & belli oneris immunibus *librorum Sibyllarum*, quos *Stilicho* ſub *Honorio* exuſſit.Baron.cura tradita erat, antequam in X *viros* conceſſiſſet.Alij *II viri ædilitij*, ſeu *ædis locandæ, faciundæ, & dedicandæ*, quos populus ex *lege Papiria* deſignauit. *Nauales*, *claſſis ornandæ reficiendæque* in bello *Samnitico*, an. V. CDXLI introducti. Liu. In *Coloniis* honor *II viri* ſummus.l.1.C.de magiſt. mun. ἁπλῶς *Magiſtratus* dictus, Neapolitanis *Demarchus*, Aripinis *Aedilis*, vt *Cicero ciuis* prodit. Ab *Hadriano* illos magiſtratus geſtos *Lamp*.tradit: in *Hetruria præturam Imperator egit.Per Latina opida Dictator,& Ædilis,& Duumvir fuit. apud Neapolim Demarchus, in patria ſua Quinquennalis, & item Adriæ Quinquennalis,quaſi in alia patria, & Athenis Archon*. Lapis vetus, qui *Scaligero* debetur: EO ANNO QVO ET OPTIMVS IMP. HADRIANVS ETIAM II.VIRATVS HONOREM SVSCEPIT. Legebantur ex *decurionibus*, ex ſe potioribus, pari formula, qua alij *Decuriones*, niſi quod illi tres menſes,vel amplius,priuſquam magiſtratum inibant, vt ſi renuerent, alius ſubrogaretur.l.1.C. *de mag. mun.* Quod tantum in aduenis valuiſſe credo. *Kal. Mart.* princeps muneris dies. Magna omnino *dignitas*, nam *prætextam* habuere. Liu. & *faſces*. Cic. in Rul. *Cum ceteris in coloniis II viri appellentur,hi* Capuani *ſe Prætores appellari volebant*. mox *anteibant lictores non cum bacillis, ſed vt hic, prætoribus anteeunt cum faſcibus duobus*. Numos ſignaſſe ipſi numi docent. Non vidit hoc *Accurſius* pagis eos præficere non erubeſcens, cum in ijs olim nullus magiſtratus. *II viri* enim *conſulari* fere *poteſtate*, ad cuius exemplum II.creabant. etiam iterabantur, aut Præturæ æquales. Quandoq; & I.D. *iuris dicundi* cognomentum ſumebant. Ciuitates iure *Curiæ, II viros legendi* poteſtate multatas fuiſſe, de *Capua*, *Cumis*, *Caſilino*, *Vulturino*, *Literno*, *Puteolis*, *Axetris*, *Sueſſula*, *Attela*, *Calena* deficientibus, *Annibale* Italiam infeſtante,comperimus.

E F G

169. M. AVRELIO ANTONINO) primo *aui paterni Annij Veri & Catilij Seueri materni* nomen habuit, poſt patris fata *Annius Veriſſimus*, quod *veritatis amans*.Dio. *adoptione Aurelius pro Annio, quod in Aureliā, ideſt, Antoniā familiam tranſiret*,vocatus.vulgo *Philoſophus*,cognomine antiquis ſcriptoribus,lapidibus & numis incognito.Cōſtat ſane ſic a nonnullis dici, ſed priuato affectu,quo *Cæſar fortis*,& *Caligula inſanus*. ἐπιγραφὴν vero in *Dionis*, & *Zonaræ* codicibus ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ recentiorum *Criticorū* commentum Caſaub docet. Natus Romæ, *cuius familia in originem recurrens,a Numa probatur ſanguinem trahere*. *Item a Rege Salentio Daſumnij F. qui Lupias condidit.Octauo ætatis anno in Saliorum collegium* ab Hadriano refertur. XII. an. *habitum Philoſophi aſſumſit,& deinceps tollerantiam, cum ſtuderet in pallio,* H

&

A & *humi cubaret.* Studiorum moderatores inter alios habuit *Frontonem, Apollonium Philoſophum Stoicum, Sex. Chæronenſem Plutarchi nep. Iunium Ruſticum. Tantum* autem *honoris magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in lario haberet, ac ſepulcra eorum aditu, hoſtijs, floribus ſemper honoraret. Studuit & Iuri, audiens L. Voluſum Metianum. Tantumque operis, & laboris ſtudijs impendit, vt corpus afficeret, atque in hoc ſolo pueritia eius reprehenderetur.* XIIX. anno Quæſtorem deſignatum Conſulẽ ſecũ Pius *deſignauit, & Caſaris appellatione donauit.* Ducta *Fauſtina* conſobrina *Pij* nata, & ſuſcepta ex ea filia *Trib. poteſtate* ornatus eſt, atq; *imperio extra vrbem pro-conſulari, addito iure quintæ relationis.* Fratrem poſt *Pij exceſſum ſibi participem in Imperio deſignauit*, quem *L. Aur. Verum* Commodum appellauit, *Caſaremque, atque Auguſtum dixit. Tunc*
B *primum Romanum imperium duos Auguſtos habere cepit*, qui in LL. *Diui fratres* nuncupantur. Per XXII. *annos ita in domo patris verſatus, vt eius quotidie amor creſceret, nec præter duas noctes per tot annos ab eo manſit, diuerſis vicibus*. Fuit *frugi ſine contumacia, verecundus ſine ignauia, ſine triſtitia grauis. tantæque tranquillitatis, vt vultum nunquam mutauerit amore vel gaudio. In amore omnium imperauit, atque ab alijs modo pater, modo frater, modo filius, vtcunque ætas ſinebat, & diceretur, & amaretur.* In lapide tali honore illuſtris: QVOD OMNES OMNIVM ANTE SE MAXIMORVM IMPP. GLORIAS SVPERGRESSVS BELLICOSISSIMIS GENTIBVS DELETIS. ATQ. SVBACTIS S. P. Q. ROM. De quo Diocletianus dixit, *vita, & clementia talem eſſe cupere, qualis fuit Marcus; etſi Philoſophia, nec Plato eſſe poſſet, ſi reuertatur in*
C *vitam.* In his emendatiſsimæ vitæ actis opera *Capitolini* vſus.

TRIB. POT. XVII) natalis lapidis A. C. CLXX. *Commodo Aug. & Quintillo Coſs.* Spatium integri Imperij. *Capit.* XVIII. an. *Caſſiod.* XIX. Lapis *Lacteratenſis* XXX. TRIB. POT. Spoletanus XXIIII. alii XIX. & XX. numerant.

170. TRIB. POT. VII) An. C. CCI. *Anulino* II & *Frontone Coſs.* quo Seuerus Caracallam Auguſtum nuncupauit.

171. NEMESI) *Adraſtia* dicta a fano, *Adraſti* regis opere, *Rhamnuſia* a templo in *Rhamnunte Attico* oppido. In lapidibus FORTVNA. & SANCTISSIMA. item NEMESI SANCTAE CAMPESTRI. & VIRGINI VICTRICI SANCTAE DEAE NEMESI. Platoni *Angelus*, Amm. *Dea eſt vltrix facinorum impiorum, bonorumq; præmiatrix, arbitra rerum, regina cauſarum, quam Theologi veteres fingentes Iuſtitiæ filiam ex*
D *abdita quadam æternitate tradebant omnia deſpectare terrena.* *Fanum* Romæ in Capitolio *vlciſcendæ vrbis* habebat. Huic *Impp.* ad bella exituri vota nuncupabant, quibus ſpretis C. *Flaminium Cos.* ad *lacum Tranſimenum* cum XV. M. ab *Annibale* fuſum Liu. tradit. *Cl. Pulcer* quod neglecto eius cultu non *paludatus* in caſtra apparuiſſet, militari obſequio exutus, velut *priuatus Romam* ad vota facienda remittitur. Liu.

172. MAGNI ANTONINI.) Scribit P. Vict. quod *Caracallus corpore conſpectto Alexandri Macedonis Magnum, atque Alexandrum ſe iuſſerit*

appellari, aſſentantium fallaciſque eo productus, vt truci fronte, & ad læuum E
humerum conuerſa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, incedens fi-
dem vultus ſimillimi perſuaderet ſibi. Hinc forte bis *prænomen*, & ſemel
cognomen Magni in ſaxis obtinuit. Aut in *Alexandri Seueri* honorem, vt
nomen *Magni*, quod ipſe in Senatu recuſauerat, in *ſubdititio* patre acci-
peret. *Alexander Vari* F. ab Heliogabalo adoptatus, ac *Caracallæ* F. di-
ctus, dubio procul eodem ſtudio, quo *Seuerus Antonini.* niſi quod hic
affectauerit, illi magnæ virtutis merces ſponte, & forte neſcio eo titu-
lus lapidi inſertus. ſublimis enim eius animus rebus inclareſcere con-
tendebat, non fumoſis natalium ſomniis. Hoc quidem Lamp. prodidit
voluiſſe videri originem de Romana gente (de Metellis) *trahere, quia eum*
pudebat Syrum dici: maxime quod quodam tempore feſto, vt ſolent Antio-
chenſes, Aegyptij, Alexandrini laceſſiuerant conuiciolis: Syrum Archiſyna- F
gogum eum vocitantes, & Archierea. & alibi affinem *Caracalli,* non tamen
filium dixit. Sed ad reliqua exeamus, ne tempus itineri contemplando
vetera & nobilium gentium mores ingrata mora eximatur.

M. aurelio SEVERO alexandro) *Arcenæ* natus prius *Alexianus* di-
ctus. Herod. & quod dies qui *Macedoni Alexandro* ſupremus ipſi prin-
ceps, aliaq; cum ipſo communia haberet, *Alexandri* quoq; nomen ipſi
acceſſit. quare & eius habitu numos figurauit *electreos*, & plurimos *au-*
reos. *Vlpianum inſigniſſimum* Caſſiod. *tutorem habuit, & poſt magiſtrum*
ſcrinij, quem ſæpe a militum ira obiectu purpuræ ſummæ defendit. atque
ideo ſummus Imp. *fuit, quod eius conſilijs præcipue Remp. regeret. Splen-*
didiſſimus quoq; *Papinianus* & *Paulus* I.C. inter eius aſſeſſores. Nullam
conſtitutionem ſine xx. *Iuriſperitis* ſancire audebat. L*iteratos vehemen-*
ter amauit, etiam reformidauit, ne quid de ſe aſperum ſcriberent. Vxor G
Memmij Sulpitij V.C. filia. Militiæ cuſtos, ita vt *Parthicam expeditionem*
tanta diſciplina, tanta reuerentia ſui egit, vt non milites, ſed Senatores
tranſire dicerentur. Ouinius Camillus Senator cum tyrannidem affecta-
ret, ad palatium eum rogauit, eique gratias egit, quod curam Reip. quæ re-
cuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet. Deinde ad ſenatum pro-
ceſſit, & timentem, ac tantæ conſcientiæ tabe confectum participem Imperij
appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus,
& melioribus quam ipſe vtebatur, affecit, & cum expeditio barbarica eſſet
nunciata, vel ipſum ſi vellet ire, vel vt ſecum proficiſceretur hortatus eſt.
& cum ipſe pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, quem poſt quin-
que millia cunctantem equo ſedere iuſſit, cumque poſt duas manſiones equo H
etiam fatigatus eſſet, carpento impoſuit. Hoc quoque, ſeu timore, ſeu vere
reſpuentem, abdicantem, quin etiam Imperium, & mori paratum dimiſit.
Occiſus cum matre in *tumultu militari Moguntiaci.* Caſſiod. Cui cum
Thraſybulus Mathematicus *dixiſſet, gladio barbarico obiturum, primo læ-*
tatus eſt, quod ſibi mortem bellicam, & imperatoriam crederet immine-
re, deinde diſputauit, oſtenditque optimos quoſque violenta morte con-
ſumptos, Alexandrum, *Pompeium, Cæſarem, Demoſthenem, Tullium, &*
ceteros inſignes viros non quieta morte oppetiſſe. ... Superfuit annis

XXIX.

A xxix. M. III. D. vii. imperauit A. xiii. D. ix. Pleraq; hic *Lampridij* verba præeunte dixi. Cur in hoc lapide M. *Aurelij Alexandri* nomina expuncta ſint mirari ſubij, nec cauſam compertã habeo, cum adeo gratus fuerit, vt *patris patriæ nomen, ius conſulare, & trib. pot. & ius quintæ relationis vno die Senatus offerret, cunctaque primus inſignia ſimul acceperit*. Sed aberrat *Lampridius*, cum et *Pertinax* ſimul acceperit. Eo interempto nil *populus Rom. ſenatuſque omnis cum prouincialibus cunctis neque triſtius vnquam, neque aſperius acceperunt*. A militibus *ita dilectus vt fratrem, filium, vt patrem dicerent*, & auctores cædis, qui ex ipſis erant, trucidarent. Cenſueram *Heliogabalo conſobrino* curante iſta abraſa, cui & ante, *quod impudicus non eſſet, omnia ſuprema machinatus fuit, tituloſque luto conſpergi, & Cæſaris nomen abrogari milites iuſſerat*. ſed
B impedit TRIB. POT. & COS. nomina, quæ poſt mortem *Heliogabali* Senatus in ipſum contulit.

TRI. PO. II) A. C. ccxxv. *Maximo & Aeliano Coſs.*

COL. AVG. PANHORM) *Panormus* quando *coloniã* acceperit, etſi nemo ſcriptorũ, quos viderim, diſerte memorarit. ex *Strabone* tamen, qui *Auguſti* æuo claruit, & *Tiberij* mortalitatẽ expleuit, cum dicit: Πα-νορμος δὲ καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν, *Panormus etiam Romanorum habet coloniam*, ab *Auguſto* ductam aut reductam eruitur. firmant valide *numi & lapides*, vbi COL. AVG. cognominatur, non quidem ea mente, qua vniuerſæ *Impp. coloniæ Auguſtæ* dicuntur, ſed qua nominis conditoris ſymbolum eſt.

173. AVG.) *Auguſtales* fuere *ludi, ſacerdotes, & magiſtratus* in *Auguſti* memoriam introducti. Is rebus in *Sicilia, Græcia, Syria*, & *Parthia* compoſitis inter varios honores decretos, nihil Dio l. 54. accepit, niſi
C *Fortunæ Reduci aram conſecrari, diemque reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici*. Tac. an. l. 1. *Tribuni plebei petiuere, vt proprio ſumtu ederent ludos, qui de nomine* Auguſti *faſtis additi* Auguſtales *vocarentur. Sed decreta pecunia ex ærario, vtque per circum triumphali veſte vterentur. curru vehi haut permiſſum. mox celebratio annua ad prætorem tranſlata, cui inter ciues & peregrinos iuriſdictio eueniſſet* Sacerdotum vero *Auguſtaliũ collegium* IV. ſummis collegijs *Pontificum, Augurum, VII virorum Epulonum*, & *X virorum* S. F. adiectum. *Auguſtalis Præfectus*, quem *Auguſtus Aegypto* dedit. primus *Cor. Gallus. Ex equeſtre* non *Senatorio* ordine electus, ne ſi violentiores ibi *Senatores*; occaſio rebus nouis foret, et
D *inter alia dominationis arcana, vetitis ſine permiſſu ingredi Senatoribus, aut equitibus Rom*. Tac. l. 11. *Equeſtris ordinis* princeps *dignitas*, parq; *conſulari*. Vlp. ff. de pręf. Aug. *Præfectus Auguſtalis non prius deponit præfecturam & imperium, quod ad ſimilitudinem proconſulis lege facta ſub Auguſto ei datum eſt, quam Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licet in prouinciã venerit*. In libera *Nicopoleos* vrbe honorũ culmen fuit, ita vt ab *Auguſtali* ſuo perinde ac *Alexandria* annos numerarit. *Coloniarum Auguſtalis* frequens in lapidibus, cui primus in *albo* locus, iuſq; *gladij* erat. Alciat. quare *faſcibus* præditus. Petr. *poſtibus triclinij faſces erant*,

cum

Digitized by Google

Iouis oculis deliberaturi. *Senator* S.C.impediturus *Conſuli* dicebat NV- E
MERA SENATVM.Vop. *Diu hæc* I.Cta *quæ ad Principem pertinebant, in libris elephantinis ſcribebantur.* ante in æs inciſa in ærarium retulerunt.

HISPELLATES) gentiles oppidi *Hiſpelli Vmbriæ*.Plin. *Spellum*.Ptol. vnde *Spellates*. In ſaxis : COL. IVL. HISPELLI. hodie *Spello* ruinis ſuis non ignobile. Dicendum ergo *Acilio* in Sicilia ſtatuam ab ipſis poſitam, vt vbi Magiſtratum gerebat, gratularentur.

PVBLICE) vt diſtinguatur a *Priuata Statua*. Notum enim, Plin.l.34. c.5. *in domibus etiam priuatis ſtatuas fuiſſe, atq; in atrijs. nam factum ad exemplum fori, in quo ſtatuas poni ſolebant. Publica*, quæ ſint, Vlp.l.15.ff.de verb. ſign. monet : *Bona ciuitatis abuſiue publica dicta ſunt : ſola enim ea publica, quæ populi Romani ſunt.* Et l.17. *Inter publica habemus non ſacra, nec religioſa, nec quæ publicis vſibus deſtinata ſunt : ſed ſi qua ſunt ciuitatium velut bona : ſed peculia ſeruorum ciuitatium, procul dubio, publica habentur.* F

CAP. X. Seuerus Commodi Fr. ſe dicit. Fazelli error. P. Val. Licinius Aug. Domitianus Latronianus. Euſebius emendatus. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Iulia et Seuerus coniuges. a victis gentibus cognomina. Pont. Max. Imperator belli. Conſul.*

163. FRATRI) *Seuero* hic titulus ſcriptus, *Commodi* enim ſe *fratrē* dixit. Docet hoc Dio.l.22. *Nobis timorem longe maximum fecit, quum ſe Marci F. & Commodi fratrem diceret, et in quem antea tumultuoſius egerat, heroicos honores daret.* Spar.in Ser. *Quoſdam credere Baſſianum Antoninum appellatum, quod Seuerus ipſe in Marci familiam tranſire voluerit.* Sed nota G
poſt mortem tandem *Fratrem* vocaſſe. Signa fraterni amoris edidit, dum ipſum *in Senatu & concione laudauit, Deum appellauit, Narciſſum eius ſtrangulatorem leonibus obiecit.* Spart. Scribit idem *Getam Antoninum a patre dictum, amore Marci, quem fuiſſe, vel fratrem ſuum dicebat.* Falſum hoc in ſaxis, & hiſtorijs, tantum enim *Commodum* fratrem nominaſſe nobis retulerunt. nec inde tantum, quam per Commodum deſcenſum ad Cæſareos auos habuiſſet. lego ergo *Patrem*. Amoris forſan fons hinc: *quod a Marco latum clauum acceperit, tribunatum plebis meruerit, Prætorq; deſignatus non in candida, ſed in competitorum grege.* Spart. Et ita gradum ſibi, iterq; in *Imperatorias familias* patefecit. Res, certè, inſolens callidaq;, nec vlli retro Romanorum par maiorum ſeries tentata. Hac verò ſupputationis baſi *quinos*, & M. *Aurelius ſenos Auguſtos* numerauit. H
Priores Cæſares, aut patrem tantum Principem, vt *Octauius*, aut auum, vel proauum, vt *Octauij* filij & nepotes inter generis ſui imagines recenſere ſufficiebant, donec per *Neruam Marcus* & *Lucius Antonini fratres*, quartum gradum imperatorij ſanguinis, & poſt *Commodus* & *Seuerus* quintum, hic vere, ille ficte, & tandem *Antoninus Caracalla* ſextum adimpleuit, numerus, qui primus in hoc cepit, ei ſolus fuit. in hoc enim ſerie interrupta, nullus impoſterum Impp. vltra proauum *Cæſarem* titulis ſuis addere potuit. *Panormitani* itaq; vt *Seuero*

gra-

146

A gratiorem titulum publicarent, et fidei profeſſione, obſequij conſtantia ſe *Siculo* quondam *Proconſule* comprobarent, ementitum etiam ab ipſo natalium ordinem adſcripſere. Tritum eſt adoptatos non *tribuum* tantum, *ſacrorum, bonorum*, ſed & *nominum heredes* ſcribi. quare hic eiurato genitorum nomine adoptitij tantum patres recenſentur. M. *Vlpius* enim *Traianus Crinitus* M.F. fuit a *Nerua*, T. *Aelius* T. F. *Hadrianus* a *Traiano*, T. *Aurelius* T.F. *Fuluius Antoninus* & M. *Annius* M. F. *Antoninus* ab *Hadriano* adoptati ſunt. hunc enim illi adoptandum dederat. *Maceratæ in Piceno* ſaxum vidimus, vbi ſe Seuerus L. *Veri Aug* F. *Diui Pij* N. dixit. ſed hoc enucleabimus, cum totius *Italici Orbis Inſcriptiones* in medium producemus.

PANHORMVS) reprehendunt hanc *aſpirationem* viri docti, cum B *Græcis* ea *in compoſitis* inſueta ſit. Perpetua tamen in ſaxis domeſticis eam videmus, ita vt non temerè inſertam ſtatuendum ſit. nec ab ea ſcribendi conſuetudine *Normanni* deflexere, quod ex eorum regijs ſuperſtitibus monumentis videre eſt. In *numis* verò præterita fuit, vt apparet ex ijs, quos exquiſitiſſima cura *Ph. Paruta V. Inl.* vno volumine comportauit. *Panhormum* genere neutro *Panhormium* dictum *Iac. Pontanus* & *Th. Fazellus* ex quodam ibi lapide, in quo PANHORMII nimis incautè legerant, probare conati ſunt. his recens adſtipulatus *Ph. Cluuerius* in ſua *Antiqua Sicilia*, opere magno animo ſuſcepto, nec minore cũ totius *Regni* felici applauſu euulgato. Sed ſi *Fazellus ciuis adoptatus* antequam nouam opinionem obtruderet, ſaxum penitius inſpexiſſet, PANHORMI *Tanorum* ſolemnẽ notam, & non PANHORMII cognouiſſet. *Errorem* genuit *ſculptorum* incuria, qui quandoq; T. *literam* iugo obtuſe, leuiterq; in tranſuerſum diducto, pene inſtar I. inſcripſere. Quod C & ante me *Mart. La Farina* docti *Baronis* non diſpar filius viderat.

164. L. *vale*RIANO) apparuit quidẽ, etſi obſcuris veſtigijs notam L. inſcriptionem ordiri; ſed cum teſtatum ſit *Licinium* P. prænominari ideo litera extrita, iniuriaque excepta lapidem corruptum feſelliſſe viſum cenſeo. *Conſtantinus libertatis auctor* laudatus eſt. lapis: PIISSIMO. AC. FORTISSIMO FVNDATORI. PACIS. AC. PVBLICAE. LIBERTATIS. AVCTORI. D. N FLAVIO. VAL. CONSTANTINO. NOBILISSIMO. CAES. B. R P. NATO. Mirabellæ. ORBEM. TERRAE. ROMANI. NOMINI. SVBIVGANTI. at hic Licinius reſTITVTOR LIBERTATIS. AC. FVNDATOR. PVBLICAE. SECVRITATIS. in numo RESTITVT GEN HVMANI, item RESTITVTOR ORBIS legitur. P. Licinius Valerianus et P. Valer. Licinius appellatur, ita vt *cognomen* in *nomen* migrarit, ſic & *Balbus Cornelius* D nominatur.

LATRONIANVS) vide eundem & in tab. 179. Is erit, a quo *Chreſtus Syracuſanorum Epiſcopus* eradicandæ per *Africam* Donatiſtarum hereſi ad ſacra *Arelatenſia comitia* euocatus, *accipiat rhedam publicam*, ſic Conſtãtinus ſcribit, *a clariſſimo viro Latroniano* τοῦ κοντίκτορος Σικελίας, Euſ. hiſt. eccl. l. 10. c. 5. *conductorem Siciliæ* vertunt. ſed quid amabo *Conductor*? mendi certe reus locus eſt. Valido ergo argumeneo ex hac ara primus confirmo Κορρίκτωρος *Correctoris* vocem in ſuam poſſeſſionem, vnde exſcriptores deturbauerant, reponendam, cum idem

K & hic

& hic CORR. P.S. *prouinciæ Siciliæ*, ſic enim illas notas explano. et ita B
in numo Goltzius VIC. S. *victoriæ Siciliæ* intelligit. Conijcio deni-
que lapidem perſcriptum fuiſſe an. CCCXIV. circiter, in quem annum
Illuſtriſſimus Baronius illud concilium coniecit.

165. IVLIAE) Vx. *Seueri*, ſoror *Mæſæ Varæ*, ex qua *Semiamira*, &
Mammæa nata, mater *Heliogabali*. Quam cum *Seuerus vellet ducere, ge-
nituras ſponſarum requirebat, ipſe quoq; Matheſeos peritiſſimus: & cum au-
diſſet eſſe in Syria quandam, quæ id geniture haberet, vt regi iungeretur,
eandem uxorem petiit Iuliam ſcilicet: & accepit interuentu amicorum*, ex
qua ſtatim pater factus eſt. Spart. Adulterijs famoſa. hinc non mirum,
quod *Caracallo* illam intecto corpore videnti, *aſſerentique vellem, ſi li-
ceret vti, petulantius (quippe quæ pudorem velamento exuerat) libet?
plane licet* reſpondiſſet. addit Vict. fuit adeo impatiens libidinis, *quippe* F
qui nouercam ſuam duxit vxorem, et mox in palatio cum Geta F. occi-
di curauit.

SEVERVS) M *Getæ* & *Ful. Piæ* F. *Leptitanus* Afer. *Solus omni memo-
ria, & ante, & poſt ex Africa Imperator*. Ruf. *Hunc ex humili, per litera-
rum & militiæ officia ad imperium pluribus gradibus fortuna deduxit*.
Primum enim *fiſci aduocatus*, mox *Pro.cos. in locum Iuliani, & in conſu-
latu collega, Quæſtor Sardiniæ, Legatus proconſulis Africæ, legioni* IV.
Scythicæ præpoſitus. *Legatus Lugduni*, *Pannoniæ*, poſt *Siciliæ proconſul*,
Conſul cum Apuleio Ruſino a Commodo inter plurimos deſignatus, tan-
dem exercitus *Germanici* moderator, ab eo, *apud Carnutum* Imp. lectus,
& ſublato *Iuliano a Senatu approbatus*. quo facto *quingenta Seſtertia, quod
nemo vnquam*, vt Spart. *militibus dedit*. De hoc Senatus iudicauit: *Illum* G
*aut naſci non debuiſſe, aut non mori, quod nimis crudelis, & nimis vtilis
Reip. eſſet*. PERTINACIS) nomen ſibi indidit in honorem P.
Heluij Pertinacis *Imp*. ab exercitu occiſi.

PARTHICI. ARABICI. ADIAB.) Occiſo *Peſcennio Nigro*, qui
Orientis Imperium Byzantio per triennium expugnato inuaſerat, *circa
Arabiam plura geſſit, Parthis etiam in ditionem redactis, nec non Adiabe-
nis: qui quidem omnes cum Peſcennio ſenſerant, Arabicus, Adiabenicus,
Parthicus dictus. Sed triumphum reſpuit, ne videretur de ciuili triumpha-
re victoria. Recuſauit & Parthicum nomen, ne Parthos laceſſeret*. Spart. In
lapidibus tamen ipſi tributum, in quodam abraſum cum *Britannico* vi-
detur, forte eiuſdem iuſſu, eodem ſtudio. *Parthicus* bis hic dicitur,
quod bis vicerit, vt *Imp*. ſæpe dicti, à ſæpe ſubactis gentibus.

ADIABENICI.) *Adiabena Aſſyriæ regio* Steph. *Meſſene* dicitur, Strab. H
Saccopodes. Etſi eos & *Traianus* debellauerit, *Aureliano* id cognomen
Senatus detulerit, ſoli tamen *Seuero* in ſaxis datur. A domitis populis
cognominari in P. Corn. *Scipione* inchoatum, *qui Africanus*, poſt *L. Sci-
pio Aſiaticus*, L. *Aem. Paulus Macedonius, Metelli, hic Macedonicus, ille
Numidicus* appellati.

P. M.) *Pontifex Max*. honorum apex, vt qui *regio* proximus,
nec *deorum* inferior putabatur, quare nec *Latinij Reges* eum adſumere
puduit.

A puduit. Virg. Rex Anius rex idem hominum, Phœbique ſacerdos.
Cic. pro dom. Pontifices publici conſilij principes, & iuris publici vindices.
Ibid. Omnis Reip. dignitas, omnium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, Dij Penates, bona fortunæ, domicilia veſtræ ſapientiæ pontificum, fidei, poteſtatique
commiſſa videntur. Liuius his notis deſcripſit: Minoribus pontificibus
creatis, Numa Pontificē deinde Max. Numam Marcium M F. ex patribus
legit, eique ſacra omnia exſcripta, exſignataque attribuit: quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque vnde in eos ſumptus pecunia
erogaretur. Cætera quoque omnia publica, priuataque ſacra Pontificis
ſcitis ſubiecit, vt eſſet, quo conſultum plebs veniret, ne quid diuini iuris
negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo turbaretur. Nec cæleſtes
modo ceremonias, ſed iuſta quoque funebria, placandoſque manes, vt idem
B pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, alioue quo viſu miſſa ſuſciperentur. Ipſi adoptionibus præerant. Tacit. l.3. ſoli Veſtales, Veſtæque
penetrale adibant. In ſubſellijs laureatis fata Reip. ex libris Sibyllinis cōſulebant. Vop. in Aur. Ancilia ſacra, quæ arma cæleſtia, fatalia Imperij
pignora credita ſeruabant. res geſtas in album, quod ſingulis annis præſcriptis conſulibus, & alijs magiſtratibus renouatum, per dies digerebāt,
qui Annales Maximi, & Cōmentarij Pontificum cognominabantur. Quæ
conſuetudo a Romulo accepta ad P. Mutium Pont. vſq; durauit. Cic. l.2.
de Orat. Ceremoniarum vero libris abſtruſum Pontificium ius perſcribebant, & occultum genus literarum. quos Gn. Flauius abripuit. Nefas
ipſis mortuum corpus aſpicere, quare Auguſtus matrem velo ante mortuam expanſo laudauit. Sen. de conſ. ad Mart. Tiberius pro roſtris lau-
C dauit filium, ſtetitque in conſpectu, interiecto velamento, quod Pontificis
oculos a funere arceret. Dio. l.95. Tiberius in Auguſti funere detraxit velum, cum ex S.C peroraſſet, hanc veniam Pont. Max. à Senatu impetrauit.
Inſtitutū a Dijs forſan repetitū, qui mortuos videre nequibāt, ne oculos,
vt apud Suid. Aelianus, inſpecto cadauere inquinarent. Tac. l.2. neque Imperatorem auguratu, et vetuſtiſſimis ceremonijs præditum contrectare feralia potuiſſe. Ideo ſtatuæ Auguſti ob cædes in Amphitheatro ſemper velatæ.
Hadrianus primus Pont. Max. officium peregit. Plin. Pius nullum ſacrificium per vicariū fecit, niſi æger Spart. alij honore contenti. Tac. l.2.
Germanicus vidit ſe operatum, & ſanguine ſacro reſperſum. Suet. Titus Pontificatum Max. ideo ſe profeſſus accipere, vt puras ſeruaret manus, fidemq;
præſtitit, nec auctor poſthac cuiuſq; cædis, nec conſcius, quamuis interdum
vlciſcendi cauſa non deeſſet, ſed periturum potius quam puniturum ſe ad-
D iurans. Apud Athenæum Summus Sacerdos in Areopago ſingulorum
ſententias rogabat. exemplum et Ioſ. l.14. ant. c.16. ſuggerit. Nulli ex
lege niſi ſella Curuli ſediſſent, et primò quidē ex patribus, poſt & ex plebe
cooptati, non quidam a Collegijs, vt in ceteris Sacerdotijs conſuetum,
ſed populi Tributis Comitijs. Liu. Nam a collegijs ad populum C. Domitius tranſtulit, quod in patris locum Pont. Max. non ſuffectus. Ius abrogatum Sulla reſtituit. tandem ſub Auguſto collegiorum initio, dein
principium nutu eos cooptari inſtitutum eſt. Collegium primo ex IV. poſt

ex IX. de plebe v. annexis, & tandem *Sulla* auctore ex xv. numero *Augurum* conformi, conſtitit. Mortuo *Cæſare* Pontificatum *Lepidus* inuaſit. poſt cuius exceſſum *Auguſtus* eum ſuſcepit, quem *Lepido* viuo nec oblatum voluerat. Poſt *Auguſtum* omnes *Impp.* ſe *Pontifices Maximos* vocarunt, etiam illi, quibus CHRISTI doctrina inter caliginem antiquæ ſuperſtitionis innotuiſſet, vt fuit *Philippus*, *Conſtantinus*, *Conſtantius*, *Valentinianus*, *Valens*. *Gratianus* tardo edicto vetuit Pont. Max. nominari. quare ſcomma iactum. Zoſ. l. 4. *Si princeps non vult appellari* Pont. Max, *admodum breui* Pont. Max. *appelletur*. Poſt *Theodoſium Seniorem* totum illud *collegium* cõcidit reditibus *ſacerdotũ ærario* cedentibus. Primis honoris auſpicijs ludos edebant. Miniſtri præcipui III *viri epulonum*, *Virgines Saliæ*, & *Camilli*. Habebant quoq; *lictores*, & *præcones*, qui *fauere linguis* clamabant dum ſacra fiebant. Inſignia *ſimpulum*, *albogallerum*, ſeu *tutulum*, *ceceſpitam*, *aſperſorium*, & *apicem* compluries in numis videmus. Cic. de Aruſp. reſp. horum erant *thenſæ*, *curriculi*, *præcentio*, *ludi*, *libationes*. Summum *Deæ Syriæ* ſacerdotem *purpura*, & *tbiara aurea* Lucanus depinxit. Ipſis domus publica laureata. Plin. *laurus gratiſſima domibus*, *ianitrix Cæſarum*, *Pontificumque*, *quæ ſola & domus exornat*, & *ante limina excubat*. In hac *ſacra Bonæ Deæ*. Vitr. l. 1. non in æde *Prætoris*, aut *Coſ.* vt Plut. fiebant. Sciatur deniq; non *magiſtratum*, vt nonnulli credidere, ſed *ſacerdotium* fuiſſe. E F

IMP. V.) refert Diod. l. 36. ecl. 3. morem fuiſſe *Romanorum* ꟾↃↃ.CꟾↃ. hoſtibus interfectis *Imperatorem renunciari*, *quem Græci Baſilea nominãt*. Conſimile quid *Meſſenij* in ſacrificio *Iouis Ithomatæ* obſeruarunt, vbi immolare nulli *Meſſeniorum* permiſſum ni C. hoſtibus cæſis. Pauſ. l. 4. *Ariſtomenes heros* multis *Corinthiorum* trucidatis *Ioui Ithomatæ* (ab *Ithoma* dictus, ibi inprimis cultus, eiuſq; vultus in numis excuſſus. Pauſ. *Meſſenij apud ſe Iouem aiunt educatum. nutrices eius fuiſſe Ithomam & Nedam*) *ſacrificium perſoluit*, *quod a numero centenario interfectorum Hecatonphonia appellant. id ex ritu conſtitit antiquiſſimo. Imperator* autem nominatus, cuius auſpicijs res bene geſta, quare *miles in loco prelij Tiberium Imperatorem ſalutauit*, non *Germanicum* fuſis ab hoc hoſtibus. Tac. l. 2. *Dacis*, & *Baſtarnis*, a *Craſſo* occiſis *Auguſtus* Imperator proclamatus, quoties autem viciſſent iuſta acie, toties ſalutati. Hinc in lapidibus *Auguſtum* XXXVII. Imp. & *Titum* XV. apud Plut. legimus. Nec niſi ſemel ex eodem bello id nomen datum. extra morem tamen *Claudius Britannis* debellatis ſæpius meruit. Putauit *Iuſt. Lipſius ſeculi Varro* vltimũ ex priuatis T. *Blæſum Imp.* nomen, *Auguſti* indulgentia reportaſſe. Sed in diſſentientem opinionem *Appianus Hadriano* coæuus trahit, ſua ætate X. M. fuſis hunc titulum acquiſitum narrans. G H

POT. III) hinc cognoſcitur lapidem an. C. CXCVII. dedicatum. Hic enim III. eius potentiæ annus *Flauijs Tertullo* & *Clemente Coſ.*

COS. II) *Seuerus fuit* cum *Albino* a. C. CXCVI. Conſules *Prætores* Varroni, *Iudices* Feſto. παράδειγμα λακωνικὸν Libanio in pan. Iuliani dicti, quod *Laconum* exemplo, apud quos *reges duo* annui magiſtratus

inſtituti

A inſtituti eſſent. creabantur Comitijs Centuriatis, raro ab Interrege, nonnunquam etiam ab Impp. Auſ. in Paneg. Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo, non paſſus ſepta, neq; campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos, qui non prenſauerim manus, nec cum ſalutantium confuſus occurſu, aut ſua amicis nomina reddiderim, aut aliena impoſuerim, qui tribus non circumiui, centurias non adulaui, vocatis tribubus non intremui, nihil cum ſequeſtro depoſui, cum diribitore nihil pepigi. Martius Campus, ſequeſter, ordo, roſtra, omina, ſenatus, curia, vnus mihi omnia Gratianus. primum ex patritijs, poſt vnus, tandem ſæpe vterq; ex plebe captus. modo allecti repente ius ſecundo loco dicendi acceperunt. Gel.4.c.10. Deſignati appellantur, donec priores officio ſe exuiſſent. ætas legitima XLIII. annus, teſte paſſim Cicerone. Creatio ea antiquis Comitia Conſularia,
B poſt Ordinatio, tandem Nundinum Coſs. dicta. Dies magiſtratui auſpices Kal. Mart. Vrbis natalis, & hinc anni exordium. aſt anno a Numa correcto Kal. Ian. raro Kal. & Id. Mart. Maiæ, Quintiles, Sextiles, VII, VIII, & X. bres. eo die Ianus lauro redimebatur. Macr.3.ſat. Ineuntes Lauinij Veſtæ & Penatibus, Lanuvij Iunoni Soſpitæ faciebant. Cic. Munus populo edebant. h. e. gladiatores committebant. quod Conſtantinus l.1.C. de glad. aboleuit. Miſſilia, denarios aureos, ſeu ſcyphos argenteos in vulgus ſpargebant, cuius loco Martianus in eius I conſtitutione, ad reparationem aquæductuum centena pondo auri præſtari, ideſt, X.M. aureorum, Iuſtinianus vero Nou. CV. vt ſepties anno veteres ludos Hippomachiæ, Pancratij, &c. ederent argento tantum in populum miſſo; conſtituit. Vop. in Aur. vidimus proxime conſulatum Fury Placidi tanto ambitu in circo
C editum, vt non præmia dari aurigis, ſed patrimonia viderentur, quum darentur tunicæ ſubſericæ, lineæ paragaudæ, darentur etiam equi, ingemiſcentibus frugi hominibus. Factum eſt enim vt iam diuitiarum ſit, non hominum conſulatus. Tenuioribus ad hæc, vt Aureliano ſumptus dati. nomina Caſtoris ædi inſcripta. Ornamenta erant XXIV. faſces cum ſecuribus, quos P. Val. Poplicola XII. ſecuribus vacuefactis, numero XII. Hetruſcorum Populorum ſeruato, quorum quiuis regi ſuo lictorem cum faſcibus exhibebat. Val. Max. l.4.c.2. Menſe vtri conſulum, interdum dietim, vt ex diurnis P.R. Pighius collegit, ijs prælatis alternabant; ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Liu. Penes quem faſces Conſul Maior Feſti opinione, alter virgis inſignis dictus, hunc Accenſus præibat, lictores pone ſequebantur. quem ritum exoletum Cæſar Coſs. I. reuocauit.
D Tunicam palmatam, ſeu trabeam purpuream aureis ſignis intextam, coronam auream, eburneum ſcipionem cum aquila in apice, aliaq; regia inſignia, quæ inuidioſa potius videbantur, quam decora dimiſerunt, contenti in triumphis, feſtiſq; honoris deum cauſa ſibi ſeruaſſe. in ſella curuli eburnea, poſt et argentea, Cic. ſede honoris, ius reddebant. Plebiſcito intra decennium Conſulatum repetere nequibant, quod tamen in Mario, qui vnus ſepties Coſs. bello inſurgente non obſeruarit. Munia præcipua rem diuinam facere, in foro manumittere, ex LL. præſcripto iudicare, comitia quæſtorum creandorum, vti & Aedilium curulium habere. Cic. pro

Plan.

Digitized by Google

Plan.minores ordinarios *magiſtratus legere* , *ſenatum cogere* , *ſententias* E
rogare , *Senatus & plebiſcita exequi* , publicos *reditus locare* , *prouincias*
regere , ac *bella* populi iuſſu *gerere*. Non.Marc. *Conſulum & prætorum*
proprietas quod conſulant & præcant populis. Auguſtum omni mane adi-
bant accepturi rei gerendæ mandata. His crebro *ſummum ius vitæ* , *ne-*
ciſq; ac *negociorum arbitrium* ſine populi iuſſu in magnis rerum tumo-
ribus Senatus conceſſit. vt in L. *Saturnini*, C. *Gracchi* , *Catilinæ*, *Clodij*
ſeditionibus, & *Cæſare Remp*. oppugnante . Horum tutelæ *Reges* , *Po-*
puliq; ſæpe ſalutem fortunamq; ſuam cõmendarunt. Quod faſtigiũ lege
Valeria *prouocatione ad populum* conceſſa *regio* affatim humilius euaſit.
Poteſtas hæc etſi *ſuſpenſa* quandoq; *dictatura* interueniente , valuit ta-
men, donec *Cæſarum* nutu libidineq; *conſulatus* dati, ereptique. Tac. *Quis*
enim neſcit Caninij Rebili ſub Cæſare, & Roſcij Reguli ſub Vitellio conſula- F
tus vnius diei? ille enim ſex tantum horis pomeridianis fuit . de quo
Cic. *Conſulem habuimus tam ſeuerum, tamque cenſorium, vt in eius magi-*
ſtratu nemo pranderet, nemo cænauerit, nemo dormiuerit . *Commodus vno*
anno XXV. creauit. Lamp. *Conſulatum Traianus* recuſauit , vt maior *liber-*
tatis ſpecies foret , alium quam ſe *conſulere* . Et quamuis maieſtas ea
ſub *Principibus* longe a ſe receſſerit, *ſumma* tamen *poteſtas* dici non de-
ſijt. Suet. in Calig. *per triduum ſine ſumma poteſtate Reſp*. Proc. l. 1. *Conſu-*
latu maior dignitas in Rom. Rep. nulla eſſe exiſtimatur . Porro *Conſules*
cum prius annui innouarentur , tempora ab ipſis notata. ideo Liba-
nius eorũ *nomina vrbe volitare* dixit. ſed ab *Ordinarijs*, h.e. qui ſuetis die-
bus honores cepiſſent. Numis, alijſq; monumentis, & *Suffecti extra or-*
dinem adiecti. A.C. ccv. a *Seuero* primum *Conſulatus Suffecti* cum *Ordi-* G
narijs numerati. ſic *Plancus* qui *ſuffectus conſul* illo anno creatus , *ordi-*
narius Coss. 11. habitus eſt. *Iuſtinianus & Imperatores* annorum indices
eſſe inſtituit. Vltimus *conſulatus Baſilij Iun*. ſine collega, an. DXL. nec
amplius *Conſulatus* faſtis additus. etſi non plane perierint : *Byzantium*
enim tralato *Imperio* duo remanſere, vnus *ibi*, alter *Romæ*, vel vtrobiq;
duo, cuius mentis eſt et *Nic. Alemannus* Pontificius Romæ Bibliothe-
carius ad arcanam *Procopij* hiſtoriam.

166. D.N.M.Q.) *deuotus numini maieſtatique* , pro quo numi NE.
NEΩK. NEΩKOPΩN vſurpant. ſic ſentit *Ant. Auguſtinus* I.C, & *mutæ*
numorum hiſtoriæ peritiſſimus. Numus ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ
cum *cortina Apollinis* & corona ſupraiecta. e regione ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣ-
ΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ*εὺς*. ΜΕΓ*ιστος* ΔΗΜ*αρχικῆς*. ΕΞΟΥΣ*ίας*. *Cæſar Auguſtus*
Pont. Max. Trib. pot. Contra *Goltzius* vocem interpretem *nouæ coloniæ* H
quaſi aucto *populo* ſtatuit. & ſic *Meſſana Auguſti colonia* innoteſce-
ret. *Caſaubonus* ad Suet. refragatur, cui ibi *νεόφυτος* ſeu *ædituus* ſignifi-
catur, quod aliqui populi ſe certorum numinum æditos publicarint, vt
inſignius ſuperbirent. *Auguſtini* opinio eneruis adprime videtur, quod
nulla ratione conſpicua. In *Goltzium* pugnant in numis adpoſita *tem-*
pla et *Pontificia* inſignia, quæ non *Coloniæ ſymbola* , & lapis ΝΕΩΚΟΡΟϹ
ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ϹΑΡΑΠΙΔΟϹ *magni Sarapidis*. Nec *Cauſaboni* vndiq;
firma

Digitized by Google

A firma non addicentibus numis. Sed hæc feliciori ocio reuoluenda ſunt,
modo vento vela demus.

CAP. XI. Maximinus. Nobiliſsimus. Diuus. Claudius. Cognomina a ſubactis populi s. II. vir. M. Ant. Philoſophus. Nemeſis. Caracalla. Seuerus. Col. Panormitana. Auguſtalis. Iudex.

166. GALERIO.VAL.MAXIMINO) C. prænomen ex alijs lapidibus
notum. Natale ſolum *Dacia Ripenſis*, vitæ rudimenta cuſtodiendis ar-
mentis tranſegit, vnde & *armentarius* appellatus. Militiæ clarus a *Dio-
cletiano* IN ORIENTE, vt eſt in lapide, ADOPTATVS. mox filia
eius *Valeria* ſibi iuncta *Cæſar*, dein *Maximiano*, & *Diocletiano* priuatæ
B vitæ ciuilitatem repetentibus, ipſe cum *Conſtantio* Imperij heres inſti-
tutus. *Conſtātius* Gallia, & Hiſpaniæ cōtentus reliquas ipſi prouincias cū
reliquiſſet, imperij conſortes *Seuerum*, & *Maximianum*, huic *Orientis* &
Africæ, illi *Italiæ* regendi ſollicitudine tradita, & poſt cædem Seueri
Licinium Imperij collegam aſciuit. Genitalibus putribus, vermibuſque
corpore ſcatens, morte ſua interijt: ſeu vt alij vitam doloris ferendi
impar expulit, anno potentiæ ſolitariæ II. ſociatæ XVI.

NOBILISSIMO) *Nobiliſſimi prænomen* primo in lapidibus *Traiano*,
& *Philippo Seniori*, *cognomen* vero datum *Caracallo*, *Alexandro Seuero*,
PHILIPPO *Iun.* NOBILISSIMO AVG. CAESARI, & *Numeriano* F.
cum prænomine *Iuuentutis Principis* & cognomine *Nob. Cæſ. Criſpus*,
& *Decius* NOB. CÆS. PRINCIPES. IVVENTVTIS. *Nobiliſſimi* au-
C tem fuere *Imperij* alumni. Rufinus l.2.c.5. *Valentinianus à patre factus
Nobiliſſimus: patre moriente nondum regijs inſignibus initiatus*. Diac. l. 22.
*Nobiliſſimus factus eſt Nicetas, cui ſuperimpoſuit clamydem, & auream
coronam. Nicephorum, & Chriſtophorum filios Copronimus Cæſ. creauit.*
Dignitatem hanc à *Conſtantino* inuentam Zoſimus ſcribit, paremq; cum
Cæſaris honore fecit, ſed diuerſa colligitur. nam *Valentinianus Iunior* in
cunis ab *Honorio Nobiliſſimus* dictus quinquēnio poſt *Theſſalonicæ Cæſar*
per *Heliam* officiorum magiſtrum enunciatur. apud Phot. Multi quoq;
Nobiliſſimi, qui nunquam *Cæſaris* nomine honorati. *Auguſtorum* quoq;
filiæ *Nobiliſſimæ* in ſaxis habentur IVLIAE NOBILISSIMAE PVEL-
LAE FIL. GALLIENI AVGVSTI, & SOLON. AVG. *Proto-nobiliſſi-
mus* vero appellatus eſt *Eumathius*, qui amores *Nyſminij* & *Nyſminiæ*
vulgauit.

D 167. DIVO) is in *Græcis* lapid. & alibi *θεὸς*, etſi proprie *ἀποθέωσις* ſueta
ipſis adulatione dicitur. Senioribus temporibus, quorum illuſtris virtus
humanas glorias ſupergreſſa, mortalitate finita, in *Rituales* libros refe-
rebant annuam virtutis recordationem celebraturi. horum animas in
beatorum inſulas receptas, omni iudicio liberas credebant. Cedrenus.
Soli *Romanorū* Regum *Romulo* heroicos honores collatos Cic. docet, pau-
cis poſt alijs. Fuſo *Perſide*, fugatoq; *Dario*, omni mortale honore maior
ſibi viſus *Alexander* ab *Athenienſibus Deus* ſalutari petijt: quare XIII.
Conſen-

Conſentibus Deis additus. Ael.l.2.c.19.var.hiſt. Eo honore elati, ne homines fuiſſe reputarentur, nouis nominibus initiabantur. Ita Romulus *Quirinus*, Caſtor & Pollux *Dioſcuri*, Melicerta *Portumnus*, Io *Iſis*, Ino *Leucothea*, Leda *Nemeſis* nominati. Priuatas tamen ἀποθεώσεις frequentiores domeſtica religione nati genitoribus celebrabant. Plut. in quæſt. Rom. qui *Diui tantum, nec conſecrati* dicti. Dio. Inſtar horum poſt *Impp. publici patres*, publicis ceremonijs *Deorum albo* illati. eius auſpicium *Auguſtus* in I. *Cæſare* fecit, cuius nomini primũ poſt Romulum templũ dicatum. Quod Iuliani Silenus riſit *Auguſtum* κοροπλάσην h. e. *puparum fictorem*, quibus virgines luſitabant, quas pubertati vicinæ *Veneri* donabant, appellans. Martial. *Et Auguſto creſcit ſub principe cælum.* Poſt promiſcui fuere hi honores ferme cunctis principibus. Capit. M. Antoninum, *priuſquam funus conderetur, vt plerique dicunt (quod nunquam antea factum fuerat, neque poſtea)* S.P.Q. *non diuiſis locis, ſed in vna ſede propitiũ Deum dixit. Alexander Mammæa* cõſimili modo CHRISTVM ſtructo templo inter *Deos* recipere voluit. Lamp. Veſpaſianus *prima quoque morbi acceſſione, vt inquit, puto Deus fio.* Suet. c. 23. Interdum & *Auguſtorum amici* Deorum numero adſcripti. ſic *Antinoum Græci volente Hadriano*, cuius exceſſu *muliebriter fleuerat.* Spart. *conſecrauerunt*, et nouelli ſideris ſtationem inter cœleſtes imagines detulere. Lapis: ΑΝΤΙΝΟΩ ϹΥΝΘΡΟΝΩ ΤΩΝ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΩΝ Μ. ΟΥΛΠΙΟϹ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟϹ ΠΡΟΦΗΤΗϹ. *Antinoo Conſeſſori* Aegypti *Deorum M. Vlpius Apollonius Propheta*, ideſt, *Antinoi ſacerdos. Aegypti* enim *ſacerdotes prophetas* dici ex Laertio haurimus. Hos honores et nonnulli alijs de cauſis largiti ſunt. *Plin.* paneg. *Dicauit cælo Tiberius Auguſtũ, ſed, vt maieſtatis numen induceret: Claudium Nero, ſed vt irrideret: Veſpaſianum Titus, Domitianus Titum, ſed vt Dei filius, hic vt frater videretur. Tu* (Traiane) *ſideribus patrem intuliſti.* Addo *Caracallam*, qui vt facinus mitigaret, quod fratrem *Getam* necauerat, ipſum Dijs aſſociauit dicens: *ſit Diuus, dum non ſit viuus.* Spart. *Diocletianus primus cum priuatus obijſſet, inter diuos relatus.* Eut. Horum funus cum eo nomine duceretur, e rogo ſcandentes cœlum ſpectaſſe quidam aſſeuerabat. Quare *Numerius Senator*, & *Prætor* Atticus *Cæſaris* aſcenſum in cœlos à ſe viſum iurans *decies* HS a *Liuia* emeruit. *Getæ Deos & Conſiliarios Regis* dixere a *Zomolxi*, quem ob raras prudentiæ dotes pro *Deo* coluerunt. Collatus & hic honor feminis. Libera Rep. *Accam Laurentiam*, & *Floram*, huic *Floralibus*, illi *Accalibus* ſacratis *Dearum collegio* adſcriptas legimus. *Druſillæ* ſcorto *Pantheæ* dictæ, pares cum *Venere* diuini honores donati, ita vt feminæ per eius nomen iurarint. Prima *Auguſtarum Liuia* Dea facta, Prudentio *Iuno* appellata. *Fauſtinæ* vxori M. Ant. diuinos honores impetrauit, *in eiuſque honorem puellas Fauſtinianas inſtituit.* Inſignia conſecrationis in numis *templa, ſacerdotes, carpentũ* & *pauones* videmus, hæ *Iunoni* ſacræ, vt *Aquilæ Ioui* diuas in cœlum deducunt.

CLAVDIO) M. Aur. *Claudius* ſucceſſor *Gallieni. Illi, (quod nulli antea) Populus Rom. ſumptu ſuo in Capitolio ante Iouis Optimi Maximi templum*

ſtatuam

Digitized by Google

A *ſtatuam auream X. pondo collocauit*. Illi *totius Orbis iudicio in Roſtris poſita eſt colũna, cum palmata ſtatua ſuperfixa librarum argenti mille quingẽtarum.* Treb. Imperator cũ ſalutatus hæc in ipſum dicta: *Auguſte Claudi Dij te nobis præſtent (dictum ſexagies) Claudi Auguſte principem te, aut qualis tu es ſemper optauimus, (dictum quadragies) Claudi Auguſte te Reſp. requirebat, (dictum quadragies) Claudi Auguſte, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus ſenator, tu vere princeps, (dictum octuagies) Claudi Auguſte tu nos ab Aureolo vindica. (dictum quinquies) Claudi Auguſte tu nos a Zenobia & Victoria libera. (dictum ſepties) Claudi Auguſte, Tetricus nihil fuit, (dictum ſepties).* *Gothicus* audijt ob *Gothos* victos. de his ipſe in epiſtola: Claudius (Iunio) *Broccho. Deleuimus* CCCXX. *millia Gothorum*, II *millia nauium merſimus; tecta ſunt flumina ſcutis, ſpathis & lanB ceolis, omnia litora operiuntur. Campi oſſibus latent tecti, nullum iter purum eſt, ingens carrago deſerta eſt, tantum mulierum cepimus, vt binas, & ternas mulieres victor ſibi miles poſſit adiungere:* Illum *& ſenatus & populus ante Imperium, & in Imperio, & poſt Imperium ſic dilexit, vt ſatis conſtet, neque Traianum, neque Antoninum, neque quemquam alium principem ſic amatum.* Treb.

168. TR. POT. VI.) natalis lapidis an. C.cc. quo *Saturnino* & *Gallo* Coſſ. VI. *Seueri* Imperij annus currebat.

GERM) *Germanicus* primus dictus *Tiberius*, poſt *Druſus*, & filius *Germanicus*, *Vitellij*. F dein *Domitianus*, *Traianus*, & obiter ex lapidibus notati *Pius*, *Cõmodus*, *Gallienus*. GERM. MAXIMVS: M. *Ant.* *Commodus*, *Caracalla*, *Diocletianus & Aurelianus*. Adſumſit autem *Caracalla* id

C nominis ſemel viuo patre, & *iterum proſpere contra Dacos res gerens*, Spart. Quum *Germanos ſubegiſſet Germanicum ſe appellauit: vel ioco, vel ſerio, vt erat ſtultus, & demens*. Diſſuaſerant cognominis ancipitis vſum, ne de *fratre* occiſo gloriari videretur. ille vero aſſerebat, *ſi Lucanos viciſſet Lucanicum ſe appellandum.* Spart. Ridiculi quid huic verbo inerat, quo edulium inteſtini farti *Lucanica* intelligebatur, hinc *Lucanici* Romanis vocitati *abdomini dediti*. Mar. l. 27. *Commodus* ſtatuæ Coloſſææ *Solis* capite demto ſuum imponens baſi pro GERMANICO ſubſcripſit QVI MILLE GLADIATORES VICIT. Præcipua autem a prouincijs cognomina fuere: GERMANICI, SARMATICI *Pius*, *Commodus*, & *Caracalla* nominati. PARTHICVS *Traianus*, L. *Verus*, *Seuerus*, *Caracalla*. PART. MAX. M. *Ant.* & *Seuerus*. ARMENIACVS ET MEDICVS L. *Verus*. BRITANNICVS MAX. *Commodus*,

D *Seuerus*, *Caracalla*, *Diocletianus*. ARABICVS *Seuerus*. ARAB. MAX. *Aurelianus*. DACICVS MAX. *Gallienus*. PALMYRENVS, & PAL. MAX. *Aurelianus*. Hic ſubactis *Carpicis* cognomentum *Carpici* a Patribus delatum ſubterfugit, tanquam deforme ob vocis affinitatem *Carpiſculi* calcei. Vop. *Iudaicæ* titulus plane reiectus ob gentis religionem.

IIVIR) antiquiſſima eius origo hæc eſt: *Horatius tergeminorum Curiatorum* victor, cum non minus crudeli, quam generoſo impetu ſororem *Horatiam* flentem mariti necem, cuius exuuias haſta propendulas

inferri viderat, occidiſſet. reputabat enim minus virile eſſe, in publica E
lætitia, pulcraque ad famam via muliebribus lamentis impediri. A *Tul. Hoſtilio*, cui contra *Metium Suffetium* victoriam Regno conſeruato pepererat, in carcerem miſſus, de capite eius II *virorum* iudicium inſtitutum eſt. *II.viros* & *Tarq.Priſcus*, vt Lact.*Superbus*, vt *Dion*.inuenit, quibus vrbis & belli oneris immunibus *librorum Sibyllarum*, quos *Stilicho* ſub *Honorio* exuſſit.Baron.cura tradita erat, antequam in X *viros* conceſſiſſet. Alij *II viri ædilitij*, ſeu *ædis locandæ, faciundæ, & dedicandæ*, quos populus ex *lege Papiria* deſignauit. *Nauales*, *claſſis ornandæ reficiendæque* in bello *Samnitico*, an. V. CDXLI introducti. Liu. In *Colonijs* honor *II viri* ſummus.l.1.C.de magiſt. mun. ἁπλῶς *Magiſtratus* dictus, Neapolitanis *Demarchus*, Aripinis *Aedilis*, vt *Cicero ciuis* prodit. Ab *Hadriano* illos magiſtratus geſtos *Lamp*.tradit: in *Hetru-* F
ria præturam Imperator egit. Per Latina opida Dictator, & Ædilis, & Duumvir fuit. apud Neapolim Demarchus, in patria ſua Quinquennalis, & item Adriæ Quinquennalis, quaſi in alia patria, & Athenis Archon. Lapis vetus, qui *Scaligero* debetur: EO ANNO QVO ET OPTIMVS IMP. HADRIANVS ETIAM II.VIRATVS HONOREM SVSCEPIT. Legebantur a *decurionibus*, ex ſe potioribus, pari formula, qua alij *Decuriones*, niſi quod illi tres menſes, vel amplius, priuſquam magiſtratum inibant, vt ſi renuerent, alius ſubrogaretur.l.1.C. *de mag. mun.* Quod tantum in aduenis valuiſſe credo. *Kal. Mart.* princeps muneris dies. Magna omnino *dignitas*, nam *prætextam* habuere. Liu. & *faſces*. Cic. in Rul. *Cum ceteris in colonijs II viri appellentur, hi* Capuani *ſe Prætores appellari volebant.* mox. *anteibant lictores non cum bacillis, ſed vt hic, præ-* G
toribus anteeunt cum faſcibus duobus. Numos ſignaſſe ipſi numi docent. Non vidit hoc *Accurſius* pagis eos præficere non erubeſcens, cum in ijs olim nullus magiſtratus. *II viri* enim *conſulari* fere *poteſtate*, ad cuius exemplum II.creabant. etiam iterabantur, aut Præturæ æquales. Quandoq; & I.D. *iuris dicundi* cognomentum ſumebant. Ciuitates iure *Curiæ, II viros legendi* poteſtate multatas fuiſſe, de *Capua*, *Cumis*, *Caſilino*, *Vulturino*, *Literno*, *Puteolis*, *Axetris*, *Sueſſula*, *Attela*, *Calena* deficientibus, *Annibale* Italiam infeſtante, comperimus.

169. M. aVRELIO ANTONINO) primo *aui paterni Annij Veri & Catilij Seueri materni* nomen habuit, poſt patris fata *Annius Veriſſimus*, quod *veritatis amans*. Dio. *adoptione Aurelius pro Annio, quod in Aureliã, ideſt, Antoniã familiam tranſiret*, vocatus. vulgo *Philoſophus*, cognomine antiquis ſcriptoribus, lapidibus & numis incognito. Cõſtat ſane ſic H
a nonnullis dici, ſed priuato affectu, quo *Cæſar fortis*, & Caligula *inſanus*. ἐπιγραφὴν vero in *Dionis*, & *Zonaræ* codicibus ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ recentiorum *Criticorũ* commentum Caſaub docet. Natus Romæ, *cuius familia in originem recurrens, a Numa probatur ſanguinem trahere. Item a Rege Salennio Daſumnij F. qui Lupias condidit. Octauo ætatis anno in Saliorum collegium* ab Hadriano refertur. XII. an. *habitum Philoſophi aſſumſit, & deinceps tollerantiam, cum ſtuderet in pallio,*

&

A *& humi cubaret.* Studiorum moderatores inter alios habuit *Frontonem, Apollonium Philoſophum Stoicum, Sex. Chæronenſem Plutarchi nep. Iunium Ruſticum. Tantum* autem *honoris magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in larario haberet, ac ſepulcra eorum aditu uhoſtijs, floribus ſemper honoraret. Studuit & Iuri, audiens L. Voluſum Metianum. Tantumque operis, & laboris ſtudijs inpendit, vt corpus afficeret, atque in hoc ſolo pueritia eius reprehenderetur.* XIIX. anno Quæſtorem deſignatum Conſulẽ ſecũ *Pius deſignauit, & Cæſaris appellatione donauit.* Ducta Fauſtina conſobrina *Pij* nata, & ſuſcepta ex ea filia *Trib. poteſtate* ornatus eſt, atq; *imperio extra vrbem pro-conſulari, addito iure quintæ relationis.* Fratrem poſt *Pij exceſſum ſibi participem in Imperio deſignauit,* quem L. *Aur. Verum* Commodum *appellauit, Cæſaremque, atque Auguſtum dixit. Tunc* B *primum* Romanum *imperium duos Auguſtos habere cepit,* qui in LL. *Diui fratres* nuncupantur. *Per* XXII. *annos ita in domo patris verſatus, vt eius quotidie amor creſceret, nec præter duas noctes per tot annos ab eo manſit diuerſis vicibus.* Fuit *frugi ſine contumacia, verecundus ſine ignauia, ſine triſtitia grauis. tantæque tranquillitatis, vt vultum nunquam mutauerit amore vel gaudio. In amore omnium imperauit, atque ab alijs modo pater, modo frater, modo filius, vtcunque ætas ſinebat, & diceretur, & amaretur.* In lapide tali honore illuſtris: QVOD OMNES OMNIVM ANTE SE MAXIMORVM IMPP. GLORIAS SVPERGRESSVS BELLICOSISSIMIS GENTIBVS DELETIS. ATQ. SVBACTIS S. P. Q. ROM. De quo Diocletianus dixit, *vita, & clementia talem eſſe cupere, qualis fuit Marcus; etſi Philoſophia, nec Plato eſſe poſſet, ſi reuertatur in* C *vitam.* In his emendatiſsimæ vitæ actis opera *Capitolini* vſus.

TRIB. POT. XVII) natalis lapidis A. C. CLXX. *Commodo Aug. & Quintillo Coss.* Spatium integri Imperij. *Capit.* XVIII. an. *Caſſiod.* XIX. Lapis *Lacteratenſis* XXX. TRIB. POT. Spoletanus XXIIII. alii XIX. & XX. numerant.

170. TRIB. POT. VII) An. C. CCI. *Anulino* II & *Frontone Coss.* quo Seuerus Caracallam Auguſtum nuncupauit.

171. NEMESI) *Adraſtia* dicta a fano, *Adraſti* regis opere, *Rhamnuſia* a templo in *Rhamnunte Attico* oppido. In lapidibus FORTVNA. & SANCTISSIMA. item NEMESI SANCTAE CAMPESTRI. & VIRGINI VICTRICI SANCTAE DEAE NEMESI. Platoni *Angelus,* Amm. *Dea eſt vltrix facinorum impiorum, bonorumq; præmiatrix, arbitra* D *rerum, regina cauſarum, quam Theologi veteres fingentes* Iuſtitiæ *filiam ex abdita quadam æternitate tradebant omnia deſpectare terrena. Fanum* Romæ in Capitolio *vlciſcendæ vrbis* habebat. Huic *Impp.* ad bella exituri vota nuncupabant, quibus ſpretis C. *Flaminium Cos.* ad *lacum Tranſimenum* cum XV. M. ab *Annibale* fuſum Liu. tradit. *Cl. Pulcer* quod neglecto eius cultu non *paludatus* in caſtra apparuiſſet, militari obſequio exutus, velut *priuatus Romam* ad vota facienda remittitur. Liu.

172. MAGNI ANTONINI.) Scribit P. Vict. quod *Caracallus corpore conſpecto Alexandri Macedonis Magnum, atque Alexandrum ſe iuſſeris*

Digitized by Google

appellari, aſſentantium fallaciſque eo productus, vt truci fronte, & ad læuum humerum conuerſa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, incedens fidem vultus ſimillimi perſuaderet ſibi. Hinc forte bis *prænomen*, & ſemel *cognomen Magni* in ſaxis obtinuit. Aut in *Alexandri Seueri* honorem, vt nomen *Magni*, quod ipſe in Senatu recuſauerat, in *ſubditítio* patre acciperet. *Alexander Vari* F. ab Heliogabalo adoptatus, ac *Caracallæ* F. dictus, dubio procul eodem ſtudio, quo *Seuerus Antonini*. niſi quod hic affectauerit, illi magnæ virtutis merces ſponte, & forte neſcio eo titulus lapidi inſertus. ſublimis enim eius animus rebus inclareſcere contendebat, non fumoſis natalium ſomniis. Hoc quidem Lamp. prodidit *voluiſſe videri originem de Romana gente* (de Metellis) *trahere, quia eum pudebat Syrum dici: maxime quod quodam tempore feſto, vt ſolent Antiochenſes, Ægyptij, Alexandrini laceſſiuerant conuiciolis: Syrum* Archiſynagogum *eum vocitantes, &* Archierea. & alibi affinem *Caracalli*, non tamen filium dixit. Sed ad reliqua exeamus, ne tempus itineri contemplando vetera & nobilium gentium mores ingrata mora eximatur. F

(m. aurelio SEVERO alexandro) *Arcenæ* natus prius *Alexianus* dictus. Herod. & quod dies qui *Macedoni Alexandro* ſupremus ipſi princeps, aliaq; cum ipſo communia haberet, *Alexandri* quoq; nomen ipſi acceſſit. quare & eius habitu numos figurauit *electreos*, & plurimos *aureos*. *Vlpianum inſigniſſimum* Caſſiod. *tutorem habuit, & poſt magiſtrum ſcrinij, quem ſæpe a militum ira obiectu purpuræ ſummæ defendit. atque ideo ſummus Imp. fuit, quod eius conſiliis præcipue Remp. regeret. Splendidiſſimus* quoq; *Papinianus* & *Paulus* I.C. inter eius aſſeſſores. Nullam conſtitutionem ſine xx. *Iuriſperitis* ſancire audebat. *Literatos vehementer amauit, etiam reformidauit, ne quid de ſe aſperum ſcriberent.* Vxor *Memmij Sulpitij* V.C. filia. Militiæ cuſtos, ita vt *Parthicam expeditionem tanta diſciplina, tanta reuerentia ſui egit, vt non milites, ſed Senatores tranſire dicerentur. Ouinius Camillus Senator* cum tyrannidem affectaret, *ad palatium eum rogauit, eique gratias egit, quod curam Reip. quæ recuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet. Deinde ad ſenatum proceſſit, & timentem, ac tantæ conſcientiæ tabe confectum participem Imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus, & melioribus quam ipſe vtebatur, affecit, & cum expeditio barbarica eſſet nunciata, vel ipſum ſi vellet ire, vel vt ſecum proficiſceretur hortatus eſt. & cum ipſe pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, quem poſt quinque millia cunctantem equo ſedere iuſſit, cumque poſt duas manſiones equo etiam fatigatus eſſet, carpento impoſuit. Hoc quoque, ſeu timore, ſeu vere reſpuentem, abdicantem, quin etiam Imperium, & mori-paratum dimiſit.* Occiſus cum matre in *tumultu militari Moguntiaci*. Caſſiod. Cui cum *Thraſybulus* Mathematicus *dixiſſet, gladio barbarico obiturum, primo lætatus eſt, quod ſibi mortem bellicam, & imperatoriam crederet imminere, deinde diſputauit, oſtenditque optimos quoſque violenta morte conſumptos, Alexandrum, Pompeium, Cæſarem, Demoſthenem, Tullium, & ceteros inſignes viros non quieta morte oppetiſſe.* Superfuit annis

XXIX.

Digitized by Google

A xxix. M. iii. D. vii. imperauit A. xiii. D. ix. Pleraq; hic *Lampridij* verba præeunte dixi. Cur in hoc lapide M. *Aurelij Alexandri* nomina expuncta ſint mirari ſubij, nec cauſam compertã habeo, cum adeo gratus fuerit, vt *patris patriæ nomen, ius conſulare, & trib. pot. & ius quintæ relationis vno die Senatus offerret, cunctaque primus inſignia ſimul acceperit*. Sed aberrat *Lampridius*, cum et *Pertinax* ſimul acceperit. Eo interempto nil *populus Rom. ſenatuſque omnis cum prouincialibus cunctis neque triſtius vnquam, neque aſperius acceperunt*. A militibus *ita dilectus vt fratrem, filium, vt patrem dicerent*, & auctores cædis, qui ex ipſis erant, trucidarent. Cenſueram *Heliogabalo conſobrino* curante iſta abraſa, cui & ante, *quod impudicus non eſſet, omnia ſuprema machinatus fuit, tituloſque luto conſpergi, & Cæſaris nomen abrogari milites iuſſerat*. ſed
B impedit TRIB. POT. & COS. nomina, quæ poſt mortem *Heliogabali* Senatus in ipſum contulit.

TRI. PO. II) A. C. ccxxv. *Maximo & Aeliano Coss.*

COL. AVG. PANHORM) *Panormus* quando *coloniã* acceperit, etſi nemo ſcriptorũ, quos viderim, diſerte memorarit. ex *Strabone* tamen, qui *Auguſti* æuo claruit, & *Tiberij* mortalitatẽ expleuit, cum dicit: Πανόρμος δὲ καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν, *Panormus etiam Romanorum habet coloniam*, ab *Auguſto* ductam aut reductam eruitur. firmant valide *numi & lapides*, vbi COL. AVG. cognominatur, non quidem ea mente, qua vniuerſæ *Impp. coloniæ Auguſtæ* dicuntur, ſed qua nominis conditoris ſymbolum eſt.

173. AVG.) *Auguſtales* fuere *ludi, ſacerdotes, & magiſtratus* in *Auguſti* memoriam introducti. Is rebus in *Sicilia, Græcia, Syria, & Parthia* compoſitis inter varios honores decretos, nihil Dio l. 54. accepit, niſi
C *Fortunæ Reduci aram conſecrari, diemque reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici*. Tac. an. l. 1. *Tribuni plebei petiuere, vt proprio ſumtu ederent ludos, qui de nomine* Auguſti *faſtis additi* Auguſtales *vocarentur. Sed decreta pecunia ex ærario, vtque per circum triumphali veſte vterentur. curru vehi haut permiſſum. mox celebratio annua ad prætorem translata, cui inter ciues & peregrinos iuriſdictio eueniſſet* Sacerdotum vero *Auguſtaliũ collegium* IV. ſummis collegijs *Pontificum, Augurum, VII virorum Epulonum*, & *X virorum* S. F. adiectum. *Auguſtalis Præfectus*, quem *Auguſtus Aegypto* dedit. primus *Cor. Gallus. Ex equeſtre* non *Senatorio* ordine electus, ne ſi violentiores ibi *Senatores*, occaſio rebus nouis foret, et
D *inter alia dominationis arcana, vetitis ſine permiſſu ingredi Senatoribus, aut equitibus Rom*. Tac. l. 11. *Equeſtris ordinis* princeps *dignitas*, parq; *conſulari*. Vlp. ff. de pręf. Aug. *Præfectus Auguſtalis non prius deponit præfecturam & imperium, quod ad ſimilitudinem proconſulis lege facta ſub Auguſto ei datum eſt, quam Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licet in prouinciã venerit*. In libera *Nicopoleos* vrbe honorũ culmen fuit, ita vt ab *Auguſtali* ſuo perinde ac *Alexandria* annos numerarit. *Coloniarum Auguſtalis* frequens in lapidibus, cui primus in *albo* locus, iuſq; *gladij* prat. Alciat. quare *faſcibus* præditus. Petr. *poſtibus triclinij faſces erant*,

cum

cum ſecuribus fixi,qua vnam, cum Lipſio *imam* lego, *partem quaſi emblema nauis æneum finiebat , in qua erat inſcriptum* : GN. POMPEIOTRIMALCHIONI VI VIRO AVGVSTALI CINNAMVS DISPENSATOR. Sine huius ſuffragio nemo in *decurionum collegium*, ipſe quoq; niſi ex *Decurionibus* captus. *Capuæ* : HVIC ORDO DECVRIONVM OB MERITA EIVS HONOREM AVGVSTALITATIS GRATVITO DECREVIT. & FACTVS A DECVRIONIBVS INTER PRIMOS AVGVSTALES . Hinc diſcitur diſcrimen illorum fuiſſe. Quandoq; & *Perpetuus* in antiquis tabulis. Ceterum in diuerſis officijs eius ipſæ recordantur: DECVRIONES AVGVSTALES ET POPVLVS. MAGISTRI AVGVSTALES. AVG.I.D. LEGATO AVGVSTALI PRAEPOSITO CONSVLARI COLONIAE DACICAE SARMATICAE. alibi V. VIR AVGVSTALIS. VI VIR AVGVSTALIS. & AVGVSTALIS PRIMVS OMNIVM HIS HONORIBVS DONATVS. AEDILIS. QVAESTOR & CVR. AVG. E

IVD.) *Iudici*. Ius dixere *Reges*, *Conſules*, *Tribuni militares conſulari poteſtate, & Ædiles curules*, & *Impp*. Dio. *Auguſtus adſumſit xv. Senatores ſortito,cum quibus interdum iudicabat*, & in *noctem vſque*. Suet. Nonnunquam & *Prætorum* iudiciis interueniſſe de *Tiberio* Tac. refert. *Nec patrum cognitionibus ſatiatus iudicijs aſſidebat in cornu tribunalis,ne Prætorem Curuli depelleret*. *Romuli* ſancione ex patribus lecti . lege Gracci ex equitibus, qua accepta dixiſſe ferunt, *ſe funditus neruos ſenatorij ordinis inciſiſſe*. poſt ſubinde variatum. Rep. euerſa tria *Imperia* erant: *cognitio rerum capitalium*, non priuatarum proprie *Iuriſdictio*, & *mixtũ*. Dies quibus iudicare ſeu *fari*, *faſti*, *interciſi* quibus certis horis liceret, *nefaſti* nominati,quibus prohibitum. Publice iudicanti *gladius*, priuatim *haſta Prætoris*. *Iudices quæſtionum* Aſcon *principes quæſtionum*. diuerſos a *Prætoribus* Sigonius docet, dum contrariæ ſectæ aſſeclas reuellit. idem fere ac *vicem prætoris*,ſeu *quæſtitoris gerentes*, *ædilitiorum* munus fuit & *ad Præturam gradus*. Suet. *Cæſar poſt ædilitatem factus Iudex quæſtionum*. Lapis : C. OCTAVIVS. C.F.C.N.C. PR. PATER. AVGVSTI. TR. MIL. BISQ. AED. PL. CVM.C.TORONIO.IVDEX.QVAESTIONVM. PR. PRO.COS. IMPERATOR. APPELLATVS EX. PROVINCIA MACEDONIA . In LL. *maiores* , apud Vop. *magni Iudices*. *maiores magiſtratus* vocantur: *permiſit patribus, vt ex magnorum iudicum appellationibus cognoſcerent*. *Publicarum rerum* ex *ſelectis* erant. *Selecti* dicti, quod ex ordine, penes quem iudicia eſſent, excepti. In *decurias*, quas *prætores* confecerant, diuidebantur, quæ cum tres eſſent, *Auguſtus quartam* Suet. *Claudius quintam adiecit*. *Decuria* autem non *decadem*, cum minimum *millium* eſſet ; nec *ordinem* , ſed *album* notabat. Renouabantur annui ab *Impp*. ætate xxxv. an. *Subſellijs* diſtincti , hinc *infimi ſubſellij iudex*, ſeu *pedaneus*. *Iudices priuati* hoc ordine lecti: *Prætor* aut *Iudex quæſtionum* ex vrna *Iudicũ* de *ſenatorum decuria* annua conſcriptorum debitum numerum educebat, et tunc *mittere*, vel *dimittere Iudices* dicuntur , cum in vrnas ſuffragia conijcienda ipſi dimittuntur. in vicem vero reiectorum *inimicorum* , & *incommodorum* alios *ſubſortiebantur*. *Rerum priuatarum* & *Receptores* , ac *centumuiri* , qui ex cv. conſtabant. Porro de *capite* iudicaturi *velum* ſententijs concipiendis

obdu-

A *obducebant*. Qui mos & adhuc alicubi in *Germania* viget. hoc modo *Lyſias Procos*. in actis *Martyrum* apud *Baronium* iudicatus. Clem.l.2. Apoſt. conſt.c.56.Iudex *interrogat reos an illa, ita ſe habeant quibus affirmantibus, non continuo eos ad ſupplicia mittunt, ſed per plures dies quæſtiones exercent cum multo iudicio, & velo intecto*. Hon. & Theod.l.pen. C. de naufr. *de ſubmerſis nauibus decernimus, vt leuato velo iſtæ cauſæ cognoſcantur*. l.1.C.Th.de off. rect. prou. *non ſit venale iudicis velum, non ingreſſus redemptio. Leuato velo iudicare* Accurſio & Alciato *ſummatim*, Lipſio *palam iudicare* eſt. *Seuerum* AVG. & IVDICEM *Siciliæ* fuiſſe *Auguſtæ Hiſtoriæ conditores*, qui nobis conſpecti, tacuere.

XII. Legatus. Principales. Multa. Honorius. de literis obſeruatio. Cur. Kal. Portenſis. Munerarius. Theatrum. ornatus area. cauea in theatris. miſsiones. Impp. omnia ſacra. Biga. Diſtincta in theatris loca. Hic requieſcit formula.

B

174. LEG.) Legati *nuncij pacis, ac belli curatores, interpretes bellici cõſilij auctores, miniſtri muneris prouincialis*. Cic. in Vatin. *Poteſtatẽ Imperatoris & venerationẽ Sacerdotis* habuiſſe. Dion.l.11. auctor eſt. Conceſſi *Præſidibus* aut *a ſenatu*, aut *ſenatus indultu*, & vtplurimum *pater filiũ, frater fratrẽ* ſibi *legabat*. ſic *Gordianus nobiliſſimus vir proconſ. cum filio conſulari Legato*. Capit. *Fiduciariam operam* præſtabant, *priuatas* cauſas & ad præſcriptum *proconſulis*, nec niſi nominatim quæſtionum cognitionem exercebant. Carpenti ſubuectionem a *Seuero* habuerunt; huic enim cum *quidam ſuorũ Leptitanus præcedentibus faſcibus, & antiquũ contubernalẽ ipſe plebeius cõplexus eſſet, fuſtibus eum ſub elogio eiuſdẽ præconis* C *cecidit, Legatũ P. R. homo plebeius temere amplecti noli. Ex quo factũ eſt, vt in vehiculo etiã Legati ſederent, qui ante pedibus ambulabant*. Spart. Alexander *iuſſit vt ante tribunũ quatuor milites ambularent, ante ducẽ ſex, ante legatũ decẽ*. Lamp. Originem trahunt a *Legatis militaribus*, qui tam *ſingulis legionibus* præfuere, quam *pluribus*, etiam vnus *toti exercitui*, nonnulli & *cohortibus* tantum, & *imperfectis legionibus*. Numerus eorum pro prouinciæ, belliq; ratione mutatus. *Cicero in Cilicia IV. habuit, Quintus Fr. tres*, qui minimus. *Pompeio* bello piratico XV. dati. Cic.4. Att. e. 1. qui XV. *cum poſtularet me* (Cic.) *principẽ nominauit*. Et quamuis principem ab *Imperatore* locum gerebat, non tamen eo, quo *quæſtor* in caſtris iure erat; cum hic poteſtatem *in comitijs*, ille quam *Imperator* decreuit, accepit. ille apud *Imp. filij loco*, hic *aſſeclæ*.

D PRINCIPALES.) *Decuriones* erant, qui alijs decurionibus antiſtabant. Hinc paſſim in libris Iuris *Maiores Decuriones*, *Primi*, item *primarij Curiarũ, & Seniores principales ſingularum vrbium*. Conſt.l.40.C.Th. de hæredic. appellantur. *Principales* autem dicti, *quod Magiſtratibus præſint*. Inter alia, vt notat Firmicus, *publicis rationibus præpoſiti, & horreis prouinciæ*. l.33. de ſuſc. præp. & arc. Nonnunquam & pro *Curiali* accipi in legibus docemur. 175... RER...) repono *Cereri*.

EX MVLTIS.) Multa *vocabulum Sabinum eſt, eratque in ouibus, & bubus*.

bubus.Gel.l.2. *Suprema erat duarum ouium, & triginta boum, bos autem* E
exiſtimabatur centuſſibus, & ouis decuſſibus. Maxima ergo cccxx.*aſſium*. Eius animaduerſio *Prætori* incumbebat, vt hic videmus, & *Quæſtori*. antiquus lapis. QVAISTORES AIRE MOLTADICOD DEDERVNT. Eæ *Cereri* ſacræ fuere. Dion.l.6. *neque tribunum quaſi priuatum quicquã facere cogito, neue virgis cædito, neue cædi iubeto, neque occidi iubeto, qui aduerſus ea fecerit, ſacer eſto, bonaque eius Cereri ſacra ſunto, eumque occidere ius faſque eſto*. Statuæ et exinde dedicabantur. Liu. l.34.*ex argẽto multatitio tria ſigna ænea*Cereri,Liberoq;& Liberę *poſuerũt*.

176. HONORIO). *Theodoſij & Thermantiæ* F. vxor *Maria Stiliconis* tutoris F. heres *Occidentis*, at *Fl. Arcadius Vandalus* Fr. *Orientis* relictus. Deceſſit *Romæ* ſine prole an. principatus xxxi.

Ex *numis, & lapidibus* obſeruamus; vt rerum humanarum, ſic & *li-* F
terarum viciſſitudines, variaſq; periodos extitiſſe. Seniori enim ante *Cæſarem* ætatę *informes* eas figurabant, ab *Octauiani* æuo *ad Antonianos* pulcre *quadratas, riteque dimenſas* communiter effigiabant. Quas tamen in his *Antonianis Ponormi* modo ſcitè, modo rudiores ſculptas vidimus, ita vt & *marmorarijs* hoc tribuendum, quos modo ad eruditos literarum ductus, modo ad incultiores inſtitutos arbitror. Senſim deinde *Romana* potentia declinante, & literatum rectitudine ſimili fato imminuta, detortas, & obliquiores ſucceſſere. vltimo *Gothi* ineptos characteres a ſuis ſimillimis barbaris gentibus petitos, introduxere; donec tandem proauorum noſtrorum memoria, cum literis, & eius priſca ſpecies elegantiaque redierit.

179. CVR.KAL.PORTENSIS.) *Kalendarium* erat, vbi accepti & ex- G
penſi rationes fœneratores notabant. Sen.l.3.c.10.de ben.*quid fænus & Kalendariũ, & vſura niſi humanæ cupiditatis extra naturã quæſita nomina*? appellatio inde, quod ſingulis Kal. ſolueretur, et ijs *Collybiſtæ pecunias fænori exponentes in foro haberent*. Hel.Acron. Quandoque tamen & *Iduum* moram largiebantur. Hinc forte in lapidibus COLLEGIA KALENDARIORVM ET IDVARIA. DVO. Nec tantum ciuitatum *Cur. Kal.* erant, quos ab Impp. dari ſolitos legimus. CVR. KAL. FABRATERNORVM, NOVOR.AMERINORVM, CVRAT. KAL. NOLANOR. DATO AB IMP. ANTONINO. R. P. ÆCLANENSIVM. ELECTO.A.DIVO.PIO. HONORATO. AD. CVRAM. CALENDARI REIP. CANVSINORVM. A. DIVO. TRAIANO. PROC. AVG. PER BAETIC. AD KAL. VEGET. Sed & *priuatorum,* H
& rei ſingularis. CVRATORI. KALENDAR. PECVNIAE. VALENTINI. N. H. S. DC. *Curatorem* vero *Portenſis Kal.* cuius in omni antiquitate non amplius mentio fit, eum arbitror, qui *Kalendaria* curabat, in quæ *aera*, ſeu multam, *quam portitores, aut ſcripturarij imponerent*. Lipſ. *æs defraudaſſe cauponẽ, cauponã luto obleuiſſe, tum portitores æra indixe.* pro *indixiſſe*. Var.apud Non. in lapide MENSORES PORTVENSES, & Arc. & Hon. C. Th. de patro. horr. portuen. *ne vltra tempus conſtitutum quiſpiam ſibi adminiſtrationem horreorum Portuẽſium*

vſurpet,

A *vſurpet, niſi prioris anni ratiocinio ante deducto in alium annum quaſi fidelis iam & idoneus ſubrogetur.*

MVNERARIO) Iudicrum *gladiatorum* proprie *Munus* dicitur, quia *officiũ mortuis hoc ſpectaculo facere veteres arbitrabantur, poſteaquã illud humaniori atrocitate temperarunt. Nam olim quoniã animas defunctorũ humano ſanguine propitiari creditũ erat, captiuos, vel malo ingenio ſeruos mercati, in exequijs immolabãt, poſtea placuit impietatẽ voluptate adumbrare. Itaque quos parauerant armis, quibus tunc & qualiter poterant, eruditos tantũ, vt occidi diſcerẽt, mox edicto die inferiarũ apud tumulos erogabant, ita mortẽ homicidij conſolabantur.* Tert. *Munerarius* vero is, qui ederet. Nominis origo ab *Auguſto* eſt. Quint. *quædã in vſu perquã recentia, vt Meſſala primus reatũ, muneraria Auguſtus dixerunt.* ante communi alijs
B ludis nomine *Domini ludorũ, & Editores* appellabantur. *Primũ Romæ datũ eſt in foro Boario App. Claudio, Q. Fuluio Coſ. dederunt M. & D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando.* Val. Max. l. 2. c. 4. Inſtitutũ Cic. ſcribit, vt ad cædem, & dimicationem iuuentus ſpectaculo aſſuefacta in bello nõ expaueſceret. Dicti, & *buſticarij*, a buſti cineribus, & apud Suet. *conſummati gladiatores*, & *rudiarij*, quod dimittendi rude, id eſt, baculo, quo præludebant, donarentur. *Cubicularij gladiatores*, qui in conuiuijs exhibebantur. *Claudius* ex *arbitrarijs ludis funebres* inſtituit ab *Ædilibus gladiatores* edendos. *Nero* cccc. *Senatores*, ↄↄc. *equites* ad id miniſterij præbuit. *Domitianus*, I. Cæſ. Scaligero *alterũ orbis monſtrũ*, & *feminarum pugnas dedit noctu*, & interdum *nanos, & feminas inter ſe commiſit.* Xiph. *Feminarum, Senatorumque illuſtriũ plures per arenam fœdati*
C *ſunt.* Tac. Apud Athenæum quidam teſtamento iubet *pulcerrimas mulieres gladiatoriã pugnã edere. Cæſar ædilis* cccxx. paria dedit. Plut. *Traianus ſpectacula centũ, & viginti dies edidit, in quibus feras, cicureſque animantes, interdum mille, interdum ad* x. *M. interfecta ſunt, gladiatorum autem* x. *M. pugnarunt.* Tac. *Otho duo millia gladiatorũ contra Vitelliũ armaret*, quos idem *deforme auxilium*, M. Ant. Imp. *obſequẽtes* dixit. Sumtus ijs cum mire excreuiſſent, edictis coercendi fuere. *Tiberius* cauit ne quis *gladiatorium munus ederet, cui minor quadrigentorum millium res.* Tac. Et numerus minutus. Tac. an. 13. *non referrem rem vulgatiſſimam ſenatus-conſultum, quo ciuitati Syracuſanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur.* Inſanum ludicrum *Conſtantinus* ſuo æuo, & *Theodoricus* funditus ſuſtulit. Aſſerit Clariſſimus virum Lipſius: *nullum bellum tantam cladem, vaſtitiemque generi humano intuliſſe, quam*
D *hos ad voluptatem ludos: mentior*, inquit, *ſi non vnus aliquis menſis Europæ ſtetit vicenis capitum millibus, aut tricenis.*

THEATRI.) dicitur & *Cauea*, & *Arena*, quia deſabulari, & arena ſterni ſolebat. *Vrbana caſtra.* Val. *omnium dæmonum templum.* Pompeio *gradus ſpectaculorũ.* Tert. *Pompeius Magnus ſolo theatro ſuo minor, cum illam arcem omnium turpitudinũ extruxiſſet, veritus quandoq; memoriæ ſuæ cenſoriã animaduerſionem. Veneris ædem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans non Theatrũ, ſed Veneris templum nuncupauit, cui*

Digitized by Google

ſubiecimus, inquit, gradus ſpectaculorum. Theatrum ſemicirculi figura; E
Iſiod. l.18.c.42. *cuius forma primum rotunda erat ſicut & Amphitheatri; poſtea ex medio amphitheatro theatrum. factum eſt.* mox. *idẽ vero theatrũ. idẽ & proſtibulum: eo quod poſt ludos exactos meretrices ibi proſternerẽtur, idem & lupanar vocatum.* Simile *Syracuſis* vidimus. *Theatrum* viuo lapidi inciſum *hemicycli forma. Amphitheatrũ* vero *rotundum* prope paradiſum Hoc *Syracuſis* Amphitheatrum *nobilius Siciliæ* celebratur, a quo primas *Agyrenſe* tenuit. Haut tamen adſeuerauerim perpetuo id diſcrimen a ſcriptoribus vſurpatũ. *Dempſterus Baro a Mureſk, profeſſor Bononię eminẽs* ad Inſtitutiones plane falſi arguit. Fiebat primo ex ceſpite, poſt *e ligno. Ligneum* amphitheatrum *Cæſar* in Campo Martio & *Curio Trib. pl.* extruxit. Tale pulcrum *Vicentiæ* ſpectauimus, *Palladij ciuis* opus. *Lapideum* primum Romæ *amphitheatrum Statilius Taurus* in Campo Martio *Auguſti* ſuaſu A. V. DCCCXXV. ſtruxit & dedicauit. Eo flammis hauſto *Veſpaſianus* nouum ſubſtituit, cuius dedicatione *Titus* C. dies ludos fecit. *ad cuius ſummitatem ægre viſio humana conſcendit.* Amm. *loca octuaginta ſeptem millia capiebat.* Vict. Forma *oualis*, qua non longe abſimilis *Circus*, oblongiori circulo. *Circus Maximus Catanæ* viſitur. Sacra erant *Dianæ* inprimis *Ioui Latiari* ſeu *Diti*, *& Saturno*, quorum ibi aræ extabant. Etiam *ſupplicia* ibi exercita, aſinoq; impoſiti iculariter per ea traducti. qua in re verbum *catamidiari*. Spart. *Hadrianus decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ auctoritatis eſſent, catamidiari in Amphitheatro, & demitti iuſſit.* Oroſ. l.7.c.30. *Iulianus amphitheatrum Hieroſolymis extrui iuſſit, in quo reuerſus a Parthis, epiſcopos, monachos, omneſque eius loci ſanctos beſtijs etiam arte ſeuerioribus obijceret, ſpectaretq; laniandos.* F G
Etiam ibi negotiabantur. Liu. l.24. *Omnes Græcorum conciones in theatro.*

HERBARIARVM) *pro herbarum*. ORIENTALES) *Munerarij* vt ſplendidius de ſpectatoribus mererentur, fuere qui *aream* totam *arboribus veſtirent*, quaſi *ſiluæ faciem, vmbraſque* introducturi. Vop. de *Probi* venatione; genus *ſpectaculi tale fuit: arbores validæ per milites radicitus vulſæ, connexis longe lateque trabibus adfixæ ſunt, terra denique ſuperſecta totus Circus ad ſiluæ conſitus ſpeciẽ, gratiã nobis virorum obtulit.* Ita hic noſter lapis *numeroſis herbis theatrum* conſitum docet, pluraq; alia, ni inuida manus *nobiliſſimum lapidem* nobis diuiſiſſet parte tenebris, vel interitui addicta. *Hadrianus balſamũ & crocũ per gradus fluere* iuſſit, in *Traiani* honorem. *Nero* totum theatrum *auro illeuit* & obtexit, omneq; illatum inſtrumentum, ac *choragiũ*, itemque *vela*, quæ ſuperne contra ſolem obumbrabant, *purpura*, & *aureis ſtellis* interſtinxit. ex quo & *dies* ille *aureus* appellatus. H

INCAVEIS) in antris cum *ferarũ cubilia* eſſent, loca vnde mitti & remitti fera in ſcenam conſueuerant *caueæ* dictæ, *carceres*, item *gradus*. Cic. *Magis delectatur, qui in cauea ſpectat, quam qui in vltima.*

MISSIONIBVS) pro *miſſu* vel *emiſſione ferarum*. Suet. *Domitianus ludis ſecularibus Circenſium die C. miſſus peregit.* Capit. *Pius C. leones vna miſſione edidit. Miſſio* quoq; quando victo ſupplex *gladiator* vita *Imperato-*

A *peratoris* aut *populi* arbitrio donatur. Sic *ſine miſſu gladiatores dare* nil aliud quam morti deſtinare, vnde nec ſupplices preces eximebāt. Apul. *Graſſare fortiter, & occide moriturus: hodierna pugna non habet miſſionem.* venuſte Seneca: *Quid porro prodeſt paucos annos vel dies lucrifacere? ſine miſſione naſcimur.* ..ENTIA SACRA) *Sententia ſacra* collegij *pontificum*, aut *Impp.* horum quippe omnia ſacra dicebantur: vt *ſacra cognitio, largitio, ſacrū ſcriniū, ſacra reſcripta, ſacri affatus*, quos Leo C. de diu. reſcript. præcipit *non alio vultu penitus, aut colore, niſi purpurea tantūmodo inſcriptione Inſtrentur: ſcilicet, vt cocti muricis, & triti conchylij ardore ſignentur.* Is color ibi *ſacri encauſti confectio* dicitur. Alijs ea vti *præſcriptione omniū bonorū, & capitali pœna* interdictum. Hinc & ſubſcribentes M. D. *manu diuina* notabant. Ex literis ſuperſtitibus LIANI.

B *Aurelianus*, aut *Æmilianus*, aut *Iulianus* reſultat.

VOLVPTATES HONESTE EXHIBITAS) cum omne turpe in *theatra* admitteretur, Varro *obſcænum a ſcena* deducit, *quod niſi in ſcena palam dici non debet.* D. Hier. in Hilarione: *non circi ſudoribus, non arenæ ſanguine, non theatri luxuria delectabatur.* Antiquitas ergo vt has ſcenicas voluptatus temperaret *Voluptatū tribunū.* Caſſ. *præpoſitum.* Firmic. l. 3. c. 10. *Arbitrum voluptatum.* Pet. adinuenit. Innuit hanc voluptatum petulantiam hic lapis, cum *Voluptates honeſte exhibitas* ſcribit.

BIGAS) *Bigæ* ſtatuæ *benemeritorum* erant, & eorum qui *ludos* edidiſſent, aut *bigis*, vti *quadrigæ* qui *quadrigis*, palmam deportaſſent. antiquis tabulis teſtibus. Suet. in Ti. *Vix vnius bigæ adiectione honorari paſſus eſt.* Eas *Populus* poſtulauit, *Ordo* decreuit. HVIC CVM ET POPVLVS IN SPECTACVLIS ADSIDVE BIGAS STATVI POSTVLASSET. ET SPENDIDISSIM. ORDO MERITO DECREVISS. PRO INSITA MODESTIA SVA VNIVS BIGAE HONORE CONTENT. ALTERIVS SVMPTVS REMISIT. Eius dedicatione *numi*, & *munus* datum: DIVISIT OB DEDICATIONEM BIGAE DECVRION SINGVL. X: V COLLEGIS OMNIBVS VIII PLEBEI ET HONORE VSIS. XIII. & CITRA VLLIVS POSTVLATIONE. CVM A MVNICIPIBVS SVIS OBLATVM EX ARGENTI LIBRIS DXVII. LIBRIS ∞ ADIECTIS AMPLIVS VIRITIM. POPVLO X. SING. DISTRIBVTIS DEDICARI CVRAVIT & DEDICATIONE BIGAE GLADIATORVM PARIA XXX EDIDIT. Quandoque etiam cum *Imp.* effigie. *Beneuenti* HIC OPVS QVADRIGAE CVM EFFIGIE IMP. HADRIANI AVG. Tanti vero momenti fuit *Bigis* ſeu *quadrigis* viciſſe vt & *numiſmata ſignare*, victoriæq; inſignia inſculpere liceret. *Anaxilas Rheginorum Tyrannus* curſu victor bigas *mularum* numis inſcripſit, & obuerſæ faciei *leporem*, quod eum primus in *Siciliam* intulerat. *Quadrigis* etiam in *patriam* vehi ſoliti. Vit. præf. l. 9. *nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorū maiores ita magnos honores conſtituerunt, vti non modo ſtantes cum palma, & corona ferant laudes, ſed et cum reuertantur in ſuas ciuitates, cum victoria triūphantes quadrigis in mœnia & in patrias inuehantur, è*

Req; publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur. Numi *argenti* E
fuere bigæ, atque quadrigæ, & inde bigati quadrigatique dicti Plin.33.c.3.
Præſtans curioſa manu *Bigæ* opuſculum cum *Victoriola* in Cameo ipſe
poſſideo, quam gemmam cum *Natura* coloribus variarit, vbi ea albicat
ſculptor laborauit ſubdito colore pro fundamento relicto. Eruta fuit
Catanæ, in loco vbi *Cereris fanum* fuiſſe ſupra monſtraui, ibiq; muneri
data. Bigas *bigarius* regebat FLORVS EGO HIC IACEO BIGARIVS INFANS QVI CITO DVM CVPIO CVRRVS CITO DECIDI AD VMBRAS.

CENTVRIATIM.) *per centurias.* Erant hæ in ferendis ſuffragijs *Ordines*, qui Romæ duplices *Seniores & Iuniores.*

EQVESTRIBVS) In theatris cum promiſcue ſedere deſijſſent, *Equeſtria* loca erant; vbi *Equites. Orcheſtra*, vbi *Senatus*, qui quo arenæ F
vicinior *ima*, Suet. in Aug.c.44. *primum ſubſelliorum ordinē* occupabat. *Popularia*; vbi *populus Suggeſtum*, ſeu *Cubiculum*, *vel Pegma*, vbi *princeps* ſpectabat. Suet. in Cæ. *Statuā inter Reges, Suggeſtum in Orcheſtra recepit.* vbi ſenum conſeſſus *Buleuticum*, vbi *iuuenum Ephebicum* dixere. Hic EQVESTRIBVS *ſtatuas Equeſtres* intellexerim, quibus *Bigas* ornare conſueuiſſe ex lap. diſcimus: BIGAM PLACVIT EQVESTRI STATVA DECRETO ORDINIS ORNARI. Statuebantur hæ non niſi ingentium meritorum cauſſa. Paterc.l.2.c.61. *Honor* eius ſtatuæ *non alij per trecentos annos, quam L. Sullæ, & Cn. Pompeio, & C. Cæſari contigerat.* Etiam ad *feminas* tranſijt. Plin.34.c.6. *Clœliæ enim ſtatua eſt equeſtris, ceu parum eſſet, toga eam cingi: cum nec Lucretiæ, nec Bruto, qui expulerant reges, propter quos Clœlia inter obſides fuerat, decernerentur.*

180. REQVIESCIT IN PACE) ΚΕΙΤΕ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ. REQVIESCIT G
IN PACE DOMINI. IN SOMNO PACIS. IN REFRIGERIO ET IN PACE. IN SOMNVM PACIS. IN SPE RESVRRECTIONIS. FIDELITER PAVSANTI. DORMIT IN PACE. REQVIEM ACCEPIT IN DEO PATRE NOSTRO ET CHRISTO EIVS. PACE FRVOR PLACIDA. MIGRAVIT AD DOMINVM. DEPOSITVS IN PACE. EXPOSVIT IN PACE. ACCEPTA PENITENTIA MIGRAVIT. EX HOC TRANSIIT SECVLO. VIXIT IN CORPORE. VIVIT CVM DOMINO. & nude IN PACE. CVM PACE. pluresq; alias in lapidibus formulas obſeruauimus *Chriſtianæ pietatis* teſſeras, quas modo miſſam facimus. PL.M.) plus minus.

CAP. XIII. Termini. Halæſinus fons. Halæſa hoſpitalis. Milichius. Loca Siciliæ excleta. Luci. Alueus. Halæſa. Locus in Cicerone emendatus. Vaſa balnearia. Apollinis cultus in Sicilia. De Sepulcris. Militiæ annus. Triarius. Centurio. H

182. Cum frequens hic ΤΟΥ ΟΡΙΟΥ, & ΤΕΡΜΟΝΟΣ *limitis & termini* mentio, non longum ſit, pauca de ijs proferre. *Limites* aut *Natura* dedit: vt *mare, flumina, montes*; aut hominis induſtria, vt *foſſas, muros,* I
ſaxes luſorias, caſtra, ſtipites, concedes, ſeu ſepimenta ex cæſis arboribus.

Spart.

A Spart. in Had. *In plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modum muralis ſepis funditus iactis, atq; connexis Barbaros ſeparauit.* Limites in agris nunc terminis nunc *viæ tranſuerſæ* Feſto dicũtur. Item *arbores terminales.* Paul. recept. ſent. l. 1. t. 22. & indiſcrete *arbores lapideſq; terminales.* Diuerſi figura fuere: *Orthogoni, Iſopleuri, Tetragoni, Hexagoni, Pyramides, Rombi, Semicirculi, Cultellati, Spatulæ, Triuertini, Arcbifiny, Centuſiati, Syginati, Semitali.* Numa iſtos edocuit. Dion. l. 2. *Cum enim vnumquemque iuſſiſſet agrũ ſuum circumſcribere, ac in finibus ſtatuere lapides, hos ſacros eſſe Ioui Terminali voluit, iuſſitq; vt quotannis ſtato die res diuina in ſolẽni cœtu eo in loco fieret.* Poſt. *Deos putant Terminos, eiſq; ſacra faciunt, non hoſtias cædentes, quod nefas ſit hos cruentari lapides, ſed liba Cerealia, frugumq; afferentes*

B *primitias.* Cultus autem in *Capitolio*, qui *Tarq. Superbo* delubrum *Ioui* ibi ſtruente, ceteris fanis exauguratis cum *Iuuentute* cedere noluit. Scite Aug. 4. de ciu. Dei c. 29. *In Orientalibus partibus Hadriani voluntate mutati ſunt termini Imperij Rom. ille namq; tres prouincias nobiles Armeniã, Meſopotamiã, Aſſyriam Perſarum conceſſit imperio, vt deus ille Terminus, qui Rom. terminos, ſecundum iſtos tuebatur, & per illud pulcerrimum auſpicium loco non ceſſerat Ioui, plus Hadrianum regẽ hominum, quam regẽ deorũ timuiſſe videatur.* Feſt. *Terminus quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, quod nefas eſſe putarent Terminum intra tectum conſiſtere.* Eos vngebant. Apul. Neq. *iuſtius religioſam morã viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel etiã colliculus ſepimine conſecra-*

C *tus, vel truncus libamine humigatus, vel lapis vnguine delibatus.* Flacco narrante ſic litabant: lapides *vnguento vel oleo liniebant, & coronis eos coronabant; in foſſis autẽ quibus poſituri eos erant ſacrificio facto, hoſtiaq; immolata cæſa, facibus ardentibus in foſſa coopertis, ſanguinẽ inſtillabant; eoq; thura & fruges iactabant, fauos quoque & vinum, aliaque, quibus conſuetudo eſt Terminis ſacrum fieri, in foſſam deijciebant, conſumptiſq; omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapidẽ collocabant; atq; ita diligenti cura confirmabant, adiectis etiã quibuſdã ſaxorũ fragminibus circumcalcabant, quo firmius ſtarent. Tale ergo ſacrificium domini, inter quos fines dirimebantur, faciebant.* Limitum vetuſtatem in columnis *Herculis* ad *fretum Gaditanum* & Strab. l. 3. monſtrat: *columnæ propriæ ſic dictæ, quæ ſint terminus orbis terrarum, & expeditionis Herculeæ meta, illud ſane ra-*

D *tione haut caret, quippe vetuſti fuit moris huiuſmodi ponere limites, veluti Rhegini columnæ loco ad Fretum poſuere turriculã, cui oppoſita eſt turris, quæ vocatur Peloris.* Hos qui effodiunt, ſi ſerui *in metallum damnantur, humiliores in opus pub. honeſtiores in inſulã amiſſa tertia parte bonorum relegantur.* Paul. recept. ſent. lib. 5. t. 22. & l. 1. t. 18. *extra ordinẽ animaduertitur.* Lege XII. tab. Numæ: *quei terminũ exaraſſit, ipſus, & bouis ſacrei ſunto.* L. Mamilia, Fabia & aliorum, D.M.SS.V.M.N. *dolo malo ſeſtertium quinque M. multatur numum.* Pap. reſp. de ter. transg. *conuictus eodem loco, vbi teſtimonia fuerint, vitæ terminum ſub incendio ſortiatur.*

IHYP-

ΙΠΙΥΡΡΑ) Sol.l.11. *In Haleſinæ regione fons alias quietus & tranquillus cum ſiletur, ſi inſonent tibiæ, ad cantus eleuatur; & quaſi miretur dulcedinē vocis vltra margines intumeſcit.* ſubdubitat Cluuerius num is ſit *Hipyrra.* E

ΑΠΟ ΤΑΣ ΟΔΟΥΤΑΣ ΞΕΝΙΔΟΣ) *a via Hoſpitali.* Ξένιον δία *Hoſpitalē Iouē* (male Hier. in Eus. vertit *Iouē Peregrinum*) dixere, cum *Lycaonē Arcadiæ regē* hoſpitibus humanas epulas apponere ſolitum in lupū vertiſſet. Ser. Cognomen viæ num ab *hoſpitalitate*, quam *Halæſa* in viatores ibi exercebat? Officioſam fuiſſe Cic. 2. Ver. teſtis eſt: *In Sicilia ciuitates multæ ſunt, Iudices, ornatæ atque honeſtæ: ex quibus inprimis numeranda eſt ciuitas Haleſina. nullam reperietis, aut officijs fideliorē, aut copijs locupletiorem, aut auctoritate grauiorem.*

ΜΕΙΛΙΧΙΕΙΟΝ) Ἀφροδίσιον *Veneris, Æſculapium Æſculapij, Mineruium Mineruæ, Dianium Dianæ,* & hic *Milichieum Milichij* ædes dicuntur. ſed *Bacchi.* Ath.l.3. *Naxijs Bacchus Meilichius appellatur, quod mortalibus ficum dederit. ob eandē rationē apud Naxios Dei Bacchi, quē Dionyſium vocant, e ligno vitis facies eſt, illius vero quem Meilichium nuncupant, e ficu: ficus enim* μειλίχα *Naxij vocant.* Quare hic ſub *Meilichio* malo *Bacchum*, quam *Iouē*. hunc enim non memini hoc vocabulo *Siciliæ* notum. *Iouis Milichij* feſta in *Græcia* extra vrbes immolatis non veris, ſed aſſimilatis victimis celebrarunt. Apud *Myonenſes* in montis vertice lucus & ara *deorum Milichiorum* erat, vbi nocturna ſacrificia eis *offerunt, & carnes ante orientē Solem conſumēdas ibi cēſent.* Pauſ.l.10. Cognominis fons & Plin.l.3.c.8. memoratus: *Colonia Syracuſæ cum fonte Arethuſa, quamquā & Temenitis, & Archidemia, & Magæa, & Cyane, & Milichie fontes in Syracuſano agro potantur.* Is hodie *Piſmotta* nomen habet vicinus *Lyſimeliæ ſtagno*, omnes *Syracuſani* agri, vt refert *Vinc. Mirabella patriæ hiſtoriæ vindex*, ſuauitate bonitateq; excedens. F G

ΤΟ ΥΔΩΡ) *Aqua.* Cum in lapide voces ſine interuallo ſtarent, Υ ad ΤΟ non ad ΔΩΡ pertinere in priore editione creditum eſt. *Gruterus* poſt Δ. interpunxit. Errorem vero primus *Marianus Valguarnera* ingenio imaginibusq; clariſſimus vidit.

ΒΑΛΑΝΕΙΟΥ ΤΟ ΑΠΟΡΡΕΟΝ) *balinei defluuium.* Faz.d.1.l.9.c.4. *poſt arcē Thuſam ad iactum fundæ torrens eiuſdē appellationis ſequitur. quo traiecto ad paſ.D. in litore mira diruti cuiuſdā ædificij veſtigia occurrunt, quæ accolis Balneæ vocantur.* Hæ noſtræ erunt balneæ.

ΤΑΠΑΝΟΝ. ΘΕΜΑΤΕΙΤΙΝ. ΟΠΙΚΑΝΟΝ) quæſiui hæc loca neq; inueni vſquam. Ex illis reor, quæ fortibus geſtis omiſſis materiem ſcribendi ſubduxerint. Plura in *Sicula hiſtoria* loca habemus, quæ vbi conſederint plane ignorantur. cuius generis eſt *ager Sicilienſis Recentoricus*, qui *cum publicus Rom. eſſet a priuato poſſidebatur:* Cic. pro Rul. H

ΣΚΑΝΑΝ) *tentorium temporarium ex frondibus, tabulis, pellibus*, aut ſimili. Hic ſignificabit *tabernam*, quam in antiquis tabulis reperi: HVIVS MONVMENTI IVS QVA MACERIA CLAVSVM EST CVM TABERNA ET CENACVLO HEREDEM NON SEQVETVR NEQ. INTRA MACERIAM HVMARI QVENQVAM LICET. HVIC

MONV-

Digitized by Google

A MONVMENTI TVTELAE AGRI PVRI, ideſt, *in quo nulla ſepulcra iacta*, IVGERA DECEM ET TABERNA QVÆ PROXIME EVM LOCVM EST. ΑΔΡΑΝΙΕΙΟΝ) ideſt, *Hadrani* fanum. Ab inſigni eius æde *Dionyſius opidum Hadranum ad montẽ Ætnã ſtruxit*. Diod.l.14. Huic cIↄ.*canes Moloſſis* pares ſacri erant, ita eruditi vt interdiu ingredientibus ædem blandirentur, noctu exorbitantes in viam reducerent, ac ſacrilegos, impioſq; dilaniarent. Legitur & in Diod. excerp. l.23. *Adrano vicus*, quem Cluuerius *Adragnum* iuxta *Sambucam* opidum arbitratur. *Adranius amnis* Steph. epit. hodie *fiume d'Aderno*.

ΠΕΡΙΣΤΑΣΙΣ ΤΩ ΕΛΑΙΟΚΟΜΙΩ) *circuitus olиueti*. præcipit ne conductor eius *faciat opera coriaria, aut culinaria*. Hoc forſan ob reuerentiam, ne *luci Deo*, aut alicuius manibus *ſæuis ſuperſtitionibus ſacri*. Tac.
B & ideo incædui, arboribus amputatis luce impleantur, ſordidiſq; miniſterijs profanentur. Plin.12.c.1. arbores *fuere numinum tẽpla, priſcoque ritu ſimplicia rura etiã nunc deo præcellentẽ arborẽ dicant. Nec magis auro fulgentia atq; ebore ſimulacra, quã lucos, & in ijs ſilentia ipſa adoramus*. Aut forte rectius, ne a *coriarijs* excitatus fœtor ad omne potens malum arbores exſiccet, eneruetque, & a cocis arbores cædantur.

ΑΣΠΙΔΑ) *Aſpis* hic non ſerpens, quæ *coniuga ferme vagatur: nec niſi cũ cõpare vita eſt: itaq; alterutra interemta incredibilis alteri vltionis cura*. Plin.8.c.23. Sed locum ſignificat, huic tantũ, vt puto, tabulæ memoratũ.

ΠΙΑΛΟΥΣ) πύελος Latine *alueus* & *ſolium*. Lamp. in Alex. *nemus thermarum ſuarum Oceani ſoliũ primus inter principes appellauit*. Opinor per ΠΙΑΛΟΥΣ hic *abena* illa caua lapide exciſa notari, quæ & *miliaria*, *cucuma*, & a gloſſa *ſcutra* appellantur. eo prope modo, quo hodie *Saccæ Thermæ* viſuntur, & pura puta tantum lauacra fuiſſe, ſine vllis ornamentis
C *xyſtis*, *ſtadio*, *theatridio* ſeu minuſculo theatro, *ſacello*. His enim veteres *balneæ* ſuperbiebant. Hinc non mirum, ſi Ammianus *lauacra in modum prouinciarum*, & Caſſ. *mirabilẽ magnitudinẽ thermarum* referat. *Antonianas thermas* cIↄ Iↄc ſellas *marmoreas*, & *Diocletiani* bis tantũ circiter habuiſſe ferũt. Ait Blond Flauius Forliu. *nec quatuor maxima Italiæ palatia ſimul iuncta poſſe illas vnas Diocletiani adæquare*. Has And. *Baccius* perfecti *ædificij ſpecimen* cẽſuit, ex lege Vitruuij *hominis bene figurati mẽbris* reſpondens. in his enim *theatrum* vbi veſtibulum *caput*, *apodyterium pectus*, *hypocauſtum ſtomachus*, *vmbilicus regia baſilica*, *vẽter natatio*, membra vtrinq; *brachiorum & femorum* inſtar *atria*, *paleſtræ*, *porticus*, *diætæ*.

D ΑΛΑΙΣΟΝ) varie auctores, vel certius eius exſcriptores notarunt. Nos ex *ſaxis* vetuſtioribus indicibus, puta ex 283. Lat. cum *aſpiratione*, ac 298. cum AI, vel AE ſcribendũ eſſe tuemur. Flumẽ hoc Fazellus id ratus eſt, quod *Pittinei* vocabulo eſt, *Halæſæ* vero opidũ *Caroniã*, XII. a *Tuſa* lapide diſtantem. Populare eſt, tonſoribus lippiſq; notũ, pleroſq; fluuios vicinis locis nomen indidiſſe. Steph. epit. *Acragantes vrbes ſunt quinq; quarũ vna Siciliæ a flumine præterlabente dicta. Ait quippe Duris pleraſque Sicularum vrbes ab amnibus nomen accepiſſe: Syracuſas ſcilicet, Gelam, Himerã, Selinuntẽ, Phænicuntẽ, Erycẽ, Camycum, Halycum, Thermum, & Camarinam*.

Digitized by Google

marinam. Ecquid ergo *diligentiſſimum Siciliæ ſcriptorē* compulit,vt facto E vrbis & fluuij diuortio, *flumen* huc, *vrbē* cognominem alio vltra *Saranallis*, & *Caroniæ* amnes relegarit? poſtliminio itaq; vrbem antiquis ſuis ſedibus, quæ circa *D. Mariã de Palutio* fuere, reſtituamus. Ibi enim hæc tabula eruta, quæ pluries *Halæſum amnē*, eiuſq; contermina nominat; Halæſæq; ſi tum fuit, eam proſtetiſſe ſtatuendum. Lubenter autem ambigeré num tum vrbs ceperit. Scriptus forte lapis cum a Diuiſoribus ager diſtribueretur. Ibidem & aliæ aræ repertæ, in quarũ vna nobis perſpicue Ο ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ *populus Halæſinorum*, & ΛΑΠΙΡΩΝΑ lectus, vnde & robur eſt noſtrę opinioni. Cum enim *Lapiron Halæſam* patriã incoluerit, non obijci locus eſt, aliam ibi fuiſſe vrbem, quod nec Geographorum cenſuit quiſpiam, in qua ipſi incolæ, a ſuis municipibus ſtatuæ honor delatus ſit. Præterea innumeræ vetuſtatis reliquiæ inibi nobis F conſpectæ, continuoq; petræ perſcriptæ effodiuntur, quas ni *imperita plebs* ſpreta antiquitatis contemplatione abijcere, deſtruere, inq; viliſſima quæq; damnare vſurpaſſet, plura de rebus vrbis edocti fuiſſemus. Extructa ea fuit, vt Diod. l. 14 an. 11. Olymp. XCIV. ante C. N. CCCCIIII. ab *Archonide Herbitenſium* præfecto, poſt pacem cum *Dionyſio* initam, in *colle VIII. ſtadijs a mari* ſito. Strabo eam, vt & *Mylas*, *Tyndaridē*, *Agathyrſum* & *Cephalœdium* πολίχνια *opidula* vocat, at Cic. fam. l. 13. ep. 32. nobilem: *In Aleſina ciuitate tam lauta, quam nobili coniunctiſſimos habeo & hoſpitio & familiaritate M. & C. Clodios, Archagatum & Philonem*.

ΧΑΛΚΙΑ) *vaſa anea*, quibus aqua calefit. quorũ icon in *Mercuriali* de re gymn. l. 1. c. 10. Poll. inter *vaſa balnearia*. Lucan. Οἴκους *oecos*, Plin. *cellas*, Curt. *ædes* vocat, quas Vitruuius triplici ordine definit. Superior eſt G *Calidaria* ſeu *Laconicũ*, *ſudatorium*. Sen *ſphæriſterium*. Suet. πυριατήριον Dion. Media *caldaria* ſeu *tepidarium*, *piſcina* & *baptiſterium* dicitur, vbi *ſolium* & *labrum* erat vt ſedentes lauarentur. Infima *frigidaria*, λουτρὸν, quæ ſolio quoq; inſtructa. Gal. quartam addit *vnctorium* ſeu ἀλειπτήριον, vbi loti vngebãtur. Quatuor & *Hadrianus* Imp. in dial. cũ Epict. numerat. I. *tepidaria vnctuaria*. II. *ſudatoria* III. *aſſa* (& Ciceroni ad Q. fr. l. 3. ep. 1. memorata, quam gloſſæ eandem cum *ſudatoria* faciunt.) IV. *Frigidaria*.

ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ) *templum Apollinis*. Diod. l. 14. *Hodieq; inter has duas vrbes* Halæſam & Herbitam *familiarum gentiumq; conſanguinitates permanent: & in Apollinis fano iſdē vtrinq; ritibus ſacra peragunt*. Mire *Apollinē* in Sicilia cultum cognouimus. Gelenſes ſtatua miræ magnitudinis honorarũt, *hanc abreptã Tyrum Poeni miſerunt. Gelenſes autē ipſius dei oraculo quondã dedicarunt. Sed Tyrij aliquanto tēpore* H *poſt, quum ab Alexandro Macedone obſidione premerentur, contumelia ſimulacrum adfecerent, quaſi pro hoſtibus pugnaret. Poſtquã vero Alexander vrbē cepit, eiuſdē nominis die, eademq; hora, vt Timæus auctor eſt, qua Carthagienſes ſacrilegiũ in Apollinē apud Gelã cõmiſerant, accidit vt magnifico ſacrorum munerumq; apparatu deo Græci litarent, cuius ſcilicet beneficio vrbē expugnaſſent*. Diod. Syracuſis *Daphnidis* & *Themĕitis* vocabulo adorabatur. Suet. in Ti. c. 74. *ſupremo natali ſuo Apollinē Temenitē, & amplitu-*

dinis

Digitized by Google

A dinis & artis eximiæ aduectū Syracuſis, vt in bibliotheca noui templi poneretur, viderat per quietē affirmantē ſibi non poſſe ſe ab illo dedicari. Eius ædes & in *Neapoli*. quę hinc ante *Temenites* dicta. Ad *Tauromeniū*, vt Fazellus, citra *Aſinaris* læuā *ripam*, atq; veterē *Naxum*, vt perite Cluuerius, *Apollinis* Ἀρχηγέτε h.e. *Ducis parua ſtatua & ara*. App. *Græcorū primi Chalcidenſes ex Eubæa claſſe profecti cum Theocle coloniæ ductore Naxū condiderunt, & arā Apollinis Ducis, quæ nunc extra vrbē viſitur, extruxere: vbi quoties e Sicilia ſoluunt oraculū petituri primū conſulunt.* Thuc. l. 7. Nomē inde manauit, quia coloniæ *Naxum* ducendæ *Theocli* dux & ſuaſor extiterat. *Apollinis Libyſtini* fanum, Cluuerio iudice, fuit, vbi *Spaccafurnus* oppidum Marchionis D. *Fran. Statellæ* habetur. Mac. ſat. l. c. 27. *Apollinē, id eſt, Solem, modo ſoſpitatorē, modo peſtē ſignificantibus cognominibus adoB ramus: quū tamen peſtis, quæ ab eo noxijs immittitur, aperte hunc deum bonis propugnare ſignificet. hinc eſt, quod apud Pachynū Siciliæ promontoriū Apollo Libyſtinus eximia religione colebatur. Nam cum Libyci inuaſuri Siciliā claſſem appuliſſent ad id promontoriū: Apollo qui ibi colitur inuocatus ab incolis, immiſſa hoſtibus peſte, & pene cunctis ſubita morte interceptis, Libyſtinus cognominatus eſt.* Eod. cap. *Apud Naxios* ποιμνίε *Paſtoris* vocabulo ædem habuit. In ſaxis his titulis celebris: APOLLINI BELENO AVG. DEO SANCTO PACIFERO. GRANNO. INVICTO. PRAESTANTI. SIANNO. DEFENSORI. TVTELARI MENSIS MAI. In ſcriptoribus inter alia *Fatidicus, Vates, Augur, Sortilegus, Cortini potens* appellatur, quod *oraculis* & ſortibus præſit.

ΜΑΓΕΙΡΙΚΟΝ) arbitror hic ſumi pro *vſtrina* vbi *cineres*, ſeu *culina* C vbi *epulæ in funere cōburuntur*. Feſt. *Culinæ* Agg. Vrbico *in ſuburbijs loca publica inopū deſtinata funeribus*. vnde *Inquilini*. Var. l. 4. *Dictæ & Puticuli, quod putreſcebant ibi cadauera proiecta*. Lap. HERCVLI SAXANO SACRVM SER. SVLP. TROPHINVS AEDEM ZOTHECAM CVLINAM PECVNIA SVA A SOLO RESTITVIT IDEMQ. DEDICAVIT. In hac peregre ituri *propter viam Herculi Sanco* litabant. Ibi omne ex polluta dape reliquum igni adiudicabatur.

183. SEVIVI) paria ſunt SEVIBVS. SEVIVVS. SEVIBOS & SEVIVOS.

INFRONTE) & *a fronte*. Hor. *Mille pedes a fronte, trecentos cippus in agrum*. Frons monumenti eſt, qui *agrum* vel *viam* tangit, vel ei finitimus, quantum nempe *in latitudinē* excedit. hinc INFRO. LATVM. *In agro* vero notat, in quam *longitudinē agri* porrigatur. LOCVM ARÆ D DONAVIT QVÆ COLLIGIT IN SOLO POSITA PEDES. *Frons* itaq; *anterior* tumuli pars, *poſterior Ager*. ideoque & RETRO & A TERGO leges. HABEAT A TERGO ET A LATERE ACCESSVM. & HVIC TITVLO CEDVNT QVOQVOVERSVM PEDES QVADRATI BINI. *Pedum* menſura imis cippis adſignabatur, ne cunctus ager cineribus *ſacer emtuſque* putaretur. *Secundum viā exponebant, quo prætereunteis admoneant, & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortaleis. Ab eo cetera quæ ſcripta ac facta memoriæ cauſa, monimenta dicta.* Varr. Sepulcra autem in *agris, anfractibus viarum*, & *ſuburbijs*. nam *Solon*

N *Athe-*

Digitized by Google

Athenienſibus (apud quos columnæ cum indice ibi conditorum in cāpo proſtabāt Pauſ.)& *leges* X.*virales Romanis* vrbes ijs profanare interdixerant.Intus vero ſepulti,quos *virtus legibus ſoluiſſet*, vt *Fabricius* in foro, *Poplicola*,Q. *Poſthumius Tubero*, *Veſtales*, *Triumphales* & *Impp*.quorum ſolus *Traianus* oſſibus in vrbe relatis humatus eſt. At *Spartanis* in vrbe *ſecus deorum ædes* ſepelire licebat. *Tarentini* Oraculo moniti *ſatius fore ſi cum pluribus habitarent*, intra mænia ſuos exponebant. E.

PEDES) *Territoria in agros, agros in centurias*,has in *iugera,iugera in climata*,hæc *in actus,perticas,paſſus,gradus,cubitus,pedes, palmos, vncias* & *digitos* diuiſerunt. *Pes habet palmas IV.vncias XII digitos XVI.Palmus habet digitos IV.vncias III*.Front. *Pedem Rom.* cum ſuis *digitis*,& *rotundis* & *quadratis* vide apud Grut.p.644.Lege antiqua *rogū buſtumve nouum, propius LX. pedes alienas ædes ne adiicito.* F.

ALIQV AVT BENDANT AVT DONET) *alicui aut vendant,aut donent*.In lap. NE FIDVCIENT NEQ. PIGNERI OBLIGABITVR SED NEC VLLO MODO ALIENABITVR NE DE NOMINE EXEAT FAMILIÆ SVÆ NEQ. VLLI LICEBIT LOCATIONIS CAVSA IN ANNOS QVANDOQ. TRAVENDERE.Cauebant etiā ne corpus ſuperponatur. Multa & ideo ſoluenda *coloniæ*, *ærario* P.R.*collegio* & *arcæ Pontificū*, *Veſtalibus*. Quandoque & bonis priuabantur: EORVM BONA PERTINEBVNT AD REMP. BRVNDVSINORVM. Imo immania quæq; imprecabantur. SI VERO PROIECERIT VEL ARAM ABSTVLERIT VT HABEAT SACRA ISIDIS ILLIVS QVIETA IRATA.MI TEM ISIDEM IRATAM HABEAT. SVORVM OSSA ERVTA ATQ. DISPERSA VIDEAT. MANES IRATOS HABEAT. Alia conditio SEPVLCRO CORPVS PER AEDILES INFERRE LICEAT. G.

LIBERTIS POTERISQ.) Sepulcra alia *Publica*,qui *de publico honoris nomine humabantur*.Sicul. Flac. Alia *Priuata*. Caius l.5.ff. de relig.& ſumt. fun. Familiaria, *quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit*. *Hereditaria autē quæ quis ſibi heredibuſque ſuis conſtituit*. De illis hic agit, *quæ heredē non ſequuntur* veteri formula H.M.H.N.S.*hoc monumentū heredē non ſequi, nec de familia exire* dicebatur. PER GENVS IPSORVM POSSESSIO DECVRRERET VEL PER ATNATOS VEL MANVMISSOS. Cumq; *magnum eſt eadē habere monumenta maiorum, iiſdē vti ſacris, ſepulcra habere cōmunia*. Cic.1.off.ideo & nominatim aliqui excluſi. EXCEPTO HERMETE LIB. QVEM VETO PROPTER DELICTA SVA ADITVM AMBITVM NE VLLVM ACCESSVM HABEAT IN HOC MONVMENTO. H.

ARIOLA) pro *areola*, exili area, planitie illa glabra, vel ſpatio iuxta monumentum, quod *forum*, *ideſt*, *veſtigium* appellatur.

AT MONVMENTVM)pro *ad*. L.42.ff.de rel.& ſum.fun. *Monumentum generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterū prodita: in qua ſi corpus, vel reliquiæ inferuntur, fiet ſepulcrū, ſi vero nihil eorum inferatur erit monumentum,memoriæ cauſa factum, quod Græci κενοτάφιον*. Had.l.37.*Monimentum*

Digitized by Google

A *menum eſt, quod monimenti, ideſt, cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum.* Ser.l.3.Aen. *Apparatus mortuorum funus dici ſolet, extructio lignorum rogus, ſubiectio ignis pyra* (inuertunt Critici *extructio lignorum pyra, ſubiectio ignis rogus*) *crematio cadaueris buſtum, locus vſtrina, operis extructio ſepulcrũ, nomen inſcriptum monumentum.* Deſignabatur a ciuitatum Pontificibus ni hereditarium eſſet. In quo extruendo & modus præſcribebatur. Plato vetabat teſte Cic.2. de LL. *ne ſit ſepulcrũ altius quam quod quinq; homines diebus quinq; abſoluerint: nec e lapide excitari plus nec imponi, quã quod capiat laudẽ mortui inciſam, ne plus quatuor heroïs verſibus, quos Longos appellat Ennius.*

PER. X) *pertica* exponi integrum non eſt, quia præcedit PEDES. *Pertica menſura* fuit *X. pedum*, ſeu *II. paſſuum*, aliter δεκάπους & ἄκαινα
B ſeu *decempeda*, vnde metator *decempedator*, & *finitor*. Forte *permiſſu X virorum agrorum* nempe. Liu. Decreuerunt *vt M. Iunius Prætor vrbanus, ſi ei videretur, X viros agro Samniti Apuloque, quod eius publ. cum populi Rom. eſſet, metiendo diuidendoq; crearet.* Vel *X. primorum*. Græce δεκάπρωτοι ex *Decurionibus* hi lecti, pecunias vectigalium exigebant, qui, ſi morte alicuius fiſcus detrimentum cepiſſet, de ſuo reſarcire debebant. *Agyrenſes V. primos, Maſſilienſes XV. primos* vocabant. Cæſ. l.1. bel. Gal.

184. MIL. ANN. VIIII.) *Anni militiæ vtiles* a XVII. ad XLVI. infra quos xx. ſtipendia facienda erant. Qui tamen ad honores properans ſine interuallo militabat, XXXVII. vitæ anno ea abſoluebat. Et ſic capienda lex Tullia: *Iuniorum ætatẽ annis xxx. definiuit, quos militare coegit.* &
C Veteranus apud Tac.an.1. *Tricena ac ſuper ſtipendia* numerans. Quibus verbis *peritiſſimus rerum Sigonius* xxx annos fruſtra ſuſpicatus. Militiæ quoq; vacationem L. annus tulit. videtur in verbis *Liguſtini* apud. Liu. *Quater infra paucos annos Primum pilum duxi: quater & vicies virtutis cauſa donatus ab Impp. ſum: ſex ciuicas coronas accepi:* XXII. *ſtipendia annua in exercitu emerita habeo: & maior annis ſum quinquaginta.* Legitima itaq; ſtipendia *in Pedite* xx. *in Equite* x. Polyb. *Equites quidem dena, Pedites vicena ſtipendia explere oportet neceſſario in annis* XLVI. *a natiuitate.* Dioc. & Max. l.9. C. quando prou. non eſt neceſ. *Veterani ſunt, qui poſt viceſima ſtipendia honeſtã & cauſariã miſſionẽ conſecuti ſunt.* Nec tamen nego variatum ſæpe in ea fuiſſe. *Miſſionũ generales cauſæ tres; honeſta eſt, quæ tẽpore militiæ impleto datur: cauſaria, cum quis vitio animi,*
D *vel corporis minus idoneus militiæ renunciatus: ignominioſa cauſa eſt, cum quis propter delictũ ſacramento ſoluitur.* Macer. l.13. ff. de re mil. Sub *Auguſto* duplex *miſſio*: vna *Exauctoratio*, qua decurſis ſtipendijs *ad vexillũ retinebantur, ceterorũ immunes niſi propulſandi hoſtis.* Tac. *Veterani*, & *Vexillarij* dicti. Idem. *Dimiſſis quidẽ finẽ eſſe militiæ. ſed apud vexillũ retentos, alio vocabulo eoſdẽ labores perferre.* Altera *Plena miſſio* quæ *Iuſta*, vel *Honoraria* ſeu *gratioſa*, ex hac *Beneficiarij* vocati: qui *poſt multos militiæ labores quietis ſuffragiũ conſecuti ſunt.* Iſiod.

TR.) lego *Triario*. *Tribunus* eſſe nequiuerat dimidio ſtipendiorum

nondum confecto. poſt quæ tandem, Polybio auctore, ad honores via E
patebat. Ex >. enim nota *pedeſtris* proditur *militia*, ergo X. expoſcebātur. *Triarij dicti quod in acie tertio loco extremis ſubſidio deponebantur.* Var.l.4. *Genibus poſitis ſolebant intra ſcuta ſubſidere, ne ſtantes vulnerarentur, venientibus telis:* Veg.l.1.c.20. *Eligunt minimos ætate fortunæque tenuioris in Velites, ijs adultiores in Haſtatos, ætate florentiſſimos in Principes, natu maximos in Triarios.* Polyb.

>.) *Centuria*, vel *Centurio*. is peditū ductor a *Tribunis* lectus ex omni genere, excepto *Velitū*. interdum & a *milite* adoptatus. Liu.l.3. *Cohortes ſibi Centuriones legerunt*, nec ſine cenſu & tirocinio. Sen. *Cenſus in caſtris Ordinē promouet, cenſus in foro Iudices legit.* Promotionem hanc *Illuſtris veterū Doctor Lipſius* l.2.d.8.mil.R. hac ſerie refert. *Erant X. cohortes; infima X. & in ea tres manipuli; in quoq; horum duo Centuriones:* F
iſti omnes Numero pares, Genere impares. ideoq; prima promotio in eodē Numero & coborte, à manipulo ad manipulū, ſiue à Genere ad genus fuit, puta à X. haſtato ad X. principem, ab iſto ad X. pilum. Dum expleta ea cohorte, numero adſcendebat, fiebantq; Noni. mox Octaui, & deniq; Primi. Cum iam illic a primo haſtato ad primum Principē, a primo Principe ad primum pilum ibant. Probat Veg.l.2.c.8. *Vetus conſuetudo tenuit, vt ex primo Principe legioni promoueretur* Centurio *primipili*. Quandoq; & ſaltus fiebat. *Sp. Liguſtinus* apud Liu. a *X. Haſtato ad Primum pilum traductus.* Singulis vero manipulis *bini binis lectionibus Ceuturiones* dati, ne ſi alter caderet, Manipulus ſine duce periclitaretur. Prior lectus *præeſt dextræ partis manipuli, qui ſecundus Secundæ.* Polyb. Duplex ſtipendium, vt *Decurio equitum ductor* triplex meruit. Quiſq; ſibi *adiutores* adiungebat, quos Polyb. ὐραγὺς. Lipſ. *Tergi duces, Coactores* nempe *agminis*. Feſt. G
Optiones & *Accenſos*. Liu. *Subcenturiones*. *Centurionum* inſigne *Vitis*, cuius recurua >. hæc nota eſt. Plin.14.c.1. *Centurionum in manu vitis & opimo præmio tardos ordines ad lentas producit aquilas, atq; etiā in delictis pœnā ipſam honorat.* Quare Feſto *Sub vineā, & ſub vitē haſtas iacere dicuntur milites.* Spart. in Had. *Nulli vitē niſi robuſto & bonæ famæ dedit.* Liu.epit.l.57. *Quem militē extra ordinē deprehēdit, ſi Romanus eſſet vitibus, ſi extraneus virgis cecidit.* Macer.l.18.ff. de re mil. *Miles ſi vitem tenuit militiā mutet. Si ex induſtria fregit, vel manū centurioni intulit, capite puniatur.* Verberandi eorum audaciam vides in Tac.l.1.an. *Denis in diem aſſibus animā & corpus æſtimari, hinc veſtē, arma, tentoria, hinc ſæuitiā Centurionū, & vacationē munerū redimi.* Idem. *Centurio Lucullius interficitur, cui militaribus facetijs vocabulū: cedo alterā, indiderant, quia fra-* H
cta vite in tergo militis, aliā clara voce, & rurſus aliā poſcebat. Ne idolis *Marcellus Centurio Martyr* ſacrificaret: *Ecce*, ait, *proijcio vitem.* Candida veſte apud Tac.2.hiſt. induti: *Ante aquilā Præfecti caſtrorū, Tribuniq; & primi Centurionū, ceteri iuxta ſuā quiſq; centuriā armis doniſq; fulgentes.* Modeſt. de voc. rei mil. eos ait *habere cataphractos, & ſcuta, & galeas ferreas tranſuerſis & argentatis criſtis, vt facilius cognoſcerentur à ſuis.* Miniſteria illorum inter alia: *vigilias obire ac legationē, militē per cohor-*

A tem diuidere, militum operibus adſiſtere, locum caſtris idoneum deligere, Principum imagines tueri. *Centuriones* etiam erant III viri, qui tribus centuriis præfecti, in quibus *Celeres*, Regij ſtipatores, & primi ac vltimi pugnæ milites numerabantur.

MAR. GERMANICIANVS) Romæ MARCO GERMANICIANO TI. CÆSARIS GERMANO NATIONE VEIN.

186. ATHNISION) ritu Græco H pro E. cuius generis & alia extant.

CAP. XIV. Equo Sing. AElij. Euocatus. Biueealis. Diocletianus. Caput ſacrum. Iupiter. Menſa apparatus argenteus. Agathocles. Nympha. Fontes. Fulgura. Terram Bruem precari. State, & hieram facere. Stymphali ædes Dianæ.

B 187. EQVO SING. AVG.) item EQVIT. SING. AVREL. EQ. SING. CAES. ARGENTARIVS. EQVIT. SING. IMP. N. & EX SINGVLARIBVS IMPERATORIS. ἁπλῶς EQ. SING. ac SINGVLARII. Grut. p. 569. M. VLPIO VIATORI EQVIT. SING. AVG. cui titulum fecit M. VLPIVS AVG. LIB. Hunc noſtrum auguror. *Equi ſingularii* fuere, qui diſtincti *a bigis* & *paribus*, Græce κέλητες, *deſultatorij*, Feſto *celſi equi*. id eſt, *curſores* vocantur. quibus in *Olympia* ſua premia. EQ. SING. interpretantur eum, qui *publico equo* ſpoliatus *vnico*, ſeu *priuato* merebat, vt *duplaris*, qui *duobus*. Liu. l. 27. *Illis omnibus (& multi erant) adempti equi, qui Cannenſium legionum equites in Sicilia erant, addiderunt acerbitati, & tẽpus, ne præterita ſtipendia procederent ijs qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis priuatis facerent.*

C In lapidibus honorem, & perpetuitatem inſatiabiliter appetebant. Sed quæ, amabo, laus EQ. SING. *publicum* ablatum docere? ſatius ergo credere eſt eum ſignificari, qui ſua ſponte meruerit *priuato*, quales illi bello *Veientino* in Liu. l. 5. *Cum repente, quibus cenſus equeſter erat, equi publici non erant aſſignati, equis ſe ſuis ſtipendiũ facturos* (Senatui) *promittunt.* Caſſ. var. l. 11. *Primicerios ſingulariorum* nominat. qui vt colligitur, ibi militares excubias gerunt, l. 1. C. de off. pr. præf. Af. *in ſchola ſingularium*. Pancirolus hos putat, qui *Tribuni Prætoriani* à Theodoſio, & aliter *Frumentarij* appellatur. Vel cenſeo EQ. SING. fuiſſe, qui ex ala, quam *Vitellius* adinuenit. Tac. hiſt. 4. *Acceſſit ala ſingularium, excita olim a Vitellio, deinde in partes Veſpaſiani tranſgreſſa.* AVG. autem vox his non *Octauium* deſignat, qua noſtra expugnaretur opinio, ſed

D quemuis ſummæ rei Dominium.

188. AELIVS) *Gens Ælia appellatur, quæ ex multis familijs conficitur.* Feſt. *Romæ* pauperrima. xvi. enim *Aelijs* vna domuncula fuerat, & *vnus in agro Vetente fundus, minus multo cultores deſiderans, quam dominos habebat.* mox. *Nullum ante ſcrupulum argenti habuit, quam Paulus Perſe Rege deuicto, P. Aelio Tuberoni genero ſuo quinq; pondo argenti ex præda donaret.* Val. l. 4. c. 4.

191. PRIMus TRIARCHVS) lego *Trierarchus, triremium præfectus.* Sumptuoſa præfectura, quia *naues paratas* ad bella ſuis impenſis haberi oportuit,

oportuit. Suid. *Athenis* onus omnium grauius ; quo multi patrimonia E
exhauſere.aliqui etiam functi eo vitam laqueo expulere. Ample de iſto
Budęus de aſſe. Hic cũ *Primus* nominetur, *Inferiores* fuiſſe facile apparet.

194. EVOK) *Euokatus*. Ser.l.2. Tria genera militiæ *Euocatio*, *Tu-
multus*, *Delectus*. *Tumultus* fuit in *bello Gallico*, aut *Italico*, grauiorq. bel-
lo. Cic.8.Phil. *Bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Euo-
catio* eſt cum ad *ſubitum preliũ* quiuis euocatur. Don. ad Ter. Huiuſmodi
militia *per tumultum repente ſuſcipitur, & dicitur euocatio, vbi dux allo-
quitur ciues ; qui Remp. ſaluam eſſe vultis me ſequimini*. Inde *Subitarij &
Tumultuarij milites*, item *Voluntarij*. Liu. *Cohortes veteres voluntate ſe-
quentes*. Diſtincte Agretius: *Aduocatus daturus patrocinium, Inuocatus
præſtaturus auxilium, Euocatus præbiturus obſequium. In vexillum ſeorſim
recepti*, non *legionibus* interiecti. apud Cic.3.fam.ep.6. *Antonius præfe-* F
ctus euocatorum. Quos Tac. *Vexillum veteranorum*, *Vexilla legionũ* dixit.
Horum *Auguſtus* ex *Campanis beneficiarijs* patris cIↄↄ. ſecreuit. App.
Singuli quaſi *Centuriones*, hinc in gloſſa Ταξία, χος *ordinum ductor*. *Cra-
ſtinus euocatus* in Cæſ.l.3.bel. ciu. ante *Primum pilum in legione decima
duxerat*. In Dione *Auguſti Euocatos vites ferentes, vti Centuriones* leges.
Is enim corporis ſui preſidium ex triplici milite; *Prætoriano, Euocato, &
Batauo* cõſtituit. Suet. in Gal.c.10. *Delegit & equeſtris ordinis iuuenes, qui
manente anulorum aureorũ vſu Euocati appellarentur, excubiaſque circa cu-
biculum ſuum vice militũ agerent*. Liu.l.29. Scipio *poſtquã in Siciliã venit
voluntarios ordinauit, centuriauitque ex ijs CCC. iuuenes florente ætate &
viriũ robore inſignes circa ſe habebat*. Similes his etſi nomine ac lectione
diſpares & *Romulus*, Liu.l.1. *ccc. armatos ad cuſtodiã corporis, quos Cele-* G
res appellauit, habuit. Talis *Euocatus* & hic IVLIANVS AVR. fuit.

195. EELIX) loco *Felix*. Multoties in ſaxis hic *biuocalis* reperitur,
vt FEELIX. SEEDES. MEEL. FEEL. ſed hic *marmorarij* mendum.

DVLCISSIMO ET DVLCISSIMO) *amoris emphaſis*, nec forte alibi
legẽda. Sic in lap B.B *bonis bonis*. L.L. *libẽter libenter*. M.M. *merẽti merẽti*.

193. C. VALERIO DIOCLETIANO) Etiam M. in ſaxis nomina-
tur, *M. Aurelius Valerius Iouius* Diocletianus, & ſubactis populis *Britã-
nicus Max Germanicus Max. Sarmat. Max. Perſ. Max*. *Dalmata* fuit ex opi-
do & matre *Dioclea, quare donec imperium ſumſit Diocles appellatus*. Vict.
Artaxerxe VII. Rege Perſico victo *adorari* ſe iuſſit ; *cum ante eum
omnes Impp. in modum iudicum ſalutarentur, & tantum clamydẽ purpureã
a priuato habitu plus haberẽt*. Caſſ. *Ornamẽta gemmarũ veſtibus, calceamen-* H
tiſque indidit. Eutr. *Auguſtus* electus *Ar. Aprum* Numeriani anteceſſo-
ris homicidam interemit omen implens cuiuſdam *Dmidis* : *Imperator
eris cum Aprum occideris*. Cum ante ſæpe *apros* ſua manu iugulaſſet, &
alij Imperij faſces acquirerent, dixit : *Ego ſemper apros occido, ſed alter
ſemper vtitur pulpamento*. Vop. In dominationis ſortem *Aur. Val. Maxi-
mum* aſciuit, quocum omnem lapidem mouit CHRISTI cultoribus tol-
lendis. quare *Cluniæ Hiſp*. columnæ hæc exinde inciſa : DIOCLETIA-
NVS IOVIVS MAXIMVS AN. HERCVLEVS CAES. AVG. AMPLI-
FICATO

Digitized by Google

A FICATO PER ORIENTEM ET OCCIDENTEM IMP. ROM.
ET NOMINE CHRISTIANORVM DELETO. QVI REMP.
EVERTEBANT. itidem. SVPERSTITIONE CHRISTIANA
VBIQVE DELETA ET CVLTV DEOR. PROPAGATO. *Veterum*
ſcripta de fuſione argenti, & auri conquiſita combuſſit, ne ex illa arte ditati
Aegyptij & pecunia freti copijs inpoſterum rebellarent. Suid. Onus
potentiæ rerum vno die cum *Maximiano* eiurauit; ille *Nicomediæ*, hic
Mediolani. anno XXV. Vict. XX. Zon. Ab *Herculeo*, & *Galerio* ad recipien-
dum id rogatus tanquam peſtem deteſtans, in hunc modum reſpondit;
Vtinā Salone poſſetis viſere olera noſtris manibus inſita: profectò nunquam
iſtud tentandū iudicaretis. Vix. an. LXXIIX. COS. III.) cum *Maximino*.
199. CAPVT IM..) cum vſtulandum corpus *digitū*, vt inferias per-
B ſoluerent excipere vſurpabant. Feſt. *Membrum abſcindi mortui dicebatur,*
cum digitus eius decidebatur, ad quod ſeruatū iuſta fierent, reliquo cor-
pore cōbuſto. Os & *excipiebatur,* ſi quis foris obijſſet, vt domi *parenta-*
rētur, & *familia purgaretur.* Cic. 2. de LL. *neq. neceſſe eſt ediſſeri a nobis, qui*
finis funeſtæ familiæ: quod genus ſacrificij lare veruecibus fiat: quē ad mo-
dum os reiectū (id eſt, redditum terræ. Turn. *reſectum.* alij legunt *re-*
ceptū) *terra obtegatur.* Var. l. 4. *Quod terra ſit humus, ideo humatus mor-*
tuus, qui terra ſit obrutus, ab eo qui Romanis cōbuſtus eſt; aut in ſepulcrum
eius obiecta gleba non eſt, aut ſi os exceptum mortui ad familiā expurgan-
dā, donec in purgando humo non eſt opertus, vt Pontifices *dicunt, quoad*
inhumatus ſit, familia funeſta manet. Refert Wolf. *Lazius Med.* Ferdinan-
di I. Hiſt. in ſua Rep. *in Carnunti ruinis cranium magna ex parte integrū,*
C *vtpote rogo ſublatum loculo inditum* ſe vidiſſe, cum *triente* intra dentes.
Mos enim corpori vrendo in rogo *oculos aperire,* expiranti a neceſſarijs
opertos, & *cælo oſtendi,* inque os numum *δανάκην* inferi, vnde *Charonti*
naulum *Stygiā paludē* tranſiturus ſoluat. *Panebi Lybies regis extincti*
corpus obruunt terra, caput autē abſciſſum & inauratū in delubro collocant.
Io. Stob. Itaq; hic expono CAPVT IM*poſuit,* vel *terra obtegit pater*
nempe *filiæ*. Forte *Caput* igne demoliri noluerunt, cum id *diuiniſſimum*
Plato, pars philoſophorum *ſedē & regiā animæ*, plures *ſacrū* duxerint.
Ath. l. 2. *Quod autē ſacrū olim caput exiſtimauerint indicio eſt iurandi per*
id conſuetudo, & ſternutamenta quæ ex ipſo prodeunt adorādi veluti ſacra,
quin etiā quæ aſſentiuntur & comprobant, capitis nutu confirmandi. Per
caput ſuum deierarunt Hebræi, Græci, & *Rom.* Sternutamenta *Deum* iu-
dicaſſe Ariſt. prob. ſect. 34. teſtis eſt: *Cur ſternutamentum pro numine*
D *habetur, non tuſſis, neq; grauedo? an quia de capite membrorum præcipuè*
diuino, vnde cogitatio eſt, ſuum ducit principium? an quia ceteri illi affe-
ctus ratione morbi eueniant, hic ſecus exultet? Et hæc cauſa erit cur *Ful-*
guritum (*Aruſpices* enim condebant. Sen. de clem. l. 1. c. 7. *Ecquis regum*
erit tutus, cuius non mēbra Aruſpices colligant? quod ſi dij placabiles, &
æqui delicta potentium non ſtatim fulmine proſequuntur) *Edentulumque*
puerū cremari fas non fuerit, ſed *condi terræ religio traderet.* quod illum
diuinum euaſiſſe credētes velut *Deum* colerent, hunc ętate illa pura & in-

nocua *Diuo* forſan propiorem exiſtimarint. Dijs enim iuſta non fiebant. E quare *nemo M. Ant. plangendum cenſuit certis omnibus, quod a Dijs commodatus ad Deos rediſſet.* Capit. Regum præterea corpora ob fortunæ maieſtatem ignis iniuria exemerunt, dicente Plinio l.19.c.1. *Inuentum iam eſt quod ignibus non abſumeretur. Viuum id vocant, ardenteſq; in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas; ſordibus exuſtis ſplendenteſq; igni magis quam poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtiſq; Sole Indiæ, vbi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes aſſueſcitque viuere ardendo, rarum inuentu, difficile textu propter breuitatem.*

201. N.M.PLAET.) legerem *nomine M. Pletorij.* nota Plæt. cum AE

204. M. A. CALLINICO) *καλλίνικος victor eximius.* cognomen *Herculis* & *Theſei.* & in ludis adclamatio.

207. M. VIRGINIO POMPEIO) Forte is, qui a *III viris* proſcriptus F felici eloquentia a ſeruis ſuis & militibus ad ſe trucidandum miſſis extorſit, vt ad *Pompeium in Siciliam* enauigaret, quaſi vtrorũque comitatu. App. *A Pompeio* gens hæc cognominata, quæ duplex *patricia* & *plebeia.*

208. L.C.I.) hic mihi aqua hæret, nec *tam in procliui ea res, quã imber cum pluit,* aiebat ille apud Plaut. Forte *L. Cæſar Imp.*

C.I.C.) C. *Iul. Cæſar.* I.O.M.S.) *Ioui Opt. Max. ſacrum.* Cic. 4. de fin. *Iouem cum optimum, & Maximum dicimus, cum eundem ſalutarẽ, hoſpitalem, ſtatorem, hoc intelligi volumus ſalutem hominum in eius eſſe tutela.* Iouis ſolius hic titulus fuit. In lap. OPTIMVS MAXIMVS CAELVS AETERNVS IVPITER. O. M. AETERNO SERVATORI. TRAIANO OPTIMO SERVATORI. NVMINI DEORVM AVG. IOVI G OPT. MAX. SALVTARI SERENO. SOLI INVICTO SERAPIDI VICTORI STATORI STYGIO. REGI PRAESTITI, PVERO, PROPVGNATORI, DEPVLSORI, FVLMINATORI, INVENTORI, CVSTODI AVGVSTAE TAVRINORVM. SANCTITATI IOVIS. TVTELARIS MENSIS IVLII.

210. ΑΓΑΘΟΚΛΕΥΣ) De veteri menſarum cultu immenſa hiſtoriæ loquuntur, ex quibus hæc analecta damus. Plin. l.37.c.2. *Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis principis, vt menſam eius exhæredaret, trullam Murrinam ccc H. S. emptam fregit. Sed Nero, vt par erat principem, vicit omnes ccc. H. S. capidem vnam parando. memoranda res tanti Imperatorem Patremque patriæ bibiſſe. Oriens Murrinam mittit.* Poſt. *Humorem putant ſub terra calore denſari.* Familiare ad id H *Argentum.* Ibid. *Africanus cum de Pœnis triumpharet* IV. M. cccc. LXX. M. *pondo tranſtulit. hoc argenti tota Africa habuit, illa terrarum æmula, quod nunc eſt in menſarum apparatu.* Mira res priuatos tot in argento habuiſſe, quot olim tota Carthago. Paulo ante Syllanum bellum *lances è centenis libris argenti, quas tunc ſuper quingentas numero Romæ fuiſſe conſtat: multoſque ob eas proſcriptos dolo concupiſcentium.* Poſt. *Claudij principatu ſeruus eius Druſillanus nomine Rotundus, Diſpenſator Hiſpaniæ Citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædi-*

ficata

A *ficata fuerat, & comites eius octo, quingenta librarum. Quæſo vt quam multi
eas conſerui eius inferrent, aut quibus cænantibus?* Tert. Cui promulſidi,
ſi officina extructa eſt, debuit & triclinium. Nec exquiſiti faſtus index, niſi
& ingenio hominis conſpicerentur. Hinc Plin. in proem. l. 33. *In poculis
libidines cælari iuuat, & per obſcenitates bibere.* l. 33. c. 11. *Delphinos quinis
millibus H.S. in libras emptos C. Gracchus habuit. L. vero Craſſus Orator
duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos H.S.C.* Conſtat eundem VI.
M.H.S. ſingulas libras vaſa emta habuiſſe. c. 12. *Zopyrus Areopagitas, &
iudicium Oreſtis in duobus ſcyphis cælauit H.S. XXII æſtimatis.* h. c. XXX.
M. ſcutatis. Præterea *argentum medicatis aquis inficitur, atque etiam
afflatu ſalſo, ſicut in mediterraneis Hiſpaniæ: Nec hoc fuit ſatis: turba
gemmarum potamus, & ſmaragdis calices, ac temulentiæ cauſa tenere Indiã
B iuuat, & aurum iam acceſſio eſt.* Cic. 4. Ver. *Exponit ſuas copias omnes,
multum argentum, non pauca etiã pocula ex auro, quæ vt mos eſt regius, &
maxime in Syria, gẽmis erant diſtincta clariſſimis.* Cogita modo quinam
Syracuſis, quarum *menſæ, diuitiæque* Orbi innotuerãt, & earum Regum,
ceteris inuidiam facientium ſplendor fuerit. *Agathocles* tamen vt ſuæ
ipſe *originis ſpeculum*, alij *regiæ humilitatis iudicium* intuerentur, *fictili-
bus* vſus eſt. Auſ. *fama eſt fictilibus cænaſſe Agathoclea regem.* Quod fir-
mant hæ vaſium aures A. CIↃ. IↃLV. *Fazello* notante, inuentæ. In numis
ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΟΥΣ. Hic ne potentiæ ſignificatione ſuperbiret,
nudum nomen impreſſit. Magnipendendæ ergo hæ *antiquitatis reliquiæ,*
quod *luteæ* tot ſeculis perennarint, alijs maioris operis monimentis peſ-
ſum datis. Figulinam artem *Agathoclem ob victus inopiam* exercuiſſe,
C Diod. teſtis. Ath. l. 11. *Aurea pocula familiaribus oſtentantẽ dixiſſe: ex ficti-
libus quæ finxerat, hæc eſſe confecta.* Plut. Solitus fictilia aureis inſerere,
aiens; *induſtria ſe & fortitudine hoc conſecutum, vt aurea nunc faceret,
qui lutea finxiſſet antea.* Hinc in obſidione quadam de muris clamatum:
Figule, caminarie, vnde militibus ſolues ſtipendia? Hanc, inquit, ſi cepero.
Diod. l. 20. Natus *Thermis* hodie *Saccæ*, genitore *Carcino figulo*, qui *Regio*
patria ob ſeditionem pulſus *Thermum*, inde *Syracuſas* ſucceſſit, vbi filio
materni aui nomine celebre illud potentiæ omen fuit *apibus* ad dor-
mientis os fauum extruentibus. *Agathocles* qui *Damanti frater*, mox &
in vxore amanda *collega*, promiſcuum ſcortum, *Damantis mulier*, & eius
mulieris vir, *Timæo* τϱίοϱχυς *bubo*, cui nomen a *multis teſtibus*, dicitur.
Honoris iter ingreſſus cum per *Siciliam* ſtipendia faciens ἑκατόνταϱχος,
Centurio, dein *Tribunus militum* eſſet. Defuncto *Damante* viduæ iungi-
D tur, quod ante vicariam operam ei comprobaſſet. Sic auctis opibus,
caſtrẽſi ingenio clarus, plebis ſtudijs *SyracuſanaRep.* extincta *Rex*, vt Diod.
ϛϱατηγὸς αὐτοκϱάτωϱ ſalutatur. Integra fere *Sicilia* ſubiecta & manu
Italiæ iniecta, inſidijs *Archageti* nepotis, ope *Mænei Egeſtani* concubini
eius, dentiſcalpio venenum propinatur. Eo dentibus perfoſſis, putreſcen-
tibuſque vocẽ edendi vi priuatus viuus adhuc a *Demetrij ſpeculatore Oxy-
themi* crematur. Diod. At Iuſtinus *vis morbi*, ait, *coegit, quo toto corpo-
re comprehenſus per omnes neruos articuloſque humoro peſtifero graſſante,*

Digitized by Google

velut inteſtino ſingulorum membrorum bello inpugnabatur. Diſceſſit an. E
vitæ LXXII. imperij XXIIX. Diod.ecl.12.l.21.

217. NIMPHA) Ath.l.11. Nymphæ Bacchi nutrices dictæ, quoniã aqua permixta vinũ augebatur. Quibus Siculos, l.4.ait, domi ſacra facere ac temulentos circa earũ imagines pernoctare, ac circa earũ ſimulacra ſaltare. quare Dimocles Dionyſij Iun. aſſentator omiſſis Nymphis dixit: nihil faciendos eos deos, qui anima carent, ſaltans ad Dionyſium porrexit. Celebri eæ luco, lauretoq; in Sicilia cultæ, in Heræorũ montium conualli quadam, vbi Daphnim Mercurio Nymphaq; genitum eſſe produnt. Diod.l.4. In lap. NYMPHIS LYMPHIS Q. DVLCISSIMIS. SALVTIFERIS. SANCTISSIMIS.

SACRI FONTIS) lapis: FONTI DIVINO. Flumina vel fontes ſacri, quia deorum filij habiti. Ouid. met. Vt dij culti. Plin.l.8.ep.8. ſacratis ſacellis, quia heroum animæ habitant, vel in fontibus, vel in nemoribus. F
Ser. Magnorum fluminum capita veneramur, ſubita & ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet, coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna quædam vel opacitas, vel immenſa altitudo ſacrauit. Sen.ep.41. Ita vt in his natare vel nauigare nefas eſſet. Plin.II. lap. DIANA REGINA VNDARVM.

219. FVLGVR CONDITVM) Nemauſi FVLGVR CONDITVM DIVOM. id eſt fulmen. Eorum genera varia. Sen.2.quæſt.c.48.49. Prærogatiua ſunt, quorũ minæ differri poſſunt, auerti tolliq; non poſſunt. Poſtulatoria ſeu Renouatiua, quibus ſacrificia intermiſſa, aut non rite facta repetuntur. Peſtifera quæ mortẽ exiliumq; protendunt. Fallacia, quæ per ſpem alicuius boni nocent. Deprecania, quæ ſpem periculi ſine periculo adferunt. Peremtalia, quibus tolluntur priorũ fulminum minæ. Atteſtata, quæ prioribus conſentiunt. Atterranea, quæ in incluſo fiunt. Obruta, quibus iam prius G
percuſſa nec procurata feriuntur. Regalia, quorum vi tangitur vel comitiũ, vel principalia vrbis liberæ loca, quorum ſignificatio regnũ ciuitati minatur. Inferna, cum e terra exſiliunt ignes. Hoſpitalia, quæ ſacrificiis ad nos Iouẽ arceſſunt. Plin.l.2.c.52. Mixta exiſtimant non vltra X. annos protendere. Priuata præterquã aut in matrimonio primo facta; aut natali die. Publica non vltra XXX annum, præterquã in deductione opidorum. Clarum mirificæ maximæ naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nulloque alio veſtigio relicto, aurum & argentum liquatur intus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis, ac ne confuſo quidẽ ſigno ceræ. Ib.c.51. Læua proſpera exiſtimantur, quoniã læua parte mundi ortus eſt. c.54. Aduerſa, quæ cum diluculo vel crepuſculo contigiſſent, num diei aut noctis forent, & cui ob id ſacrificandum, labebat. Feſt. Diuum fulgur appellabant diurnũ, quod putabatur Iouis, vt nocturnũ Summani. IOVI VERBEC. II. SVMMAN. PATR. H
VERB. ATROSII immolabant. Ioui tres manubias dederunt; quarum I. ſolo conſilio Iouis mittitur. II. XII. deorum. III. Deorum ſuperiorum & inuolutorum. Quod ſolus mittit placabile eſt: perniciosum de quo deliberauit. Sen. I. minima monet. II. maior cum fragore eſt. III. adurit. Inde Ioui Tonanti Auguſtus ædẽ conſecrauit, liberatus periculo, cum in expeditione Cantabrica, per nocturnũ iter lecticã eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq; prælucentẽ exanimaſſet. Suet.c.29. Quare fulgura paulo infirmius expaueſcebat;

bat;

Digitized by Google

A *bat: vt ſemper, & vbiq; pellē vituli marini circumferret pro remedio: atq; ad omnē maioris tempeſtatis ſuſpicionē in abditum & concameratum locum ſe reciperet.* Ib.c.90. Fulmine deſijt *Volſiniŭ opidum Tuſcorum opulentiſſimum.* Plin.l.2.c.51.& *Cn.Pomp.Strabo Magni pater.*Plut. *Tul.Hoſtilium Regē ex Numæ libris eodē, quo illum ſacrificio Iouē cælo deuocare conatum, quoniā parum rite quædā feciſſet, fulmine ictum.*Plin.28.c.2.refert. Fulmine tactus *locus ſtatim fieri putabatur religioſus, quod eum deus ſibi dedicaſſe videretur.*Feſt. Inde Amm.l.23. *Sacer ignis.* Plin. *Sidere cæleſtis ignis expuitur.* Itaq; *fulgetras popyſmis adorare conſenſus gentium eſt.* Id. 28.c.2. Eius attactu *lucos pollutos* fulgurales libri cum pronunciaſſent, eos *Collucare, Procurare, Coercere* opereprecium erat. Exin Scriboniano *negocium datum a Senatu fuerat, vt conquireret ſacella attacta.* Feſt.
B Conducti & qui expiarent. Feſt. *Stufertarios* appellabant *homines conductos mercede, qui ad arbores fulguritas piacularium commiſſarum cauſa ſacrificia quædā ſirue & ferto ſolemnibus verbis faciunt: precor te Iupiter vti mihi volens propitius ſies.* In frag. *Arualiŭ fratrum.* IBI IMMOLAV. QVOD AB ICTV FVLMINIS ARBORES LVCI SACRI D.D. ATTACTÆ ARDVRINT EARVMQ ARBORVM ADOLFACTARVM ET COINQVIRENDARVM ET IN EO LVCO SACRO ALIÆ SINT REPOSITÆ ET ARÆ TEMPORAL. REFECTÆ. *Eius ligno nec ad ſacrificia vti fas.* Pl.16.c.6. *Prolibare dijs nefaſtŭ habetur vina propter imputatę vitis fulmine tactę.* l.14.c.19. Quę cŭ nec cōſpici nec calcari ius eſſet, ſepiebantur, & ara imponebatur. inde Dion. *βωμὸν impoſitŭ* ait. Cic.1.de diu. *Cotem illā & nouaculā defoſſam in comitio ſupraque impo-*
C *tum puteal accepimus.* Rom. DEO FVLGERATORI ARAM ET LOCVM HVNC RELIG. EX HARVSPICVM SENT. *poſ.* Dicta & *Capitium,* περικεκλισμενός, περιςόμιον, ἱερὸν φραγμὸς. *Puteal,* in numis argenteis *putei* inſtar (Pomp.l.14.ff.de act.emt. *Puteal, id eſt, quo puteus operitur* exponit) vidi *Panormi* in *ſtudio Alph. Zoppettæ* cŭ *laureis ramis* vtrinq; *lyra* & *bipenni*, cui ſupraſcripſere PVTEAL, infra SCRIBON. ex aduerſo BON. EVENT. LIB. In alio PVTEAL. SCRIBON. infra LIBO. Contra PAVLLVS LEPIDVS CONCORD. Ad hoc *tribunal Prætoris.* Hor. *Forum Putealq; Libonis mandabo ſiccis.* Nec tamen ipſum tribunal erat, cum ſine *gradibus* foret. In Cic.4.Att.e.8. *Putealia ſigillata duo* legi. Ara poſita *Fulgur Conditum* fuit. Lucan. *Aruns diſperſas fulmine ignes colligit, & terræ tacito cum murmure condit.* Iuu.ſat.6. *Atque*
D *aliquis ſenior qui publica fulmina condit.* Feſt. *Fulgur conditum quod cum ſcitur, nefas eſt integi, ſemper foramine ibi ante cælum patet.* Acro in Hor. Bidental (Poll. ἐνηλύσια) *a Bidentibus* dictum. nam reliquias fulminis *Pontifices* cum *ſacrificio ſepeliebant.* Front. *Bidental locus fulmine ictus & expiatus oue, bidentes enim oues appellantur.* Sidon.9. *Septem numina quærit ad bidental.* Vocantur & loca *Fanatica* & *Obſtita.* Hinc *Bidentales,* & *Fanatici Sacerdotes.* lap. QVINQVENNALIS DECVR. BIDENTALIS

224. EXTINCTORI TYRANNICÆ *fæ*DITATIS) Rom. RESTITVTORI VRBIS ROMAE ATQ. ORB. ET EXTINCTORI

PESTIFERAE TYRANNIDIS D. N. FL. IVL. CONSTANTIO. E
227. SIS LEVIS) vulgo optabant S.T.T.L. *ſit tibi terra leuis*. Iuuen. *Tenuẽ & ſine pondere terram*. Ouid. *Oſſa quieta precor tuta requieſcant in vrna. Et ſit humus cineri non operoſa tuo*. Mart. *Sit precor & tellus mitis & vnda tibi*. Lap. TELLVS HVIC TVMVLO NE GRAVIS ESSE VELIS. QVISQVIS HVIC TVMVLO POSVIT ARDENTEM LVCERNAM ILLIVS CINERES AVREA TERRA TEGAT. Item *placide, molliter, quieſcerent, iacerent, cubarent*. Sic & *grauem* ac *oneroſam terrã*, & *terra defoſſa premi* imprecabantur. *Tiberius* adeo infenſus obijt, vt *Terrã matrẽ deoſq; Manes orarent, ne mortuo ſedẽ vllã niſi inter impios darent*. Suet. c. 75. *Irruens vulgus pari clamore terram matrem deoſque inferos precatur: ſedes impias vti Gallieno darent*. Vict.

228. LICINIVS) gens *plebeia*, cuius præcipuæ ſtirpes *Calui, Craſſi,* F *Luculli*, & *Murenæ*. Ex hac *M. Craſſus*, qui ſemel riſit. C. *Craſſus Mucianus* in locum P. *Scip. Naſicæ* adoptatus primus Pont. *M. extra Vrbẽ profectus*. De quo Semp. Aſello: *quinq; maxima conſecutus eſt Mucianus, quod eſſet ditiſſimus, nobiliſſimus, eloquentiſſimus, conſultiſſimus, &* Pont. *M.*

230. ΛEΛ) Aelius. Λ pro A nonnunquam in lapidibus videbis.

234. FLAMMA) Plin. l. 22. c. 6. *Contigit eius coronæ honos M Calphurnio Flammæ tribuno militum in Sicilia*. num noſter?

PVGNAT XXIII) *Commodus* Imp. *pugnaſſe dicitur ſeptingenties tricies quinquies*. Lamp. STANS VIIII) cum ambo *curſores* pari temporis momento *lineã* attigiſſent *Hieran facere*, id eſt, *ſtare dicti*. Ibi quoad victores declarati præſtolabantur. Sen. ep. 83. *Quod raro curſoribus euenit hieran fecimus*. Polyb. l. 1. ποιεῖσθαι vocat: *Pœnos & Ro. diu* inquit, *in Sicilia decertaſſe, neq; malis victos, vt Fabius ait, ſed tandẽ velut* G *indefeſſi & inuicti viri atq; athletæ* ἱερὰν ἐποιήσαντο στέφανον *ſacrã* coronam *fecere*. Et ſic quoque FLAMMA STETIT.

MIS.) Gruterus *Miſſionum*, Ego *Miſſus* lego. eumq; arbitror, quem victum *arena dimiſit*, principis arbitrio. Certamina hæc quibus *inuictus & victus* XXXIV. pugnas conſtituunt. Et hoc videtur ſic colligi. XXXIV. enim *pugnauit, vicit* XXI. *ſtetit* IX. anceps victoriæ, *ſuperatus* IV.

NAT. SRVS) lego *natione Syracuſanus*: quibus ſtudijs cum nimis *Syracuſani* dediti, *Palæſtritæ* apud Cic. 2. Ver. denominantur: *Heraclius cum aduocatis adit, & poſtulat vt ſibi cum paleſtritis, hoc eſt, populo Syracuſano æquo iure diſceptare liceat*.

238. STYMPHALVS) oriundus *Stymphalo Arcadiæ* opido, incluto H *Iunonis* educatione. Pauſ. l. 8. *In antiqua Stymphalo Temenum habitaſſe aiunt Pelaſgi F. eumq; Iunonem educaſſe. & tria templa deæ extruxiſſe, totidẽ & indidiſſe ei cognomenta: cum virgo adhuc eſſet* Παῖδα *adoleſcentulã appellauit: Ioui antẽ iam nuptã* τελείαν *perfectã: a Ioue denique cum ob diſſidium qualecunque tandẽ id fuerit diſceſſiſſet, &* Stymphalũ *rediſſet* χήραν *viduã nominauit*. Addit ex ore famæ aues ibi *enutritas, quæ humanis carnibus veſcebantur, has ſagittis confeciſſe Herculẽ*: Quas *Stymphalides* aues legitur tantum tenebrarũ expanſis alis induxiſſe, vt dies quaſi veleretur.

CAP.

Digitized by Google

A CAP. XV. *Commodus Aug. Taricius. Tega. Eques. Ceſij. AEmilij. Domitij. Ara. Primipilus. Vibonienſis. Demoſthenes. Valedicere.*

239. C.MAESIO AQVILLIO FABIO TITIANO) ſic *Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio, L.Domitius Aurelius Valerius Aurelianus* , & *Decij* vxor in numis CNEA SEIA HERENNIA SALLVSTIA BARBIA ORBIANA. Dubito an is ſit, qui in lap.244. C. *Maeſius Titianus* , & in 437. *Fabius Titianus* nuncupatur.

241. COMMODO) *Aur.* Cõmodus M.*Antonini F.cum Ant.Gemino*, qui *quadrimus mortuus, apud Lanuuium* naſcitur. *Tranquilli* Caligulam legentem *feris obijci iuſſiſſe, quia eundẽ diẽ habuerat, quẽ & Caligula.* Spart. retulit. *A prima ſtatim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, ore*
B *quoq; pollutus & conſtupratus fuit: Nam in his artifex, quæ ſtationis imperatoriæ non erant, vt calices fingeret, ſaltaret, cantaret, ſibilaret, ſcurrã denique, & gladiatorẽ ſe perfectũ oſtenderet.* Vixit *cum ccc concubinis, quas ex matronarũ, meretricumq; delectu ad formæ ſpeciẽ conciliauerat, ccc alijs puberibus exoletis.* Nec a *ſororibus* abſtinuit, e quibus *Lucillã occidit. Impudentiæ tantæ fuit, vt cum muliebri veſte in amphitheatro, vel theatro ſedens ſæpiſſimè publice biberat.* Quum *adulterũ matris Conſulẽ deſignaſſet, dictus eſt Pius. quum occidiſſet Perennẽ, appellatus eſt Felix. Appellatur Romanus Hercules, quod feras Lanuuij in amphitheatro occidiſſet* . Quare literis ad Senatum inſcripſit Ῥωμαῖος Ἡρακλῆς, & numis HERCVLI ROMANO AVGVSTO. HERCVLI ROMANO CONDITORI. Hanc quoq; inſaniam inſaniuit, vt petierit *Romã, ſenatũ, menſes, ſeculum*
C *aureũ, Commodianis appellationibus dici.* Veneno a *Martia tradito, & ab immiſſo validiſſimo palæſtrita, cõpreſſis faucibus* expirauit an.xxxii.Vict.

HIMEREORVM THERMIT.) Gentiles *Himerenſes* , *& Himeræi*, Condita *Himera a Zanclanis, qui Mylas incolebant*. Olymp. xxxiii.ante C.N.DCXLIX.a primo *Græcorũ* in *Siciliã* appulſu an. xxcvii.Nam an.iv. Olymp.xcii.Strab.l.6. *Hannibal templa Deum expoliat, & abductis inde ſupplicibus, qui eo confugerant, incendio populatur. Ipſam deniq; vrbẽ ſolo æquat, per ccxi. annos habitatã.* Diod.l.13. *Himera deleta, quos eius belli calamitas reliquos fecerat, hi ſe Thermis collocauerũt in ijſdẽ agri finibus, neq; longe ab opido antiquo.* Cic.2.Ver. Biennio a cuius exidio ab ijſdem *Carthaginenſibus Thermæ* ædificatæ.Diod.Ibi *ſigna ex ære cõplura. in his mira pulcritudine ipſa Himera, in muliebrẽ figurã, habitumq; formata, ex opidi*
D *nomine, & fluminis. Erat etiã Steſichori Poetæ ſtatua ſenilis cum libro, ſummo, vt putant, artificio facta.* Cic. Balnearũ vero ortus ita cepit.Diod.l.4. *Litus Inſulæ peragrãti Herculi calidas balneas fabulantur a Nymphis apertas fuiſſe; quibus contractã ex itinere laſſitudinẽ adleuaret. Binæ cum ſint; alteræ Himerenſes, Egeſtanæ alteræ.* Et l.5.*Cum Proſerpina quoq; Mineruã, atq; Dianã eidẽ virginitatis ſtudio dicatas, educationis tẽpore vixiſſe, & de floribus cum ea collectis patri Ioui togã cõmuni opera contexiſſe fabulantur, quæ & propter familiarẽ inter ſe conſuetudinẽ Inſulã mirificè dilexerint, adeo vt vnaquæq; certũ in ea locũ ſibi vindicauerit: Mineruæ quidẽ in cir-*

cumiecto

Digitized by Google

cumiecto Himeræ tractu,vbi calidarũ fontiũ aquarũ Nymphæ ſub aduentum E
Herculis in gratiã Mineruæ aperuerint, vrbem quoq; cum agro, qui adhuc Athenæi nomine celebris, incolæ conſecrauerunt. Athenæum, Latine *Mineruale*, cum ignotum *Geographis*, iudicat *Cluuerius* agrum adiacentem Diodorum intellexiſſe, quod *Himera Mineruæ* ſacra.

244. TITIANO) C.Probus ex Q.Scæuola: *Pueris non priuſquã togã virilẽ ſumerent, puellis non antequã nuberent, prænomina imponi moris* fuit. Nullibi clarius ac in hoc lapide videtur: vbi *Titianum* abſq; *prænomine* ante *virilẽ togã* legis. Viſus ſibi fuiſſet *Robortellus Sigoniũ* triumphare, ſi ipſi hic lapis innotuiſſet. hac de re enim inter ipſos actum erat. *Luſtrico* vero *die* nomina indita. Feſt. *Luſtrici dies infantiũ appellantur, puellarũ octauus, puerorũ nonus, quia bis luſtrantur, atque eis nomina imponuntur:*

FONTEIA) *plebei.* genus *Tuſculano ex clariſſimo municipio profectum* F
eſſe, idque rerum geſtarũ monumentis inciſum. Cic. pro Font. *M. Fonteius Pontius domum Rabirianam Neapoli emit* H.S.cccIↃↃↃxxx Cic.1.Att.e.5.

PATRICIO) *patricij* ſunt, qui *patrũ progenies*, quos *Romulus* crearat in *patricios, & plebeos* facta diuiſione. Dion.l.2. *Exemplo ſumto ab Athenienſium Rep. quæ bifariã diſtributa multitudine, εὐπατρίδας patricios appellabant illuſtribus familijs ortos, opibus præpollentes, penes quos fuerit ciuitatis regimen: ceteros ciues, ἀγροίκοις ruſticos, quibus nullũ erat in Rep. ſuffragiũ.* Liu. *Hac tamẽ ætate antiquiſſimæ cuiuſq; ſenatoriæ familiæ liberi Patricij appellantur. Nobilibus* ipſi eminentiores *plebi* annumeratis. Aſcon. orat. in togacand. Primo C. fuere, auxit *Brutus*, mox *Cenſores* in cccc. Cic. enim ccccIV. meminit. Et *Cæſar* IↃcccc. quos in IↃc. minuit, excludens hinc minorem an. xxv. *Claudius* etiam iuuit. Tac. an. 2. *In numerũ* G
patriciorũ adſciuit Cæſar vetuſtiſſimũ quemque e Senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis iam reliquis familiarũ, quas Romulus Maiorũ, & L. Brutus Minorũ gentiũ appellauerant, exhauſtis etiã, quas Dictator Cæſar lege Caſſia, & princeps Auguſtus lege Senia ſublegere. Plures adſciuere *Veſpaſianus & Titus* Ceſs. Quas *Caſaubonus* ex Treb. verbis: *Gentes Flauias, quæ Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere, quæ Domitiani fuerant, propagauit, Flauiarũ gentiũ nomine appellatos*, aſſerit. Penes eos ſolos *Auſpicia*. hi proprij *Flamines Diales, Quirinales, Martiales, Reges ſacrorũ, Salij Palatini*, & ſoli ſemper *Interreges* fuere, ad cuius honoris verticẽ *plebs* aditum non habebat, etſi *Conſulatus* conſors euaſerit. Inter *Patricios* quoq; *deſignatos principes* ſcribebant. Spart. in Iulia. *Habita concione militari veſpera in Senatũ venit, totumq; ſe Senatui permiſit, factoque S.C. Imperator eſt appellatus, & tribunitiã poteſtatẽ, ius conſulare, in patricias* H
familias relatus emeruit. Cap. in Macr. *Senatus in* patricios *allegit nouũ hominẽ. Nouus homo* erat, cuius maiores priuatam vitam ſine *imaginibus* vixerãt, nec *ſella Curuli* ſederant. contra *Nobilis* maiores honores geſſerant, ijſque ius *ſtatuendæ imaginis.* Hæc erat corporis icon humerum-tenus cera expreſſa, in quarum copia ſplendor nobilitatis. Liu.l.1. *An. Marcius nobilis vna imagine Numæ.* Patricios *præcones ſuo & paterno appellabant nomine: plebeos vero miniſtri cornibus tubulis confertim buccinantes*

nantes

Digitized by Google

A nantes in concionē conciebant. Dion. l. 2. Connubium illis cum plebe veti-
tum. Liu. l. 4. Ne connubiū patribus cum plebe eſſet, non X viri tulerunt,
paucis his annis, peſſimo exemplo publicorū ſumma iniuria plebis? an eſſe vlla
maior aut inſignior contumelia poteſt, quam partē ciuitatis velut contami-
natā indignā connubio haberi? quid eſt aliud quam exiliū intra eadē mœnia,
quam relegationē pati? ne affinitatibus immiſceamur? cauent ne ſocietur ſan-
guis. Conſtantino rerum potiente hoc nomen quod generis ante, in quoſ-
uis diuulgari in Optato cepit, qui principibus placuiſſent, magnæ poteſta-
tis nota euaſit, Præfecto Prætorij præſtans. Zoſ. l. 2. Primi poſt Cæſares
in imperijs fuiſſe videntur. Walafr. Strab. de reb. eccl. c. 3. Quos Hub.
Giſanius I. C. in Inſtit. Principibus Imperij, vel Aurei Velleris Equitibus
comparat. Nam vt hi Fratres; ita illi Patres Principis dicti. Claud. de
B Eutropio Patricijs inſerto: Præſidiū regum genitorq; Principis, & famulū
dignatur regia patrē. Iuſtina. l. 5. C. de Coſs. ſancit eos illico patresfamilias
effici, ac poteſtate paterna liberari: ne videantur qui a nobis loco patris ho-
norantur alieno iuri eſſe ſubiecti. Quis enim patiatur patrē quidē poſſe per
emancipationis modum ſuis nexibus filiū relaxare, Imperatoriā autē celſitu-
dinem non valere eum, quē ſibi patrē elegerit, ab aliena eximere poteſtate?
Zoſim. πατὴρ βασιλέως. Suid. πατὴς τῆς κοινῆς pater Reip. a Corrip. poet.
pater Imperij. item Tutor Principis dictus. Tandem & Patricios Roma-
norū dixere, quos nos Reges. Adelmus in Carol. M. an. Iↄccci. Leo Papa
coronā capiti eius impoſuit cuncto Romanorū populo adclamante. KARO-
LO AVGVSTO A DEO CORONATO MAGNO ET PACIFICO
IMPERATORI ROMANORVM VITA ET VICTORIA. poſt quas
C laudes a Pontifice more antiquorū principū adoratus eſt. at deinde omiſſo
Patricij nomine Imperator & Auguſtus appellatus. hinc & Regij tituli
ſocius hic honor. Otto Dei gratia Rex Francorū & Longobardorū, ac Pa-
tritius Romanorū. in Chron. Lauriſhamenſi. Quem titulum Stephanus
Papa cum a Pippino cōtra Haiſtulphum regē Longobardorū ſuppetias ac-
cepiſſet conceſſit: quemuis deinceps regē Francorū eſſe patricium Roma-
norum. VValthram. in apol. Hen. IV.

TOGAE VIRILIS) Toga Græcè τήβεννον. Dion l. 3. Pacis veſtis, vt
Sagū, & Paludamentū belli. aſt & togis incincti ad pugnā ire ſoliti. Feſt. La-
vea ea, palliū teres. Tert. Integra fuit P. Manutio, ſine ſciſſura & ma-
nicis. Brachia ſi emittenda, reiecta in tergum ima togæ. Cinxere eam
laxiori, vel aſtricto, vel Gabinio cinctu. In hac laxitatem & nitorem quæ-
D rebant, ſordes fullonibus eluentibus. Menſura togæ iuſtæ ſi ſex vlnas ha-
beat. Iſiod. l. 19. c. 24. Togā ad calceos vſq; mittebant, vt Græci palliū. Lap.
QVISQVIS DIMISSAM AD TALOS TOGAM IN VRBE HABE-
TO. De eius rugas, tilias, tabulatas fingendi arte. Tert. de pall. Non ſplen-
deat toga, nec ſordeat quidē. Sen. Multi in opidis Italiæ viui nunquam,
ſed in funere tantum toga ornati. Qui Romæ ea grauabantur palliati,
vel penulati, vel lacerati prodibant. Hadrianus Senatores & Equites
Rom. ſemper in publico togatos eſſe iuſſit; niſi ſi a cæna reuerterentur. Ipſe
cum in Italia eſſet, ſemper togatus proceſſit. Spart. M. Ant. per Brunduſiū
venit

venit in Italiam *togã,& ipſe ſumſit,& milites togatos eſſe iuſſit. Nec vnquã* E
ſagati fuerunt ſub eo milites. Capit.de Alex. *In Vrbe tamen ſemper togatus fuit, & in Italiæ vrbibus. Prætextã & togã nunquã niſi conſul accepit.* *Rabirio* exprobratum, quod *Alexandriæ palliatus fuiſſet.* & a *Cicerone Verri*, quod ſteterit *ſoleatus cum pallio purpureo muliercula nixus in litore. Scipioni* obiectum quod *cum pallio crepidiſq; inambulaſſet* in Gymnaſio. *Aqua & igni interdictis* ea vti nefas. Id indumentum cum *Romanis* proprium eos *Togatos*, vti *Græcos Palliatos* dixere, et eorum fabulas *togatas, palliatas*. Sæpe & *Togati* pro cauſarum patronis, & *Toga* pro eo officio. Apul.l.1.Mil. *Forenſes rabulæ, & pragmatici viliſſima capita forenſia, vulturvq; togati.* Lap. V.S.TOGATVS, explico *vice ſacra*. Sym.l.5. c.41. *Epictetus togæ forenſis honore priuatus*. Caſſ.l.6.ep.4. *Togata dignitas.* Nou.Valent.de confir.quæ admin. *Curules ad togã præparare.* Non. F
c.14. Toga *olim cõmune veſtimentũ, & diurnũ & nocturnũ, & muliebre & virile.* Honeſtiores tamen feminæ ea ſpreta *ſtola ſine inſtitis* vſæ, meretricibus amata. hinc *togatæ mulieres*. Tert.ap. *Infeliciſſimæ libidinum victimæ a matronis cultu diſtinguuntur*. Variæ eius ſpecies extitere. *Prætexta*, Grecis περιπόρφυρος, *quod purpurã in ora haberet.* Liu l.34. *Purpura viri vtemur, prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotijs: liberi noſtri prætextis purpura togis vtentur: magiſtratibus in colonijs, municipijſque hic Romæ intimo genere Magiſtris Vicorum togæ prætextæ habendæ ius permittemus: nec id vt viui ſolum habeant tantum inſigne, ſed etiam vt cum eo crementur: feminis duntaxat vſu purpuræ interdicemus?* Lamp. Alexander *accepit prætextam etiam cum ſacra faceret, ſed loco Pontificis Max. non Imperatoris.* Filijs & *libertinorum* conceſſa. cauſa eſt apud Macr.l.1. G
ſat.c.6. *Prætores aliquem capitis damnaturi prætextam prius depoſuerunt, eam fortaſſe ob cauſam, quia triſtem ſententiam in veſte lætitiam indicante, ferre non deceret.* Val. *Puerilem* hanc *togam* puellæ nupturæ, pueri *Virilem* ſumturi ponebant. De ætate diſcordant; pars finem xv. anni, alij xvi. & xvii. definiunt. Vltimis calculum adijcerem; *Prætexta* enim poſita, confeſtim militare cepere. at militiæ auſpiciũ ab anno xvii. quare & *tirocinium ætatis*, & eam ſumentes. Plin.8.c 48. *tirones* dicti. Porro *virilem ætatem a XVII.an.deſumunt.* Tac. *Caligula* xix. cepit. *Virili* ergo honorandi in *forum* ducti, ibiq; *lanugine & prætexta* deueſtiti. Iuu. ſat.3. *Ille metit barbam, crinem hic deponit amati. A Prætore* eam in Capitolio *ante deos* accipientes numum ædi *Iuuentutis* inferebant. Dion.l.4. Dies mutatæ veſtis *Liberia* in faſtis dicitur cadens in XVI.K. *Apr.* Primo anno H
Virilis toga modeſtiæ cauſa in humerum non reiecta. Cic.pro Cæl. *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, vt exercitatione ludoq; campeſtri tunicati videremur.* Hoc & *Florentiæ* notaui in *ampliſſimo regioq; Magni Tuſcorum Ducis muſæo*, in ænea ſtatua, quæ *Scip. Africani* celebratur. *Virilis & Libera* dicitur, & *toga* ἁπλῶς. *Pura vulgata priuata veſtis* vocata, quod *alba*, nulla admixta purpura foret, ἀπόρφυρος *expers purpuræ*. Plut. Cui opponitur *Clauata*. Hier. *Tunicam* μεσοπόρφυρον, *clauatam purpurã*. *Candida* honores petebãt, quam Polyb. I

maluit

Digitized by Google

A maluit λαμπρὰν, quam λευκὴν *ſplendẽtem* dicere. Cuius nitorem & *creta* prouocarunt. Iſiod. l. 19. c. 24. *Addita, creta quo candidior foret.* Perſ. *Cretata ambitio.* *Picta* ſeu *purpurea.* Plut. ἁλουργὸς χρυσόπαστος, amictus *Etruſcus* triumphãtium. *Palmata* a palmis pictis. Cap. de Alex. *Palmatã tunicam, & togam pictam primus Romanorũ priuatus ſuam propriã habuit: cum ante Impp. etiã de Capitolio acciperent; vel de Palatio.* In *Palmata*; quam *Gratianus Auſonio* iuuentutis ſuæ rectori, nouo *conſuli* miſit, vt ipſe ſcribit, *Diuus Conſtantius parens noſter intextus.* *Toga præſidiaris.* Spart. in Seu. *Togam præſidiariã ipſius Imp. accepit.* *Toga pulla* atri coloris geſtamẽ, quod ſub Impp. *plebis* fuit. *Pullata paupertas.* Calpur. Quare *nobiliores* ciues *Candidati*, vt *Pullati viliores* erant. *Sordida, alba* ſeu obſoletior. Hac magis pallẽti & ſqualenti die iudicij amicti *niuea exuta*, inde
B *Sordidati.* *Toga fuſa, multis ſinubus implicata.* Suet. c. 73. Auguſtus *togis neque reſtrictis, neque fuſis* vſus. *Toga ſubmiſſa* nullis ſinubus. Spart. De *Toga & Laticlauo* vide, quæ docte commentatus meus *Hier. Boſſius Mediolani Profeſſor* eius cathedræ, ex qua *Sigonius, Victorius, Maioragius*, & alij celebres viri, & nuper *Erycus Puteanus* V. C. æterna cum laude erudierunt. RVFVS) in multis familijs, & vltra XXX *Rufi* reperiũtur. EQVES ROM.) Liu. *Equites Romani principes iuuentutis, equites ſeminarium Senatus, inde lecti in patrum numerũ Coſs. inde Impp. erant.* Duplex vero *Eques*, quorũ hic *ſenatori* & *plebi*, alter *pediti* opponitur. *Eques equeſtris ordinis* P. Manutio eſt, *patre equite non-ſenatore*, nude *Eques ex ſenatore* natus *Senator equitis* quidem nomen dimiſit, ſed *anulum aureũ, Equũ pub.* retinuit *Auguſto* cũ *Laticlauo* permutato. Vno vero ſolũ anu-
C lo vti licebat: at promiſcui facti II. *Punico bello: neq; enim aliter potuiſſent trimodia illa anulorũ Carthaginẽ ab Hannibale mitti.* Plin. 30. c. 1. *Cenſus*, & vt Suet. in Cæ. c. 33. *patrimoniũ Equitum*, CCCC HS. erat. *Decoctoribus* ius ſedendi in XIV. ablatum. Cic. 2. Phil. *Sediſti in XIV. cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus; quanvis quis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet.* Plin. 33. c. 2. *Equitum nomen ſæpe variatũ eſt, in his quoq; qui ad equitatũ trahebantur. Celeres ſub Romulo, Regibuſq; appellati ſunt, deinde Flexumines, poſtea Troſſuli cum opidũ in Tuſcis citra Volſinios, hoc nomine paſſuum X. millia ſine vllo adiumento peditum cepiſſent.* Societates & *Equitum* fuere. Tac. l. 4. *At frumenta & pecuniæ vectigales, cetera publicorum fructuũ, ſocietatibus Equitum Rom. agitabantur.* Similes *Societates* hodie *Ioannitarum*, *S. Iacobi*, & aliorum.

D 245. CESTIO) *Ceſtij* plebei. *Ceſtius* qui ſe *Macedonicũ* vocauit, quod in *Macedonia* militarat, *Cæſare* victore *incendit ædes ſuas, & ſe in ignem iniecit, tum ventis flammã diſſlantibus per totam Peruſiam, cremata ſunt omnia, fano Vulcani tantum excepto.* App. *Ceſtius* Ciceronẽ literas ſciſſe negat. Sen. 7. ſuas. *Cum M. Tull. filius* Ciceronis *Aſiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter vrbanitatẽ, cenabat apud eum Ceſtius: M. Tullio & natura memoriã dempſerat: & ebrietas, ſi quid ex eo ſuperat, ſubducebat: ſubinde interrogabat. quis ille vocaret, qui in imo recumberet: & cum ſæpe ſubiectũ nomen Ceſtij excidiſſet, nouiſſime ſeruus, vt aliqua nota*

P memo-

memoriam eius faceret certiorẽ interroganti domino , quis ille eſſet, qui in E
imo recumberet, ait: hic eſt Ceſtius, qui patrem tuum negabat literas ſciſſe. afferri protinus flagra iuſſit, & Ciceroni, ut oportuit, de corio Ceſtii ſatisfecit.

Ɔ) numeri notam credo, & idem, cum ſit C. inuerſa, quod L. ſignare.

248. ƆOMO POLLENT) *patria Pollentia*, in *Balearijs Inſulis* opidũ: itẽ *Liguriæ*. Silu. l. 8. *fuſciq; ferox Pollẽtia villi*. Alia *in Piceno*. Plin. 3. c. 47.

249. AEMILIO) Patriciam *Aemiliã gentẽ appellatã dicunt a Mamerco Pytaghoræ Philoſophi filio; cui propter unicã humanitatẽ cognomen fuerit Aemilos. alij quod ab Aſcanio deſcendit, qui duos habuit filios Iulum, & Aemilon*. Feſt. In ea *Mamerci. Barbuli, Pappi, Pauli, Scauri, Reguli, Bucc.* *M. Aemilius Paulus* Cos. cum Ser. *Fuluio* claſſe CCCLXIV. nauium in *Africam* traiecit, a Pœnis CXIV. ereptis, in *Siculo mari* naufragium paſſus nauibus vix XXC. ſuperſtitibus. *Maiorẽ hac cladem vno tempore mari* F
acceptã ne hiſtoriæ quidem commemorant. Polyb. l. 2. M. *Lepidus Aemilius Ptolomæi* in *Alexandria* tutor. In num TVTOR REG. *regis* ALEXANDREA.

250. DOMITI) *plebeij, Caluinorum* & *Ahenobarborũ* cognomen, & CN & L. tantum *prænomen* vſurparũt ſic variatum; modo tres L. ſequentes III. *Cnæos* dicentes, *modo alternantes per ſingulas* perſonas. Suet. in Ner. c. 1. De *Cn. Domitio* Neronis auo *Licinius Craſſus orator, non eſſe mirandum, quod æneam barbã haberet, cui os ferreum; cor plumbeũ*. Ibid. c. 2. *Domitius* Corbulo in *Armenia* bellum geſſit, cuius fuit illud: *hoſtẽ dolabra vincendum*, h. e. ſenſim. *Domitius Afer* ſe Caium *Oratorem magis, quam Cæſarem expaueſcere* dixit. Dion.

251. AVL.) interpretor annos vixit. L.

252. ARA) Lact. Gram. *Tria fuerunt in ſacrificijs loca, per quæ expia-* G
tionẽ faciebant, ſcorbiculo facto Dijs Inferis, aris Terreſtribus, Cœleſtibus extructis focis. Vnde denominata etiã ſunt altaria, ad quæ cum ſacrificant manus in altum porrigunt. Ait Varro apud Macr. 3. ſat. c. 1. *Primum anſas dictas; quod eſſet neceſſariũ a ſacrificantibus eas teneri. quas iurantes amplectebantur.* Iuſt. l. 24. *Ptolomæũ ſumtis in manus altaribus; contingens ipſa ſimulacra, & puluinaria deorum inauditis vltimiſq; execrationibus adiurat.* Virg. 2. Æn. *Tango aras, medioſque ignes & numina teſtor.* Conditio aræ apud Pauſ. in Eliac. *Aræ in Olympia crepido prima (prothyſis dicitur) ambitum complectitur pedum CXXV. poſt prothyſin cuiuſuis menſura eſt pedum XXXII. altitudo aræ totius ad XXII. pedes aſſurgit. Ipſa ſacrificia in parte ſub prothyſe ſolent ex vſu immolare. femora autẽ ſurſum in altiſſimũ aræ locum ablata incendunt. Gradus vtroque latere lapidei ad prothyſin* H
educunt. a prothyſe autẽ in tota aræ ſuperiora gradus adhibentur cinerei. vſque ad prothyſin & virginibus licet aſcendere & mulieribus. Vela ante ſanctiores aras ac ſtatuas, abduci & deduci ſolita primum *Lipſius* el. 2. c. 18. vidit. Certa lege eæ dedicatæ. exemplũ do aram *Auguſto* voto datã:

PLEBS NARBON. ARAM NARBONE IN FORO POSVIT AD QVAM QVOTANNIS VIIII. K. OCTOB. QVA DIE EVM SAECVLI FELICITAS ORBI TERRARVM RECTOREM EDIDIT TRES EQVITES ROMANI A PLEBE ET TRES LIBERTINI HOSTIAS SINGVL. INMOLENT ET COLONIS ET INCOLIS AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS THVS ET VINVM DE SVO EA DIE PRAESTENT ET VIII. K. OCTOB. THVS ET VINVM COLONIS ET INCOLIS ITEM PRAESTENT. K. QVOQVE IANVAR. THVS ET VINVM COLONIS ET INCOLIS PRAESTENT.

Digitized by Google

A STENT VIII. QVOQVE IDVS IANV. QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM
AVSPICATVS EST THVRE VINO SVPPLICENT ET HOSTIAS SINGVL. INMOLENT ET
COLONIS INCOLISQ. THVS VINVM EA DIE PRAESTENT. ET PRIDIE K IVNIAS QVOD
EA DIE T. STATILIO TAVRO MV. AEMILIO LEPIDO COSS. IVDICIA PLEBIS DECVRIO-
NIBVS CONIVNXIT HOSTIAS SINGVL. INMOLENT· *Cum aris, coronis & odoribus*
Demetrio Poliorcetæ obuiam itur. Ath. Aræ *inuiolabiles*. Cic. *in aram tri-*
bunicam confugere. Ouid. *Portus & ara fugæ.* inde abſtrahi nefas, imma-
nis tamen ſceleris reos igne fugabunt, vel clauſis valuis enecabant. Va-
riæ fuere; *Gramineas* Maro citat. Turn. *ceſpitias* dicit. *Iouis Olympij*
apud Eleos & Pergameos *ex cinere femorum Ioui immolatorum* Pauſ. l. 5.
apud Didymos condita ab *Hercule Thebano ex ſanguine ſacrificiorū*. Ibid.
Cornea Apollo delectatus, *quæ inter* VII. *Mundi Miracula celebratur, quod*
neque glutine vllo, neque alijs vinculis cohærens a ſolis dextris cornibus cō-
B *pacta eſt*. Plut. In hac *nullum animal ſacrificatur*, *quam Pythagorā velut*
inuiolatā adoraſſe produnt. Mac. l. 3. ſat. c. 6. *Aræ* & in ſcenis: in *comœdia*
Apollinis dextra ara, at in *tragœdia Bacchi*. *ſiniſtra* illius, cuius ludi ce-
lebrabantur. *Hercei Iouis* ara *ciuem* efficiebat. Arnob. Aræ *priuatæ ſtru-*
ctæ erant, & quicunque Herceum Iouē habebant, ius ciuitatis etiā habebant.
Feſt. *Deum Penetralē* vocat. Trinis is oculis, quo imperium *cæli*, *aquæ*
& *terræ* ſignificatur. Athenis *Contumeliæ*, & *Impudentiæ* aras. *Iano XII.*
aras pro totidem menſibus dicarunt. Mac. l. 2. ſat. c. 9.

IMP. CAE.) h. e. *Tiberio*, cui viuo non tam *aræ*, quam *templa* ſtructa.
Tac. l. 4. an. *Hiſpania Vlterior miſſis ad Senatū legatis orauit, vt exemplo*
Aſiæ delubrum Tiberio, matrique eius conſtrueret. Contra *Octauius* nulla
in *prouincia, niſi communi ſuo Romæq; nomine recepit. Nam in Vrbe quidē*
C *pertinaciſſime abſtinuit hoc honore*. Suet. c. 52. Culpatus tamen a Tacito
eſt, quod *templis coli* voluerit. Ad cuius aram *Lugduni-Galliæ* LX. populi
conuenire ſoliti. Strab. l. 4. *Cum inſcriptione* enim *gentium* LX. *numero*
& imagine ſingularum.

254. PRIMO PILO) *Primo & primipilus caput Centurionū*, & *dux*
legionis fuit, cum *aquilam* cuſtodiat. Veg. l. 2. c. 8. *Centurio primipili non*
ſolū aquilæ præerat, verum etiā quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos
milites in prima acie gubernabat. Dion. cui LX. *centurias ſubſequi, & quod*
iuſſerit exequi lex iubet. Hinc τȣ̃ τάγματος *legionis* ἡγεμὼν *princeps* ſeu
dux, &, ςρατοπέδαρχης *præfectus* Dion. dicitur. Item. *Primus Centurio*.
Liu. *Primus centurio, quem nunc Primipili*. Cuius antiquiſſima hæc in Li-
uio mentio propere *libertatem* ſubſequens: *Populus dedicationē ædis dat*
D *M. Plætorio Centurioni primipili*. Centuriones ceteros *ſecundi, tertij Tria-*
rios dictos Manutius voluit, ſed Sigonius *ſecundi, tertij pili Centuriones*.
Quod nec *Lipſio* diſplicet ab exemplo aliorum *ordinum*. in Veg. *Tria-*
rius prior, ſecundus. Alios *primi-pilos* in vtroq; Codice habes, ſed diuer-
ſos ab his, qui nempe *ad paſcendos milites ſolenniter ad limitē deſtinantur*.
Hinc ibi *paſtum primipili*. At tunc potius *miniſterium*, quam *honor* erat.
Honore functi *Primi-pilarij* nominantur, quos Suidas confudit *primipi-*
los, & primopilarios appellās. *Primus-pilus* Manutio *Ordo* eſt, quē *Primi-*
pilus duxit. Cæſar l. 3. *Scæuā* (in cuius *ſcuto* inuenta ſunt *foramina* CCXXX)

Digitized by Google

centurionem *ab octauis ordinibus ad primũ pilum traducere pronunciaret.* B.
Clarius Suet. in Cal.c.44.firmat. *Pleriſque Centurionũ maturis iam, & nonnullis ante pauciſſimos, quã conſummaturi eſſent dies, primos pilos ademit, cauſatus ſenium cuiuſque & imbecillitatem.*

256. VIBONIENSIS) *Gentilis* opidi *Brutiorum. Biuonæ-Siciliæ* dixiſſem, ni *Fazello* habenda fides *noui nominis opidũ* vocanti, a *Carolo* V. an. MCCCCLIV. *ducatus titulo* donatum. hodie ſubeſt *Ant. de Monte-Catena Duci Montis-Alti.* 257. ΔΗΜΟϹ ΘΕΝΗ) dubito an ſit *Atheniensium* dux contra *Syracuſas* pro *Catana* miſſus. *Syracuſanis* victoribus, vt Iuſtin. a *captiuitate, & gladio voluntaria morte ſe vindicat.* item & Plut. At Thuc. ab ijs cum *Nicia* trucidatum refert. *Nicias* vltro cum ſe tradidiſſet, columnæ non adſcriptus, quo *Athenienſes* foris pereuntes milites ad notabant. Pauſ.l.1. F.

XAIPE) Latini *Haue.* Lamp. de Alex. *Salutabatur nomine, hoc eſt, Aue Alexander: ſi quis caput flexiſſet, aut quid blandius aliquis dixiſſet, vel abijciebatur, vel ridebatur ingenti cacchinno.* ſupra. *Salutabatur quaſi vnus de ſenatoribus.* Inprimis vero *Auguſtis matutinum aue,* quaſi officium à *Togatis* debebatur. Tralatus certe mos a *Dijs,* quos mane ſalutabant. Sen. ep.95. *Vetemus ſalutationibus matutinis fungi, & foribus aſſidere tẽplorũ: humana ambitio iſtis officiis capitur. Deum colit, qui nouit.* Infra ſe ergo *Alexander* putauit alijs ſalutem dicere. Plut. in Phoc. ideo *victo Dario abſtulit ab epiſtolis τὸ χαίρειν, exceptis quas Phocioni ſcribebat, quẽ vnum, ſicut Antipatrũ compellebat poſt ſalutẽ dictam.* Defunctos quoque ſaluere iuſſerũt. Var. *Ideo mortuis ſalue & vale dici, non quod valere, aut ſalui eſſe poſſent, ſed quod ab ijs recedimus eos amplius non viſuri.* G

CAP. XVI. XX. HER. Vectigalia. Pomponij. Siti. Vſuræ. Porticus. Aquæductus. Locus in Cicerone emendatus. EI pro I. Sacerdotes. Andron. Liuia Aug. Alonitium.

259. XX. HER.) *vigeſimæ hereditatis.* Libera Rep. xx. de *mercibus* S.P.Q. ſoluta. Liu. *Impetrarunt ne frumenti æſtimationẽ magiſtratus Ro. haberet, neue cogeret vicesimos vendere Hiſpanis Hiſpanos quanti ipſe vellet. Viceſimã* & *Athenæ* maritimis populis iniunxere. Liu. XX. autem *hereditas* ab *Auguſto* cepit. Ei *ærariũ militare* implendi vias a *Patribus* roganti placuit XX *pars hereditatũ & legatorũ,* quæ cuiq; obueniſſent *teſtamento,* exceptis ſanguine valde iunctis, aut admodũm pauperibus, in *ærarium militare* vt inferretur; *quaſi ſcriptum in Cæſaris commentarijs id genus penſionis reperiſſet.* Dio.l.55. *Tributũ intollerabile & facile heredibus extraneis, domeſticis graue. Itaq; illis irrogatã eſt, his remiſſum.* Plin. in paneg. *A Nerua Traiano,* & M. *Antonino* mitigatum, a *Gratiano* verò penitus ablatum. Locabant hoc *publicanis,* dictis in libris L.L. *Viceſimarij.* Hos diuerſos a PROC. XX. HER. reor, quod hi *Fiſci bono procurarint,* illi inter ſpem lucri metumq; iſtud pacti ſint. & ſic hic XX. HER. abſq; PROC. mentione *Publicanum* credo. Maximi hi olim. Val.l.6.c.9. *T. Aufidius cum Aſiatici publicani exiguã admodũ particulã habuiſſet: poſtea* H

totam

Digitized by Google

A tótam *Aſiam* Proconſulari *imperio obtinuit. nec indignati ſunt ſocij eius pa-
rere faſcibus, quæ aliena tribunalia adulantē viderant*. Cic. pro Plan. *Flos
enim Equitum Ro. ornamentū ciuitatis, firmamentū Reip. publicanorū ordine
continetur. Veſpaſiani* pater *publicanū quadrageſimæ in Aſia egit*. Suet. c. 2.
P. *Rupilius* publicanis in *Sicilia* ſeruiuit. Val. Diſpares muneribus colligo.
hic enim XX. HER. VIL. SVMMAR. *Villarū*, vel *Viliorū Summarū* lego,
alijs *hereditates maiorū ſummarū* exigentibus. Procliuis & in hanc opi-
nionē fui XX. HER. hic *Vigeſimarū heredē* ſignificari, cuius maiores id
vectigal *hereditario a Populo Rom.* redemerant. ſuadebat quod & PRI-
MOGENITVS XX. HER. ſubijciatur. Vectigalium varia genera
in hiſtorijs occurrunt: *Binæ, tertiæ decimæ, vndecimæ, duodecimæ, quin-
ta viceſima venalium mancipiorum.* pro τὸ τέλος enim apud *Dion* τῆς
B πεντηκοστῆς *vectigal Quinquageſimæ*, Lipſ. reſcribit πεντεικοστῆς *Viceſimæ
quintæ*. Id ad *Vigilū cohortes Auguſtus* traduxit. *Centeſima rerum vena-
lium*. Tac. *Centeſima auctionū*. Suet. in Cal. *Ducenteſimæ, millenæ, octaua
libertorū*. Dio Caligulæ *pro litibus quadrageſima ex gerulorū diurnis quæſti-
bus, pars octaua ex capturis proſtitutarū, quantum quæq; vno concubitu me-
reret*, exacta. Suet. c. 40. Alexander hoc *lenonum vectigal & meretricum in
ſacrum ærarium inferre vetuit, ſed ſumptibus publicis ad inſtaurationem
theatri, circi, & amphitheatri, & ærarij deputauit*. Lamp. *Vrinæ* vectigal
Veſpaſianus induxit. Suet. c. 23. *Reprehendente filio, quod etiā vrinæ ve-
ctigal cōmentus eſſet pecuniā ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitās
num odore offenderetur: & illo negante, atq; inquit, e lotio eſt*. Videtur dici
Chryſagirū. Conſtant. Manaſſes. *Chryſagirū ſuſtulit Anaſtaſius Imp. quod
C erat, vt omnes viri, feminæ, pueri, ſerui, liberi, numum argenteū nomine
ſtercoris, vrinæ fiſco darent. idē muli, equi, boues*. Apud Xiph. in Ner. Nec
mori licet apud eos Romanos *ſine tributo & multa*. Etiam de *vmbra* ar-
boris. Plin. l. 12. c. 1. *Quis non iure miretur arborē vmbræ gratia tantum ex
alieno petitū orbe? Platanus hæc eſt per mare Ioniū in Diomedis Inſulē eiuſ-
dē tumuli gratia primū conuecta, inde in Sicilia tranſgreſſa, atq; inter primas
donata Italiæ, & iam ad Marinos vſq; peruecta, ad tributarium etiā perti-
nens ſolum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant*. Capnicon ſeu ex fumo
Nicephorus Imp reperit. Zon. l. 3. *Mich. Paphlago* pro *aere*. Cedr. *Alexan-
driæ*, vt tollerentur *genethliaci*, & *curioſarum artium* profeſſores, vecti-
gal pendebant, quod Suid. βλαψιννόμιον dicit.

260. ΠΟΝΠΩΝΙΑ) *Pomponia* gens a *Numa* primordia ducit. Plut.
D Numam IV. *filios habuiſſe edunt Pomponē, Pinum, Calpū, & Mamercum,
quorū vnūquemq; proſapiā & claræ ſucceſſionē gētis reliquiſſe. Pōponi enim
eſſe Pōponios ſubolē, Pini Pinarios, Calpi Calpurnios, Mamerci Mamercios.*

263. R. A. S. P. I. P) *Gueuara* in epiſtolis interpretatur: *Reddite aliena
ſi vultis propria in pace poſſidere.* Recens antiquo lapidi illas notas in-
ſcriptas eſſe ſuſpicor, cum inſuetæ eæ *Romanis*.

270. HIC SITA EST.) H. S. E. *Siti dicūtur ij, qui cōditi ſunt, nec tamē eorū
ante ſepulcrū eſt, quā iuſta facta et corpus incēſū eſt*. Cic. 2. ll. *Siticines appel-
lati, qui apud ſitos canere ſoliti eſsēt, h. e. vita functos, et ſepultos*. Gel. 20. c. 2.

272. VRA-

Digitized by Google

272. VRAVIC.....) lego *vſura viceſima. Vſura maxima* conſtituta E
erat *Centeſima*, cum *menſtruus numus*, ſeu *duodeni annui*, (*Athenis* pro
mina drachma) ſoluerentur. *Vnciaria*, item & *vſurarũ As* dicitur, vnde
minores, ac *aſſium partes* manarunt; vt *ſemis* dimidiam *centeſimæ*, *quincunx* v. *quadrans* IV. *triens* tertiam, *ſemiunciaria* XXIV. partem quotmẽſibus pendẽs. In lap. BINÆ CENTESIMÆ. & in Cic. 6. Att. e. 1. Quaternę.
Eius cauſa leges ſæpe latæ. Tac. an. l. 6. *Sane vetus Vrbis fænebre malũ, & ſeditionũ, diſcordiarũque creberrima cauſa:* (quo ſtimulãte *plebs* in *Montẽ ſacrũ* ſeceſſit. Liu.) *eoq; cohibebatur antiquis quoq; & minus corruptis moribus. Nam primo* XII. *tabulis ſanctũ, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletiũ agitaretur. dein rogatione tribunitia ad ſemuncias redacta. poſtremo vetita verſura multiſq; plebiſcitis obuiã itum fraudibus, quæ toties repreſſæ, miras per artes rurſum oriebãtur.* Dioc. F
& Max. l. 20. C. ex quib. cau inf. irr. *Improbũ fœnus exercentibus, & vſuras vſurarũ illicite exigentibus infamiæ macula irroganda eſt.* Hoc vero ſubinde obſeruatum eſt, vt quo quis nobilior eo minor fœnerandi venia eſſet. Iuſt. l. 26. C. de vſur. *Illuſtribus trientẽ tantum, ergaſteriorũ præfectis & mercatoribus beſſem, ceteris ſemiſſem ſtipulari* permiſit. Quare *Alexandri* lex a doctis ridetur, qua cauit *Senatorũ vſuras ad ſemiſſes, fœneratorũ ad trientes penſiones contrahi*, ne minorem, quam ipſe olim, quæſtum facerent. Nam *fœnus publicum trientarium exercuit*. Lamp.

276. PACILIAE) & *Verre Siciliæ* Prætore hæc gens *Thermis*. Cic. 2. Ver. *M. Pacilius quidã homo egens, & leuis accedit, ait ſi liceret nomen abſentis* (*Sibenij Romã*, ne a *Verre* cederetur, profugi) *deferre ſe velle.*

278. PORTICVS) propriè locus domi minus oculis expoſitus. In- G
ter *delinimenta vitiorũ porticus, & balnea, & conuiuiorũ elegantiã*. Tac. in Agr. retulit. *Publicæ* inſtitutæ, vt temporis iniurias ſubterfugiant. hinc Vlp. *Refugia* Latine reddidit. Hæ & Philoſophorũ ſcholæ euaſere. Athenis Stoici ſub ea diſputabant. Ibi etiam habitandi locus. Spart. in Seu. *Tota vrbe milites in tẽplis, in porticibus, in ædibus palatinis, quaſi in ſtabulis manſerunt.* Subterraneæ *Cryptoporticus* audiere. *A familijs*, & *hortis* Romæ denominabant. *Liuia* nomine Auguſti in III. *regione* fecit, quæ *ſubdiales* habebat *deambulationes*. & *Caracalla patris nomine*, *quæ geſta illius contineret, & triũphos, & bella*. Spart. Porticũ *Auguſtus fecerat, in qua ſimulacra omniũ gentiũ collocauerat, quæ porticus appellatur ad Nationes*. Seru. l. 6. ff. de aur. & arg. leg. Heredis mei fidei *committo in patria mea faciat porticũ publicã, in qua poni volo imagines argenteas, itẽ marmo-* H
reas. Neronis M. paſs. durabat. *Olympiæ* porticus in nemore *Iouis*. Pauſ. l. 5. ποικίλην, *Variam*. Plin. 36. c. 15. *Heptaphonon appellant. quoniã ſepties eadẽ vox auditur.* Scribit Strabo l. 13. *Publico Cumæos nomine pecuniam mutuã cepiſſe pignori oppoſitis porticibus, quã cum non reddidiſſent ad diẽ dictũ prohibitos fuiſſe ambulationibus. Imbribus tamen accidentibus creditores verecundia ductos præconis voce eos inuitaſſe, vt ſub porticus ſubirẽt. proinde cũ præco clamaret ſub porticus ſubite: deditũ ſermoni: neſcire Cumanos imbribus decedentibus ſubeundũ eſſe ſub porticibus, niſi præconio admonerentur.*

A 287. CONS.) explano *conſeruatori.* huc facit numus argenteus S.P. Q. R. *cæſari* PARENT. CONS. SVO.

289. (ΣΕΙΛΙΚΙΑ ΜΕΛΛΟΥΣΑ) apud Grut. SELICIA MELETE. Delectati veteres *blandiloquum ſexum* blandis, molliibuſq; vocabulis appellare. Hinc in lap. MELITANA. SVAVIS. SPES. VENVLEIA. PVLCELLA. FELICVLA. *Nigella, Ruſticella.*

295. AQVÆ CORNELIAE DVCTVS) Id nominis a *P. Cornelio Lentulo Principe Senatus* adhæſiſſe ſuſpicor. qui M. *Aquiliũ* contra *Verrẽ, & Rullum* accuſauit. inuidia extorris in *Sicilia* fata perſoluit. An.V. ccccxLI; vt *Sex. Iul. Frontinus aquarũ curator*, & cum eo Lipſius, *Romã aqua per* xII. *fere millia paſſus aduecta Appio Claudio Craſſo Ceſ.* cum ante *Tiberi*, & puteis contenti fuiſſent. Plin. tamen l. 31. c. 3. ſub *Anco Martio*
B cepiſſe vult. Et Paul. l. 5. C. ne quid in loco, pub. *Si per publ. locum riuus aquæductus priuato nocebit, erit actio priuato ex lege* xII. *tabularũ, vt noxa domino caueatur*. Quæ leges diu ante ccccxLI. an. latæ. Quo modo Aquæductus creuerint, Plin. loquitur: *Si quis diligentius æſtimauerit aquarum abundantiã in publico, balineis, piſcinis, domibus, euripis, hortis, ſuburbanis villis, ſpatioq; aduententis extructos arcus, monteſq; perfoſſos, conualles æquatos, fatebitur nihil magis mirandũ fuiſſe in toto orbe.* Tales Procopius in Vrbem xIV. *coctili laterculo, ea latitudine, ac ſimul magnitudine, vt vir, eques cõmode per eos poſſit incedere*, inductos refert. Victor vero xx. In quorum nonnullis *fornices ſubleuati centum nouẽ pedes*. Front. Iſti *cuniculi lapideis fornicibus ſuffulti, nonulli ſpatiũ currus fœno onuſto transcunti præbent*. Strab. *Aquæductus* Clodianos iuxta *Sublaqueum Alb.* Leander
C *Bononienſis* inpenſe admiratus, ſcripſit *ad ſimilia opera excitanda, quod nũc totus Orbis impar futurus videatur. Erogatũ in id opus. H.S. ter millies.* Plin. id eſt, vII. *milliones & ſenis.* Agrippa *in ædilitate ſua adiecta Virgine aqua, ceteris corriuatis, atq; emendatis, lacus* DCC. *fecit, præterea ſalientes CV. Caſtella CXXX. cõplura etiã cultu magnifica operibus illis ſigna* ccc. *ærea, ac marmorea impoſuit, columnas ex marmore* cccc. *eaq; omnia annuo ſpatio.* Plin. Quod primo *per ſeruos priuatos ſuos feciſſe*, eamq; *familiam Auguſto* morientẽ legaſſe Frontinus indicat. Magnifici operis *Aquæductus Syracuſis*, antiquum earum opulentiæ poſtumum monumentum vidimus, *quadrato ſaxo* xx. M. paſ. *Sortinum* vſq; excedens, per quos ex *amne Buttigleria* per *limpidos Sortini fontes* aqua *Syracuſas* influit. cuius tubæ diu obſtructæ, inpeditæq; aquarum vbertatem *Syracuſis* ademe-
D rant, donec Pet. *Caietanus Sortini Dynaſtes*, præclaro in illam Vrbem amore, ære ſuo Lv. millium *Philippicorum* eas purgarit, priſtinoq; nitori reſtituerit; vnde *Illuſtriſſ. Sortini Marchionibus* annui reditus MMD. *Phil.* ceſſere. Nec tantum *Tubi* vel *fiſtulæ ſtructiles ligneæ, fictiles, & plumbeę* fuere, ſed & *folles argenteos* Epiphanius in literas retulit. *Leonis* effigie ideo fabricari ſoliti, quod quum *Sol* eſt in *Leone*, ſæpenumero in duplum ipſius *Nili* aqua excreſcat.

298. ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ) in Latinis D.D.O. & DIS DEABVSQ. OMNIBVS, ſeu COMMVNIBVS. PENATIBVS FAMILIARIBVS. numus DIIS DEABVSQ. CVM IOVE.

ΔΙΟΤΕ.

ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ ΛΑΠΙΡΟΝΑ) auguror non inanibus inductus argumentis E
hunc ΔΙΟΓΕΝΗΝ *filium*, aut illius progeniei eſſe, qui vitio *exſcriptorum*, 2. Ver. *Dio* dicitur. Ad quem *Verres* quo die *Siciliam* tetigit, *Meſſana literas Haleſam mittit*, Cicero loquitur, *ſimul atq; e naui egreſſus eſt, dedit operam, vt Haleſinus ad ſe Dio continuo veniret, ſe de hereditate velle cognoſcere, quæ eius filio a propinquo homine Apollodoro Laphirone veniſſet. Ad Vrbē enim cum eſſet audiuit, Dioni cuidā Siculo permagnā veniſſe hereditatē: heredē ſtatuas iuſſum eſſe in foro ponere: niſi poſuiſſet Veneri Erycinæ eſſe multatum. Tametſi poſitæ eſſent ex teſtamento, putabat tamen, quoniā Veneris nomen eſſet, cauſam pecuniæ ſe reperturum.* Statuarum ſedes, tituliq; conſtanter *Diogenes* Lapirones denominant, nunquā ſic *Diones*, diuinandum exinde *Lapironum* appellatior ē *Diogenibus* ritu ęui adoptatam fuiſſe, inq; gentis *Diogenum* coaluiſſe, ob relictam ab *Apollodoro Lapirone prægrandē pecuniā*. F
Pugnant in hanc opinionem facilitas erroris, cum binæ tantum ab *exſcriptore* literæ ΓΕ omiſſæ ſint. Præterea nullæ ΔΙΟΝΕΟΣ tabulæ extant, at aliquot ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ. Nec ſimile veri DIONEM, qui beneficio *Q. Metelli ciuis Rom factus*, alijſq; eius gentis cum hac hereditate potentior patriæ euaſerit, abſq; titulorum honore fuiſſe. Porro nomen in *Cicerone* LAPHIRONEM, & vt alij L. AVALERONEM hic emendo, ac primam, & genuinam vocem LAPIRONEM exulem diu a Cic. Verrina reuoco.

299. CAESAREI) Ei pro I *longo*, raro pro breui mos antiquus ſcribendi. multa in ſaxis, & auctoribus veſtigia. In 256. lap. VENEREI. ſic & SEI. SEINE. VBEI. AGREI. & apud *Græcos* ει pro I. Eo modo & OY pro V ſcriptum. vt OYF. *Vfentina*. POnt.) max. G

301. FAL.) *Falerina ruſtica tribus*, ab agro *Falerno Campaniæ* nominata.

V.) *vixit*, V vt & Θ ſignificationem habent *feralis literæ, a ferali aue.* Eo loco in lap. 226. Ꞇ. *Longum*.

302. ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ) *Sacerdotum*. Strab. *Apud Getos ſacerdos deus dicitur, & mons ſacer exiſtimatur.* Cic. 2. de LL. *Eorum duo genera ſunto: vnum quod præſit ceremonijs, & ſacris: alterum quod interpretetur fatidicorū, & vatum effata incognita, quid ſenatus, populuſq; adſciuerit.* Eod. lib. *Sunt ad placandos Deos alij conſtituti, qui ſacris præſint ſolennibus: ad interpretanda alij prædicta vatum: neq; multorum, ne eſſet infinitum, neq; ea ipſa, quæ ſuſcepta publicè eſſent quiſquam extra collegium noſſet.* Horum aliqui Comitijs Curiatis lecti, vt *Flamines* & *Curio Max.* *Tributis* ab omnibus curijs ſolus primo *Pont. Max.* dein lege Domitia & *Pontifices*, H
Augures, VII. viri *epulonū*, *Feciales*, & X *viri* S.F. creare ijs ceptū. Alij a *Collegijs* ſuis adoptati *Salij* nempe, *Luperci*, *Fratres Aruales*, *Sodales Titij*, & *Sacerdotes Galli*. In lap. *Druſus* SACERDOS COOPTATVS IN OMNIA COLLEGIA SVPRA NVMERVM. His nobiles ad honores viam inibant, nec videtur ætatis habita ratio. *Ordo* is ferme ſacerdotum erat: *Maximus videtur Rex, deinde Dialis, poſt hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto Pont. Max.* Feſt.

303. ITALICEI) ideſt, *Italici* dicarunt; aut *ita licet*, ſtatuā nēpe poni.

Digitized by Google

A 307. ΑΝΔΡΩΝΑ) *Andronem hominem nobiliſſimum Aetnenſium lega-*
tum contra *Verrem* Cic.3.Ver. nominat. *Andronem Dionyſius Syracuſa-*
nus e bello redux ſecuri ferire iuſſit, non illico nunciante ſe arcis præfe-
ctum ab *Hermocrate* ad eius deditionem ſollicitatum fuiſſe. ſed tandem
cum ſimulaſſet ſe ab alijs auditum iam ab ipſo quoq; velle cognoſcere.
Polyæn.l.7.Male Faz. *ſedi'ia vn orum* interpretatur.

308. LIVIÆ AVGVSTI) id eſt. *vxoris.* *Liuiā Druſillā Liuij Druſi Clau-*
diani F.Auguſtus *matrimonio Tiberij Neronis,& quidē prægnantē abduxit,*
*dilexitque ac probauit vnice,ac perſeueranter.*Suet.in Aug c.62. Cauſam
amoris ipſa rogata detexit: *quia exquiſita pudicitia, omnia eius mandata*
lubenter exſequendo,nullas eius res ſcrutando,luſus eius Venereos neq; per-
*ſequendo,& diſſimulando.*Dio.l.58. Mater *Ti.*& *Druſi Neronum*;quorum
B hunc tertio à nuptijs menſe domi *Auguſti* edidit. Ipſe vero ex ea *nihil*
liberorū tulit, cum maxime percuperet. Obijt *ætate extrema vitæ* XXCVI.
Prudens mulier, quare *Caligula* pronepos *Vlyſſem ſtolatā* dixit. Suet. in
Cal.c.23.*Auguſtæ* fortunę IV.*Liuias* habemus:Vna Imp.*Druſi Ti.*cõiux,
adultera *Seiani*. Altera *Liu.Hoſtilia C.Piſonis*,à C. Cæ. *Caligula* abducta
& mox repudiata. Tertia *Liu. Horeſtilia Camilla*, *Claudij* ſponſa nuptia-
rum die perijt. *Liu.Ocellina* Imp. *Ser.Sulp.Galbæ* nouerca,à qua ipſe ad-
optatur ante Imperium *L.Liuius Ocella* appellatus. *Liuiū* genus *plebeiū*,
cuius cognomina fuere;*Salinator*,(a M.*Liuio* M.F. *Cenſore*,quod is *ſalis*
vectigal commentus,remanſit) *Denter*,*Druſus*,*Libo*, *Claudianus*, *Aemi-*
lianus. Quæ ſtirps innumeros generoſos viros edidit, vnde M.*Liu.Dru-*
ſus M.F.*Quæſtor Aſiæ*,nullis *inſignibus vſus, ne quid ipſo eſſet inſignius.*
C Cic.Dictabat *vni ſibi,nec puero quidē vnquā ferias cōtigiſſe.*Sen.de breu.
vit.Vſq; eo liberalis, vt *quicquā donandū præter cælum, & cœnum ſe re-*
liquiſſe negaret.Plut. Domum in *Palatio* ædificans illam ab arbitris re-
moueri vetuit dicendo:ſi *quid in te,architecte, artis eſt, ita compone domū*
meā, vt quicquid agā ab omnibus perſpici poſſit. Plin.l.28.c.9.Q. *Capionē*
veneni inſimulaturus *caprinū ſanguinē bibit cum pallore, & inuidia vene-*
ni ſibi dati

DEA) In numis ΘΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.Suet.in Ti.c.51.Tiberius *neq; ægræ*
Liuiæ *adeſſe curauit: defunctamque,& dum aduentus ſui ſpem facit, com-*
pluriū dierū mora corrupto demū & tabido corpore funeratā prohibuit con-
ſecrari: quaſi id ipſa mandaſſet.Claudius demum immortalitate adſeruit.
Suet.in Cl.c.11.*Conuerſus hinc ad officia pietatis, iuſiurandū neq; ſanctius*
D *ſibi, neq; crebrius inſtituit,quam per Auguſtū. Auiæ Liuiæ diuinos honores*
& Circenſi pompa currū elephantorū Auguſtæo ſimilē decernendū curauit.
Dio.l.66.*Dedicauitq; eius effigiē in tēplo Auguſti, ac rem ſacram ei fieri a*
Veſtalibus mandauit, mulieresque per nomen eius iurare.

309. PEQ.) *pecunia* & contra ACVA pro *aqua.*

312. ΜΟΥΝΙΚΙΠΙΟυ) Ne vel vnguem latum a germana vocis vi di-
uerteret dedicator *Latinam Græciæ* donauit. Quod ruente *Imperio &*
Byzantium re tralata innumeris ibi peregrinis accedit. certior fies ex
Meurſij gloſſario Græco-Barbaro.

ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ) S. *Marcus* Faz.l.9.c.5.*Calata* habetur, Cluuerio *Agathyrſum Agathyrſa*, ſeu *Agathyrnum* & *Agathyrna*, & Pt. *Agathyrion*. Ego cum in quibuſdam ibi oriundis aris MVNICIPIVM ſine *nomine*, & in hac adſociatum nomen ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ conſpexerim, nullus omnino dubito, quin ibi antiqua *Aluntij* ſedes extiterit. Quod *difficili adſcēſu atque arduo* Cic.4.Ver. dum dicit, & S. *Marcum* definit. Bis repetitis vicibus expertus, nec in *Siculo itinere* opidum maiori cum ſudore adſcendi. E

317 ΦΙΝΤΩΝ) leuiter inducor, num ſit gentile opidi, quod *Phintias* & *Phintia* audijt, *Phintiæ Agrigentini* tyranni opus. Diod.l.22.ec.2. quod *Alicatam* eſſe Cluuerius contendit. Qui alias Plinio *Phintienſes*, in Phalar. ep. *φιντιεῖς* dicti.

320. ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ) *Mylis Meſſanenſium*, ſic Thuc. & Diod. loquuntur, cum *præſidio duæ Meſſanenſium tribus*, diſtincta ibi *ſepulcra* reor, ita vt horum, *Mamertinorum* præſcriptione legerentur. Aut hic *gentis nomen* eſt, quo cognomine plures in antiqua hiſtoria celebrantur. Sic *Petronios* in *Mamertinos* & *Septimianos* diuiſos cognouimus. F

CAP. XVII. Cæleſtis. Venus. Hercules. Baſilius Papa Syracuſis obijt. Indictio. CVR. aquarum. Gymnaſia. Iuniores Hieronei. Cæmiterium. Procurator. Columna. Fana Melitenſia. Virginia. Melita. Gaulus. Ceres Aug. Scari piſces. Legatio gratuita. Iulia Tiberij vxor.

321. ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΥΡΑΝΙΑΙ) Alibi VENERI FELICI CAELESTI AVGVSTAE. INVICTAE CAELESTI. In numo VENVS CAELESTIS. *Cæleſtis* ſingularis *Africæ* dea. Sym. *Quam Cæleſtem Afri, Mythram Perſæ, plerique Venerem colunt pro diuerſitate nominis, non pro numinis varietate.* Amm.l.22. Aſclepiades Phil. *Deæ Cæleſtis argenteum breue ſigmentum quocunque ibat ſecum ſolitus afferre.* Huic *Heliogabalū deum* cognominis Imp. nuptum dedit. Eam & Turn. & Lipſ. *Vraniā* ſeu *Venerē* credidere. Reclamat *Caſaubonus* ad Spart. cū id numen pro *Deo Deaq;* habitum. Salu.l.8. de prou. diſerte *deum* vocat. Promiſcuo ſexu & *Luna* culta, rationem Caſaub. dicit, quod *Lunæ nomen in linguis Orientis vtriuſq; generis* ſit. Opinarer ego in lapidibus *Veneri Cæleſtis* nomen *ornandi* gratia, non *diſtinguendi* datum. Diſtinctæ fuere. *Venus Libitina*. in huius ędē numi pro mortuis inferebāt, ibi & ad funera ſpectantia cauponabantur. *Calua*. Lact.l.1.c.20. *Vrbe a Gallis occupata obſeſſi in Capitolio Romani, cum ex mulierū capillis tormēta feciſſent, ædem Veneri Caluæ conſecrarunt.* Simile generoſum factum & Fazellus p.168. H *Pan.* 1560. edit. de *Panormitanis* refert; illas *pro patriæ ſuæ defenſione cannabi crines ſuos contexuendos funibus diſſecuiſſe*. *Cloacina* dicta, quod eius *ſimulacrū in cloaca maxima repertū Tatius conſecrauit*. Lact. ib. *Verticordia*. huic ædes facta, *cum tres Veſtales vno tēpore inceſtum cōmiſiſſent, vt puellarū animos ad caſtitatē verterent*. Iul. Obſequens. *Veneri Meretriciæ* domum *Abydenſes* dederunt, quod vna meretricum militibus temulentis claues portarum eripuerat libertate *Abydi* parta. Ath. l. 1[illegible]

325. AE-

Digitized by Google

A 325. AELIAE AVG.) Aelia Pætina ſtirpe Tuberonũ, vxor Claudij,
quam ipſe ſuſcepta Antonia filia ob leuiuſculas offenſas repudiauit. In
numo AELIA FLACCILA AVG. Fl.Theodoſij vxor.

329. HERCOLEI) pro Herculi. Apul.Hercules luſtrator orbis, pur-
gator ferarũ, domitor gentiũ. Ex Erechthei filiabus L. tot filios proge-
nuit, cõmuni nomine Theſpiadum appellatos, cum adoleuiſſent, coloniæ in
Sardiniã, reſponſo diuino morẽ gerẽs deſtinauit. Diod.l.4.c.29. Scribit Ser.
l.5.Æn. Sub Eryce monte infecundũ eſſe campũ fere in tribus iugeribus, in
quo Eryx & Hercules dimicarunt. Cauſa pugnæ. Apoll.l.2. quod taurorum
unus apud Regiũ à cetero armento digreſſus, protinuſq; in fretũ delapſus in
Siciliã tranauit, & in cãpos ſe contulit Erycis; qui Erycinorum erat rex, ex
Neptuno prognatus. Is taurum ſuis armentis adgregauit. Hercules autẽ
B cõmendatis bobus ſuis Vulcano ad inquirendũ taurũ pergit, cumque eum
inter armenta Erycis inueniſſet, ab eo repopoſcit. Tum ille niſi ſe palæſtra
ſuperaret, taurũ ſe redditurũ negabat. Hercules ter abs ſe victum tandem
peremit. Diod.l.4.c.23. Depoſito vtrinque contentionis pignore, ab Eryce
quidẽ agris, ab Hercule vero bobus: primo quidẽ indignatur Eryx, quod ini-
quã boum cum regione cõparatio fiat; ſed cum Hercules contra ſe deperditis
bis immortalitatis iacturã ſimul facturũ adfirmaret, accepta tandẽ condi-
tione in certamen deſcendit: ſed victus regionis poſſeſſione exuitur, quam
Hercules interim vt depoſitũ incolis ad vſumfructum cõcedit; dum ex ſe na-
torũ aliquis eam repetat. Multi autem Hercules. Diod. III. Varro XLIV.
Cic.3.nat.deo.VI. recenſet. Plureis, inquit, Hercules tradunt nobis ij, qui
interiores ſcrutantur & reconditas literas: antiquiſſimũ Ioue natũ, ſed anti-
C quiſſimo item Ioue: Nam Ioues quoq; plureis in priſcis Græcorũ literis in-
uenimus. Ex eo igitur & Lyſito eſt is Hercules, quẽ concertaſſe cum Apol-
line de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus Aegyptius, quem
aiunt Phrygias literas conſcripſiſſe. Tertius eſt ex Idæis Dactylis, cui infe-
rias afferunt. Quartus Iouis eſt, & Aſteriæ Latonæ ſororis, quem Tyrij
maxime colunt, cuius Karthaginẽ filiã ferunt. Quintus in India, qui Belus
dicitur. Sextus ex Alcmena, quẽ Iupiter genuit, ſed tertius. Diod.l.4.c.9.
Dum Iupiter tribus noctibus in vnã redactis Alcmenæ operã dedit, maxi-
mumque futuri roboris indiciũ, tantum tẽporis in eo creando inpenſum. Ei
Euander Carmentæ matris monitu aram primò ſtatuit, quæ ara maxima
vocata. Dion. Iuſiurandum apud eam, ac conuenta, quæ volunt eſſe firma
peragunt, & decimas opum ex voto ſæpe illuc offerunt. Diod.l.4.c.21.
Fortunatiores factos ad quatuor talentorũ millia ei decimauerunt. Scyphus
D ei tribuitur. Mac.l.5.ſat.c.21. Scyphus Herculis poculum eſt, ita vt Liberi
patris cantharus. Herculẽ vero fictores veteres non ſine cauſa cum poculo
fecerunt, & nonnunquã quaſſabundum & ebrium: non ſolum quod is heros
bibax fuiſſe perhibetur, ſed etiã quod antiqua hiſtoria eſt Herculẽ poculo tã-
quam nauigio, ventis immenſa maria tranſiiſſe. Poſt euectionẽ ad Deos Iuno,
Iouis ſuaſu, filium ſibi Herculẽ adoptauit. mox. Adoptionẽ hoc modo factã
perhibent: Iuno lectum ingreſſa, Herculẽ corpori ſuo admotum, vt verum
imitaretur partum, ſubter veſtes dimiſit. Quem in hoc vſque tẽpus adoptio-

Digitized by Google

mis ritum Barbari obſeruant. Diod.l.4.c.40. Varijs templis coli placuit. E
Herculi Magni cuſtodis Circi Flaminij ædes *Sulla* extruxit. Vict. In *Herc. Defenſoris* fano *honeſta miſſione milites, & gladiatores arma ſuſpendebant.* In *Victoris* ædem nec *ſeruis*, nec *mulieribus.* Var.l.4. nec *muſcis*, nec *canibus* ingreſſus. Solin.c.2. *Etenim cum viſcerationem* (Herc.) *ſacrificolis daret muſcarum deum dicitur imprecatus, clauam vero in aditu reliquiſſe, cuius olfactu refugerant canes.* Pauſ.l. eas *vltra Alpheum profligatas* ſcribit. *Herc. Muſagetæ*, vel *Muſarum* domum M. *Fuluius Nobilior* ex pecunia *cenſoria* dedit; vbi *Eumenius* in orat. de ſchol. reſtaur. IV. *ſigna Camænãr ex Ambracenſi opido translata, ſub tutela fortiſſimi numinis conſecrauit. Herc. Triumphalis* ſignum in *foro Boario*, quod in triũphis *triumphali* veſte ſplendebat. *Cubantis* in *regione* XIV. Fana eius in *Sicilia* celebria: *Agrigenti*, in quo Herc. æreum ſimulacrum. Cic. Ver. F
Quo non facile quicquã dixerim me vidiſſe pulcrius (tametſi non tam multa in iſtis rebus intelligo, quam multa vidi) vſqueo Iudices, vt rictus eius, ac mentum paulo ſit attritius. quod precibus, & gratulationibus non ſolum id venerare, verum etiã oſculari ſolent. Et *Meſſanę* fuit hoc *Manticlus*, (qui ducta illuc *Meſſeniorum* colonia ab *Anaxila*, cum *Gorgo* deprecatus eſt, ne *Zanclæi* ab aris deorum trucidandi, vel cum vxoribus & prole ſub haſta vendendi trahantur) *condidit; & extra muros deus eſt conſecratus, qui Hercules Manticlus vocatur.* Pauſ.l.4. Primario cultu ibi habitus, & idem fere qui *Meſſenijs* in Peloponeſo *Iupiter Ithomata.* innuit Pauſ. ferens ibi *Sacerdoti Herculis, per quietẽ apparuiſſe Herculem Manticlum ob amicitiã Ithomę ab Ioue vocari.* Id fani eo loci claruit, vbi *Florentini* ſacris operantur. quod facile perſuaſere vetuſtatis opera, quæ dum ſub terra G
ſpectauimus. Cuius *priſca ſedes* quo a paucioribus ignoretur, exacti anni *Illuſtriſſimi Senatores*, Vrbis honori conſulentes, eam templi fronti præſcribi ære publico curarũt. In lap. HERCVLES DEFENSOR INVICTVS POLLENS. PRIMIGENIVS REATINVS. TRICOSVS. HERCVLI AELIANO. CELERI COMITI. ET CONSERVATORI DOMVS AVG. MAGNO CVSTODI. GILIO. IOVIO. MARCVSANO. MERCVRIO. MVSARVM. PACIFERO. PLACIDO. ROMANO. SAXANO. TIBVRTINO. VICTORI POLLENTI POTENTI.

330. P.C.BASIL.) ideſt, *poſt conſulatum Baſilij.* a quo XXV. ann. numerant. Solus is *Cos.* Ind. IV. an. DXLI. IV. vero hic *Ind.* eſt annus DLVI. *Ind.* VIII. IIII. P.C. *Baſilij V.C. Vigilius Papa* LIX. *ab Apoſtolo Petro; euocatus ab Imperatore Roma egreditur & in Siciliã venit.* Et mox Ind. XIII. *ab Imperatoribus Romanis & Narſe de exilio relaxatus, quum Romam ire cepiſſet, in Sicilia* (Syracuſis) *morbo calculi tactus deceſſit.* Marcel. in Chr. H

INDICTIONE) Aſcon. 4. Ver. *Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt canonis, oblationis, indictionis.* Primitus *Indictio* penſio ſingulo quinquennio vertente ſoluenda, poſt trium *Romanorum luſtrorum*, ſeu XV. *annorũ orbis*, quo finito noua *indictio* inibat, cuius primus annus prima *indictio* ad XV. vſque nominatur. In *prouincijs*, & *collegijs* a diuerſis initijs ea pẽdebat. exemplo eſt apud Grut.p.265. lapis M. *Aur. Antonini* COL. FAC. TIGNARIORVM. vbi *quinquagies* IND*ictio* perſcribitur. Inſtituta, quod XV. an. *fiſci* debita exigi indictum ſit. illuſtre ſpecimen in

Dione.

Digitized by Google

A Dione eſt: Hadrianus *remiſit tributa præſtito tempore* XVI. *annorũ, vnde & quouſque hoc obſeruari vellet*. Intra quod ſpatium *indictio* eſt. XVI. enim annus *terminus primæ* indictionis, & *exordium alterius*, vti ante V. annus *Olympiadis* primæ *exitus*, ſequentis *auſpicium*. Poſt *Arcadium* & per *Olympiades* tempora computarunt. in decreto Tertul. *actum eſt decretũ* II. *Kal. Iul. anno imperii Iuſtiniani*. V. XXXXVI. *Olympiade*. Vſus *indictionis* & l. 8. C. Th. de indul. deb. *Cõſulatus Valentiniani Aug.* III. *& Eutropij V. C. vſq; ad quartã indictionẽ. Scaliger* legit XV. quod ea III. eius *conſulatui* anno CCCXXCVII. competat. Antiquior *temporum ciuilium Ind. Antiochenſis*, nec ante eam *epochã* eius mentio fit. quæ *ab Ind. Iuliana*, ſeu *a Cæſaris remiſſione tributorũ* numerabat. Hæc forſan *fons* reliquarum. quam *Ind. Conſtantiniana a Nicæa Synodo, Conſtantino* II. *Licinio* II. Coſs. an. CCCXII.
B excepit. In iſta *ab Antiochenſi æra* CCCLX. anni, ſeu *Indictiones ſolidæ* XXIV. intercedunt. Incipiebat vero XXIV. *Sept.* quo *Maxentio* trucidato libertas *Eccleſię* reddita. Hoc die & adhuc in *Cæſarea Indictione Germani* vtimur. *Occidentalium Impp.* a K. *Sept. Romana* autem a K. *Ianuarias* inſequẽtis orditur. A CHRISTI deniq; natalibus, ſalutis reparatæ incunabulis *Dionyſius Abbas Rom.* dictus *Exiguus*, anno circiter DLXXII. computare inſtituit. Notetur in numis L. F. *luſtrum fecere*, & L. & Λ. *luſtrum* ſignificare. AVΓ. KAIC. M. AΥΡΗΛ. ANTΩNEINOC CEB. L. ΛΔ. *Imp. Cæſ. M. Aurel. Antonini Aug. luſtrum* XXXIV. In lap. L. KS. L. K3 L. KH, id eſt, *Luſtrum* Capitolini *Agonis* XXVI. XXVII. XXIIX. Immane vero errat *Goltzius*, qui ſub hac nota vocem *anni* poeticam λυκάβαντα intelligit.

333. ΛΑΛΟΣ) *quorum lingua tam prodiga infreniſq; ſit, vt fluat ſemper &*
C *æſtuet colluuione verborum teterrima. Quod genus hominum à Græcis ſignificantiſſimo vocabulo λάλυς appellatos* perhibet Gel. l. 1. c. 15.

335. CVRATORES) *Aquarum* nempe, vel *Viarum*, quas *Cenſores* poſt *Aediles* curarũt, donec *Auguſtus* Curatores *Viarum* perpetuò inſtituit. Suet. c. 37. *Quoq; plures partẽ adminiſtrandæ Reip. caperent noua officia excogitauit: curã operum publicorum, viarum, & aquarum, aluei Tiberis.* Pom. de orig. iur. *eodem tempore*, i. e. an. V. DX. & IV. *viri qui curã viarum gererent* dati. CVR. itaq; *aquarũ*, ne quid *cloacæ*, à *Tarq. Priſco* primum foſſæ, detrimenti caperent, *ius aquæ dandæ vendendæq;* curabant. antiqui enim inſtituti, ne priuatus *aquam*, niſi *e lacu redundantem*, ſeu *caducam*, & tantum in *balneas*, & *fullonum* res duceret. *CVR. viarum*, Varroni *Viocuri, vijs extra vrbem*, vt IV *viri intra* præerant. Suadet hoc Dio.
D l. 54. dicens *a Seuiris viarum amotos ab Auguſto duos, qui vias curabant extra muros.* Ergo ampliore *munere Curatores*, quam IV *viri*, quum illæ *viæ* maiores inpenſas exigant. Has quandoq; ſternendas locabant. Liu. l. 41. Q. *Fulu. Flaccus & A. Poſtumius Albinus* an. V. DXXC. *Cenſores vias ſternendas ſilice in vrbe, glarea, extra vrbẽ ſubſtruendas marginandaſq; primi omnium locarunt, ponteſq; multis locis faciendos*. Creſcente viarum copia ſingulis duo vel plures præfecti. Suet. in Aug. c. 30. *Spatium vrbis in regiones vicoſq; diuiſit: inſtituitq; vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur: hos magiſtri è plebe cuiuſq; viciniæ electi. Magiſtri vicorum* ſeu

Vico

Digitized by Google

Vico magiſtri ludos Compitalitios fecere. Aſcon. in Piſ. M. Ant. Phil. *Curatoribus regionum ac viarum poteſtatē dedit, vt vel punirēt, vel ad præfectũ remitterent eos, qui vltra vectigalia quicquã ab aliquo exegiſſent*. Capit. Vias Vlp. l. 22. ff. ne quid in loc. publ. tripartitur: Publicas *dicimus, quas Græci* βασιλικὰς, *noſtri pretorias, alij conſulares appellant*. l. 23. *Priuatę ſunt, quas agrarias quidã dicunt. Vicinales ſunt viæ, quæ vel in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt*. Celebriores fuere *Flaminia*, & *Appia*, quæ longarum, Poetæ *regina viarum* dicta. Procop. l. 1. bel. Got. *Hanc Appius Romanorum Cenſor ante annos nongentos ſtruxerat, & à ſe dederat nomen. Longitudine eius quinq; dierum ſpatio vir expeditus poſſit emetiri. Ab Vrbe Roma Capuã pertinet ea latitudine, vt duo currus ex aduerſo obuij liberè queant peruadere & commeare*. (*Cæſare* eius Curatore cccxxx. P. lata erat.) *Et eſt ſane hæc via præter ceteras ſpectabilis. ſiquidē Appius ex alia & longinqua tunc, vt reor, regione exciſos lapides, & hos quidē ſiliceos, ac ſuopte ingenio duriſſimos in hanc viã vehendos curauit. Quos planos deinde ac leues redditos & quadratos inciſione factos iunxit, & in ordine locauit, metalli nihil vel alterius rei inſerendo. Sunt autem ita connexi, & valdè inter ſe hærent, vt ſpeciem viſentibus præbeant, non coniunctos, ſed congenitos eſſe*. Strab. l. 5. Sub Tiberio *Brunduſium vſque pertinuit. Druſus Scribonianus cõiurationis in Tiberium reus Mathematicos conſuluit, an habiturus opes, quibus viam Appiã Brunduſium operiret*. Dio. *Traianus* reſtituit. Idem & in lapidibus ibi vidimus. E F

339. ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΩ..) *Gymnaſiarchus*, & *Gymnaſiarcha præfectus Gymnicorum agonum*. Pol. l. 3. c. 30. *Puerorum inſtitutor, & Gymnaſtes* dicitur, alibi P*ræceptor*. Tert. *Xyſtarches*. Amm. l. 21. *Xyſtarchæ doctor, Athletarum magiſter*, Pal*æſtritarum præpoſitus*. AGONISTARCHA COMMODIANVS. & ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΣΥΝΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΡΟΣ *Pontifex vniuerſi xyſti*. Illorum inſigne *virgula Mercurij*. Hig. *Paleſtricæ* inuentoris. Tert. Hac *luctantium procaces nexus* diſſoluebat, *geſtuſq.* corrigebat. quam hinc Sidonius *caſtam*, & portantes eam Arcad. l. vlt. de mun. & hon. *Maſtigoforas* vocat. In lap. *Gymnaſiarcha* quod biennio rexerat, *Olea* coronatur. *Gymnaſia* vero *Lacedæmonij* inuenere. Apud *Eleos* in *Gymnaſijs & curia* fuit. Pauſ. *Athenienſes* tria habebant haut longe à ciuitate, in quibus & inhumabant. *Ciceroni* enim fam. 4. ep. 12. *Seruius* ſcribit, ſe *Marcellum* Athenis *in nobiliſſimo orbis terrarum Gymnaſio Academiæ* ſepeliuiſſe. *Vngendi* in ijs deliciæ a *Græcis* manarunt. Plin. 12. c. 4. Vſum olei *ad luxuriã vertere Græci vitiorum omnium genitores in Gymnaſijs publicarunt*. In hæc confluebant *medici*, *diſcentes*, *athletæ* certamina pręludentes, & valetudini, & rei militari operam dantes. Eius mēbra *Hier. Mercurialis* quinq; recenſet, *Exedras Philoſophorũ*, *Ephebæũ*, *Apodyteriũ*, *Vnctuariũ*, & *Coniſterium*. Ab illa die, qua *Nobiliſſimi viri Sim. Landolina Theologus, Thoma Pilizerius Baro S. Iacobi*, alijq; ad huius tituli antiquum, nec *portatilē* locũ, qui eſt ſupra ędicula ad fauces collis exciſus, me deduxere, cópluries cogitaui cui nam rei ſeruierit. & viſum mihi *Coriceum* fuiſſe, vbi denudabantur lauaturi, vel ęxercitaturi. locus G H

enim

A enim rei non inhabilis; aut *Ephebæum*, vbi impuberes ab an. vt Cenſ. xvi. ætatis, & hic *Hieronis pædagogiani* exercebantur, quod & horum nomina ſupraſcripta perſuadent.

ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ ΙΕΡΟΝΕΙΟ) *Iuniores Hieronei. Iuniores* ſunt pueri, qui in comitatu principum, & a *Gallis*, & *Italis paggi*. a Tac. l. 15. *Decora ſeruitia* vocantur. Capit. in Ver. *Pueri decori*. Suet. in Ner. c. 28. *Ingenuorũ pedagogia*. Sen. de tranq. c. 1. *Nitenti perſtringit aciẽ apparatus alicuius pædagogij, diligentius quã iam intra priuatã larem veſtita, & auro culta mãcipia, & agmen ſeruorum nitentium*. In lap. IVVENES AVG. & CVRATORI LVSVS IVVENVM. De his intelligendus. Suet. c. 20. in Ner. *Neque eo ſegnius adoleſcẽtulos equeſtris ordinis, & quinq; amplius millia è plebe robuſtiſſimæ iuuentutis vndiq; elegit, qui diuiſi in factiones plauſuum*
B *genera condiſcerent, (bombos, & imbrices, & teſtas vocabant) operamq; nauarent cantanti ſibi*. l. 28. ff. de pœn. Calliſt. *Solent quidã qui vulgo ſe Iuuenes appellant, in quibuſdã ciuitatibus turbulẽtibus ſe adclamationibus popularium adcommodare*. In ſaxis: COLLEGIVM IVVENVM BRIXIANORVM. & ORNAMENTIS DECVRIONAT. DECRETO ORDINIS EXORNATO ET ADLECTO INTER IVVENES. Sed hi *Decuriones iuniores* ſunt. Mediolani VI. VIR. IVNIORES. & VI. VIR. SENIORI ET AVGVSTALI. Admodũ delectatus hic *Rex* ludis. Eut. l. 3. *Potentiſſimus rex Siciliæ Hiero Romã venit ad ludos ſpectandos, & ducenta millia modiorũ tritici populo dono dedit L. Cor. Lentulo Fuluio Flacco Coſs*. In *Pythia* ſemel *quadriga*, *ſeiuga bis*, & *equo* in Olympia vicit. Quod in numis videtur, & *Pindarus* odis ſuis cecinit. Hinc non mirum
C *Hieronem* per *Siciliam*, vt hic *Neti* pueros in ludis erudiendos ſparſiſſe.

340. ΚΟΙΜΗΤΗΡΙΟΝ) errat *Geminianus Abbas*, qui vocẽ hinc deducit, quod *cinis ibi mortuorum legatur*. illud enim *Cinerarium* dicitur, vti *Oſſuariũ*, vbi *oſſa* cõdebantur. Idem vero *Coemiterium*, ac nobis *Chriſtianis Dormitorium*, quod mors noſtra *ſomnus*, quem niſi *cenſoria* illa *lux* nobis excutiet. In lap. DOMVS SOMNI. REQVIETORIVM. CONDITORIVM. Nou. de ſepul. *Ager Somni*. Caſſ. l. 6. c. 8. *Sacra quies*. Numus REQVIES AVGVSTA N. *Loci communes*. Cic. 6. Ver. *Nihil in locis cõmunibus, ne in fanis quidẽ* reliquit. Plaut. *abierunt in locum cõmunẽ*. Male verò DOMVS AETERNA, SOMNO AETERNALI. *Mortẽ* & *Somnum* ſcite antiqui *fratres* fabulãtur. Pauſ. l. 3. quorum *nutrix Nox*. Idem l. 5. Quod ſic *Elei* effinxerunt. Mulier *puerũ candidum dormien-*
D *tẽ dextra manu ſuſtollit, altera nigrum puerum tenet dormienti ſimilem, ambos pedibus diſtortis*.

341. CHREſtion aug. ✠ PRC) id eſt, *Chreſtion Auguſti lib. procurator*. lap. 354. PROCVRAT. TI. CAESARIS. In *Præfecturis Scoti Proc. rei priuatæ Sicil. Proc. rei priuatæ per Apuliã & Calabriã*. Alij PROC. *proconſul* expoſuerũt. *Procurator* autem magiſtratus prouincialis. & idẽ eſt, qui *Rationalis*, fiſci curam agens. Diſerte hoc Lamp. docet. Alexander *vbi aliquos voluiſſet, vel rectores prouincijs dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare, nomina eorum proponebat*, hor-

tans

tans populum, vt ſi quis quid haberet criminis probaret manifeſtis rebus: ſi E
non probaſſet ſubiret pœnam capitis, dicebatq; graue eſſe quum id Chriſtiani, & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi ſunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur, & capita. Capit. in Alb. Commodus ad Albin. Super hoc ad procuratores meos literas miſi, quas ipſe ſignatas excipies ſigno Amazoniæ. Procuratorum prouinciarum ſæpius mentio eſt: Africæ nempe, Aſiæ, Cappadociæ, Ponti, Belgiæ, Britãniæ, Pannoniæ, Aegypti, Syriæ, Illyrici. Treb. in Claud. Ei tantum à nobis decretum ſalarii quãtum habet Aegypti præfectura, tantum veſtium, quantum proconſulatui Africano detulimus, tantum argenti quantum accipit curator Illyrici. Melitam. & Gaulum iunctim procuratas fuiſſe hic tantum edocemur.

COLVMNAS CVM FASTIDIIS) pro faſtigiis columnarum. Plin. Capitula & Capita dicit. l. 34. c 3. Veſtæ quoq; ædem ipſam Syracuſana ſuper- F
ficie tegi placuiſſe. Syracuſana ſunt in Panthæo capita calumnarum a M. Agrippa poſita. Faſtigium & pro ædium ſummo capitur. Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. Abſolutum offendi in ædibus tuis tectum, quod ſupra cõclauia non placuerat ibi eſſe multorum faſtigiorum. Alias tecti forma, deorum ædibus propria, Græcis ἀετὸς & ἀέτωμα. & cellæ ſunt rotundæ alta, & cõcameratæ, Vitr. tholi. Talem cellam Cic. 3 Phil intell git. Et tu in Cæſaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? quem is m.rorem honorem conſecutus erat, quam vt haberet puluinar, ſimulacr m, faſtigium flaminem? Apul. Flor 4. Omnes vnum in prinipẽ congeſti honores, circa templa imagines, in theatro radus diſtincta corona, ſuggeſtus in curia, faſtigium in domo, menſis in cælo. Accipio hic in Apul. faſtigium pro ſublimi ſolio, nec admitto, G
qui templum volunt. Porro columnæ inferior pars baſis & abacus dicta. Columnarũ genera ſunt. Plin. 36. c. 23. Quæ ſextã partẽ altitudinis in craſſitudine ima habent, Doricæ vocantur: quæ nonã Ionicæ, quæ ſeptimam, Thuſcanicæ. Corinthiis (ſeu Virginalibus) eadem ratio quæ Ionicis. Poſt: Atticæ quaternis angulis pari laterum interuallo.

PROSERPINA) Aedes hæc etſi Melitæ perantiqua fuit, Chreſtion enim Aug. L. eam vetuſtate ruinam minitantem reſtituit, nullus tamen veterum eius mentionem reliquit, Iunonis ta t m & Herculis fana in literas relata. De Iunonis. Cic. 4. Ver. Claſſis quondam Maſiniſſæ Regis ad eum locum appulſa, præfectum regium dẽteis eburneos incredibili magnitudine e fano ſuſtuliſſe, & eos in Africam portaſſe, Maſiniſſæque donaſſe. Regem quidem primo delectatum eſſe munere, poſt vbi audiſſet vnde eſſent, ſtatim certos homines in quiremi miſiſſe, qui eos dentes portarent. itaque in his H
ſcriptum literis Punicis fuit: Regem Maſiniſſam inprudentem accepiſſe, re cognita reportandos reſtituendoſq; curaſſe. Adeo id religioſum fuit, quod neq; prædo violarit ante (Verrem) neque hoſtis attigerit. Proſerpinæ ædes, vti & Veneris, Floræ, Nympharum opere Corinthio, gracilitate inundandanti, frondium contextu aſſurgebant. At Martis, Herculis, & Mineruæ labore Dorico, ſine florum blandimentis denticulatis, coronis, ac guttularum metopis, Liberi, Iunonis, Dianæ eiuſdemque notæ idolorum Ionico,

medio

A medio inter *Corinthum* & *Doricum* opere, quo neque *rigoſa ſimplicitas*, neque *eneruata mollicies* conſpiciatur. *Ioui Fulguri, Cælo, Soli,* & *Lunæ* ædes dedicatæ *ſubdiales*. Vitr.

PILAM) *pilæ* Græcè ϛῆλαι *ſtellæ*, & ſunt *quadratæ*. quæ *rotundæ* κίονες & ϛῦλοι dicuntur. PILAM hic *tholum templi* expono, vbi cum donaria appenderent, tanquam digniorem locum inaurarunt.

342. TVLLIOLA) *Ciceronis* ex *Terentia* vxore repudiata F. cõiux *Piſoni Frugi*, dein *Furio Craſſipedi*, demum *Dolabellæ*. Puerpera perijt.

345. VIRGINIA) L. *Virginij* filia L. *Icilio tribunicio* deſponſa, quam pater ne *Ap. ClaudI* libidini ſubijceretur, *cultro ab lanio arrepto* in publico interemit: *Te vno*, ait, *quo poſſum modo filia in libertatem vindico*. & ad Appium verſus: *Te, Appi, tuumq; caput hoc ſanguine conſecro.* Quo

B facto X*viri* munere exuti, ipſe *Tribunus Pl.* cum L. *Icilio*, & P. *Numitorio* puellæ auunculo lectus. Liu. l. 3.

346. ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ) hoc modo & *Publius* D. *Pauli* & comitum per triduum *hoſpes* in Act. c. 28. à D. Luca, ὁ πρῶτος τῆς νήσου *primus* aut *princeps Inſulæ* vocatur. Steph. epit. *Inſulanus* Μελιταῖος, & *Opidanus* Μελιτεύς. *Incola eius* inſulæ ait, *dicitur Melitæus. Eſt & vrbs Carthaginenſium colonia, & item populus Oeneidis tribus vnde popularis Melitenſis. Meliuetum* dici perperam *Ortelius* docet. Eius Inſulæ inprimis *catuli*, & *veſtes* memorantur. Suid. Canum *alij ſunt venatici, alij qui vna cum animãtibus progrediuntur, alij qui domi cuſtodiã pecudum agunt, alij ſunt ad oblectationem, vt Melitæi catuli, & meliteri*, id eſt *mellei, quia voluptatis ſiue animi cauſa aluntur.* De veſte. Cic. 3. Ver. *Vnde tantam*

C *Melitenſem veſtẽ, vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra: non inquam iam quæro, vnde hoc habueris: ſed quo tibi tantũ opus fuerit id quæro. Mitto de melle, ſed tantumne Melitenſiũ? quaſi etiã amicorũ vxores; tantum lectorum? quaſi etiã iſtorũ villas ornaturus eſſes?* & 4. Ver. *Melitã ei textrinum per triennium ad muliebrẽ veſtẽ conficiendã* fuiſſe dicit. Varro in Sat. *Mitrã Recinã, aut mitrã Melitenſem.* Lucan. 4. *Melitenſia cia* h. e. tenuiſſimas veſtes nominat. Fiebant hæ ex *lana ligni*. Vlp. l. 70. ff. de legat. ἐριόξυλον. Plin. l. 9. c. 4. *Goſſipion vocant, plures Xylon, & ideo lana inde facta Xylina. Paruus eſt, ſimilẽque barbatæ nucis defert fructũ, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. nec vlla ſunt eis candore mollitieve præferenda; veſtes inde ſacerdotibus Aegypti gratiſſimæ.* Quintinus in deſcript. Melit. *Frutex eſt arbuſculæ modo, pedali magnitudine, cauli lignoſo,*

D *a quo rami terni quaternive frutificant. folia ni minora eſſent, vitium poterant videri. flos ſubcæruleus fructum defert amplitudine auellanæ nucis, qui maturitate ruptus præduras pilas oſtendit tenui lanugine obductas; ex qua Cotonon netur in textrinis, mira depectendi arte. Melitenſe* in honore, ſed non vbertim amplius ibi ſeritur, cum frumento ager diuiſus. Naſcitur & in *Cypro, Hiſpania, Calabria,* & inprimis in *Caſtro Villarum* Strab. *Apluſto, Marſalæ in Sicilia*, & in *Pandataria*. in qua Inſula incolis inde victus quæritur, cũ *craſſitie*, & *elegãtia* alijs præſtet, vbi vineæ inſtar tellus eo conſeritur. Celebratur & *puluinus Melitenſis*. Cic. act. 6. de Verre;

Vt mos fuit Bithyniæ regibus lectica octophoro ferebatur: in qua puluinus E
erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus, ipſe autem coronã vnam habebat in capite, alteram in collo: reticulumq; ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino minutiſque maculis plenum roſæ.

348. PLEBS GAVLITANA) id eſt, *populus*. Steph.epit. Inſulanus Gaulita, & in natiuis baſibus *Gaulitanus* vocatur.

MVNICIPI) *Gaulum coloniã Romanã* accepiſſe non lego, ſed *Phœnicã*, poſt & *Carthaginenſem*. Diod.l.5.c.12. *Poſt hanc* Melitam *altera eſt inſula, quæ Gaulos appellatur, in alto pelago & ipſa, portuumq; cõmoditate præſtans. a Phœnicibus primũ habitata*. Colligit Cluuerius an. CCLVIII circiter Phœnices in Siciliã, Melitã, Gaulum & Gadeis inſulas ſuas colonias deduxiſſe. Varie eius appellatio corrupta. Straboni Κλαῦδος, Γαῦδος, Καυνὸς, ſed ex *lapidibus* germanum eius nomen GAVLVS animaduertitur. Plin. F
l.5.c.7. *Gaulos & Galata, cuius terra ſcorpione dirum animal Africæ necat.* Sol.c.32. *Ex parte qua Circina eſt, accepimus Gaulon inſulã, in qua ſerpens neque naſcitur, neque viuit inuecta. Propterea iactus ex ea quocunque gentium puluis, arcet angueis, ſcorpiones ſuperiactu ſuo illico perimit.*

349. CERERI. IVLIAE) *Græcæ* ſeruilis adulationis ritus fuit, illuſtria nomina diuorum albo inſertis aſſociare. Quod *Latini* æmulati *Iouem Auguſtum, Druſillã Venerẽ, Iuliã* hic *Cererẽ* dixere. *Cereris* agnominis origo exinde forte eſt, quod *Iulia* benigna mater extiterit. Dio.l.60. *Senatus non contentus iis, quæ Tiberius decernenda ſcripſiſſet, luctum mulieribus in totum annum indixit, laudato interim tamen Tiberio, quod ne tum quidẽ a Reip. adminiſtratione ſe abſtineret, arcũ quoq; ei nulli vnquã mulierũ datum decreuerunt, ſcilicet quod multis ipſorum ſalutẽ attuliſſet, quod mul-* G
torum liberos educaſſet, multos in elocandis filiabus adiuuiſſet, vnde nonnulli matrẽ patriæ eam cognominauerũt. Refert vero illum non extructũ; nam Tiberius, *quum puderet eum verbis S.C. irrita facere, pollicitus ſe eum ſuis ſumptibus ædificaturum. eo modo reſcidit, quia neq; publicis inpenſis fieri paſſus eſt, neq; ſuis ipſe fecit.* *Liuia* ante, poſt adoptionem *Iulia*. Tac.an.l.1. *Liuia in familiã nomenq; Auguſtæ adſumebatur.* Suet. in Cl.c. 11. *Cognomen Auguſtæ a Liuia recuſatum.* quod cum inconueniens moribus *Liuiæ* ſit, Lipſius legit *ab auia*.

SACERDOS AVGVſti) prima eius ſacerdos *Liuia*. Dio.l.66. *Flamines* Auguſto, *& ſacerdotem Liuiam, quæ tunc Iuliæ etiam, Auguſtæque cognomen acceperat, conſtituit.* aut lego AVGVſtæ. *Cereris ſacerdotes* ſolæ fæminæ, quod & hic legis. H

OPTATI) *Optatus* Ti. Claudi lib. præfectus claſſis *Searos piſces, qui ſoli ruminare, herbiſque veſci dicuntur, e Carpathio mari aduectos inter Oſtienſem, & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit.* Plin.9.c.17.

350. IVLIAE DOM...AE) reſarcio DOMNAE. Male apud Grut. p.266. IVLIAE DONINAE. *Vxor Seueri.* Oppianus enim *Iuliam Domnam* matrem *Caracallæ* vocat. In numo ΙΟΥΛΙΑ ΔΟΜΝΑ CEB.

352. C. AVR. CONSTANTIO) iudico patrem eſſe *Magni Conſtantini*.

353. C. vallio QVIR. POSTVmo) ſic reſtituo. M. F. erit

Digitized by Google

A QVINQ. DECVR) *Quinquennali Decurioni.* Hi ex *maioribus magi-
ſtratibus municipalibus*, annuis faſtis inſcribebantur. Aliquando ijdem, qui
IIviri. De his reſtrictim nonulla nobis ſuperius dicta. Cum ergo in par-
ua hac inſula *Gauli*, vt quæ xxx. tantummodo milliaria ambit, omnes
illi eminentiores honores fuerint, quid cenſes de *Melita*, quæ nomine
& amplitudine illam longe præcedit?

inter QVADRINGENARIOS) forte *decuriones* a numero ſic dicti.

LEGATIONE GRATVITA) ideſt *ſponte ſuſcepta. Legatio & Libera*
erat, cum *Senatores* in prouincias exeuntes hereditates, aut ſyngraphas
ſuas perſequendi, *Legationis* tantum titulo inſigniebantur, vt honoratio-
res negotiarentur. & tunc a prouincialibus *lictores*, alijq; honores defe-
rebantur. Nec tamen cum *Imperio*, vt *Xviri* miſſi. *Liberæ* dictæ, quod
B pro *libitu abeſſe* poterant. Et cum eorum aduentus grauis prouinciali-
bus, *Cicero* eas annuas fecit. De quibus ipſe 3. de LL. *Quæro quid reapſe
ſit turpius quam ſine procuratione Senatori Legatus ſine mandatis? ſine vllo
reip. munere? quod quidē genus legationis ego conſul, quanquā ad cōmodū
ſenatus pertinere videatur: tamen approbante ſenatu frequentiſſimo, niſi mihi
leuiſſimus Trib. pleb. tum interceſſiſſet, ſuſtuliſſem. minui tamen tempus, &
quod erat infinitum annuū feci. ita turpitudo manet diuturnitate ſublata.* Cę-
ſar vero *quinquennales* conceſſit. Cic. l. 15. Att. ep. 11. *Habent, opinor, liberæ
legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi poteſt: bella eſt autem
huius iuris quinquennij licentia.* De hac Tac. an. l. 12. *Galliæ Narbonenſi ob
egregium in patres reuerentiā datum, vt ſenatoribus eius prouinciæ non ex-
quiſita principis ſententia, iure quo Sicilia haberetur, res ſuas inuiſere lice-*
C *ret.* Etiam ea *Legatio voti cauſa* dabatur. 2. Att. ep. 18. in qua *fana circum-
ibant.* Et l. 4. Att. ep. 2. *Votiuam legationem ſumſere prope omnium fano-
rum ac locorum ſacrorum.* ORDINEM) h. e. *ſenatum Romanum.*

DE LIB. REDHIBENDIS) hoc eſt, *de libertorum redhibitione.*

354. MASVRTO) legerem *Maſurio.* linea ſupra I ipſius lapidis inge-
nio rimis pleni, vel petulanti improbi manu ducta. Fuit *Maſurius Sabi-
nus* I.C. *Eques Rom.* auditor & *ſucceſſor Attei Capitonis*, claruit ſub *Ti.* a
quo de *Iure* reſpondendi poteſtatem obtinuit. Quinquagenarius inops
ab auditoribus ſuſtentatur. Scripſit de *furtis, indigenis, factis & rebus
memorabilibus*, & *publice* primum de *iure reſpondendi.*

355. MVNATIAE) Eius gentis illuſtriores *Planci*, qui ſoli in numis.
L.MVNACIVS (Orator *Ciceronis* diſcipulus) L.F.L.N.L.PRON.PLAN-
D CVS COS. CENS. IMP. ITER. VII.VIR. EPVLONVM TRIVM-
PHALIS EX RHETIIS AEDEM SATVRNI FECIT DE MANV-
BIIS AGROS DIVISIT IN ITALIA BENEVENTI IN GALLIAM
COLONIAS DEDVXIT LVGDVNVM & RAVRACAM. Qui, *cum
diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipſo aut liberis
poſt mortem Planci ederentur, ne reſpondere poſſet: cum mortuis non niſi
laruas luctari dixit.* Plin. in præf.

354. TI.CAESAR AVG.ET.IVLIAE) *Iulia Auguſti F. Tiberij* poſt
repudiatam *Vipſaniam Agrippinam* vxor. hic *Liuiam* credo; nam defun-

Digitized by Google

ᶒto Auguſto ipſa a Senatu *ſalutationis matutinæ officium* petijt, & *nomen ſuum cum Ti. publicis commentarijs inſcribi.* Suet. in Ti. c. 50. *Matrē Liuiā grauatus, velut partes ſibi æquas potentiæ vindicantem.* Vxorem ſibi adiungi omnino *Tiberius* inuidiſſet, cum qua *diſſedit & aliquanto grauius, vt etiā perpetuo ſecubaret, intercepto communis filij pignore, qui Aquileiæ natus infans extinctus* eſt. Suet. c. 7. E

CAP. XIIX. Temere Regium aſpiratur. Sicilia an dirupta. Prytanea. Prytanis magiſtratus. Mercurius. Trulla. H. S. Lares. Aes Corinthium. Pugillares. Archontes. Bacchanalium hareſis. Proxenus. Agrigentini hoſpitales. Lucani et Brutij. IV. viri.

358. REGINIS. IVL.) Nota *Regium* abſque aſpiratione; quam tamen adeo religioſe ſcriptores etiam bonæ notæ receperunt, vt eam *vltimam agri Brutij vrbem* ſic a *Regio Lepido Galliæ Ciſalpinæ* diſtinxiſſe videantur, adhærentes fabulę illam *ἀπὸ τῆς ῥαγῆναι a rumpere* dici. De qua audiatur Euſtathius: *Sicilia olim peninſula erat, Italiæ per iſthmum cohærens, ingenti autem terræmotu facto, iſthmoq; diſciſſo irrupiſſe æquor aiunt, quod iſthmum alluebat; cinctuq; ſuo inſulā effeciſſe Siciliā, haut longe a continenti diſiunctā vnde fabula fertur; Neptunum, qui motibus terræ præeſt, abſcidiſſe iſthmum Aonio multas cuſpides habente ferro; & induxiſſe mare, quod iſthmum vtrinq; cingebat; atq; ita ex peninſula effeciſſe inſulā, gratificantē Iocaſto Aeoli filio, quo is ſecure ac tuto inhabitare eam poſſet. Ceterum a dicta abruptione, ideſt, ἀπὸ τῆς ῥήξεως Rhegium illic quoq; nomen accepiſſe volunt.* Plin. 3. c. 8. Sicilia *quondā Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari auulſa XII. M. in longitudinē freto: in latitudinē autē* M. D. *pas. iuxta columnā Rhegiā. Ab hoc dehiſcendi argumento, Rhegium Græci nomen dedere opido, in margine Italiæ ſito.* Et l. 2. c. 88. *Hoc modo inſulas rerū natura fecit. auulſit Siciliā Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Besbycum Bithyniæ, Leucoſiam Syrenū promontorio.* Strab. *Prochytam* Campaniæ. Eandem nominis cauſam antiquior horum *Aeſchylus* dedit, qui vixit cis annum ante C. N. ccccxxc. Sed quomodo, amabo, rei fabuloſæ, & de qua & *vetuſtiſſimi* dubitauere certam nominis originem definiere? *Heſiodus* enim *poeta* (trinis ſeculis *Aeſchylo* prior) *contrarium ſtatuit. latius enim diffuſo illic mari, promontorium Pelorum, & templum in eo Neptuni, quod religioſe colunt incolæ, ab Orione aggerū molibus eductū fuiſſe* Diod. in fine l. 4. docet. Quare *doctiſſime* in libro de antiquitate Panormi *Marianus Valguarnera* cōcludit *ab Orbis* incunabulis, a prouidente rerum auctore DEO O. M. ſic conditā fuiſſe; *cum incredibile ſit XII. M. pas. terrā a cōtinenti diſſilire, nec vicinis iſthmis Peloponneſo & Thraciæ cherſoneſo id contigiſſe.* Addit, vt *Cluuerius* ex *Etruſco* vertit: *Quis porro credat tam pulcrum, tam abſolutum, tamq; admirandū opus, cuiuſmodi eſt portus Meſſanenſis, quem DEVS omnium rerum ſummus artifex in circino, vt inquit Eſaias, videtur tornauiſſe, caſu quodā ſuperaſſe tam ingentē vim, qualis oportet fuerit in eiuſmodi ruptura? cum abyſſus ille profunditatis, qui eſt in hoc freto, poteratne violentia alicuius* F G H

diruptio-

Digitized by Google

A *diruptionis inter vtramque terram infundi?* Cuius poſteriores tamen rationes non vſque adeo validæ mihi apparent. *Portus* etenim is, docentibus eius *iſthmi* peritis, ita immanibus *rupibus* ceu clauſtris ſeptus, vt quemuis irruentem impetum facile eludat. alias nec par eſſet, toties alliſus, qui *fluxui & refluxui* eius *portus conſeruatori*, & forte *progenitori* reſiſteret, ſingulis ſenis horis, & in *nouilunio* præcipue, bene præcipiti itinere in id *brachium S. Reineri* ſeu *lingua del Faro* diuertenti, a tergoq; in via ad *Zephyriũ promontoriũ* infeſtanti. Porro non quaqueuerſus *abyſſus* tantus. Nam inter *Scyllæum Italiæ*, & *Pelorum Siciliæ* promontoria, nec XXC paſſus, documẽto plumbo, fundus depreſſus eſt, cum & cælo ſereno ad ima eius acies humana penetret internoſcendo ſcopulos & quaſi hauſti ædificij rudera. Hinc plures perſuadere ſibi inſtituere, ibi
B *Cherſoneſi ceruicem* interſciſſam eſſe, quod is locus ad XII ſtadia vix conſtrictus, adeo vt & in oppoſito littore *ambulans* conſpici, & *galli vox*, Borea flante, exaudiri potis ſit, *lupi* illuc in *Siciliam*, & hinc *equi* in *Calabriam* tranſnatarint. Paucis retro annis equus iuxta *Meſſanam* e naui proſiliens, ad Calabros vbi a D. de *Ioanne* emtus remeauit. *Diruptionis* vero longitudinem *Plinius XII. M. P. Fazellus* audacius a *Scylla* ad *Leucopetram*, vulgo *Spartauentum* interuallo XXXII. M. P. etſi is per errorem XV. tantum numerarit, patuiſſe cenſent. *Hoc autem ſpacio*, reſpondet *Cluuerius* ant. Sicil. l. 1. c. 1. *quum complura flumina ex Apennini interioribus iugis in fretum delabantur, quis temere crediderit fonteis eorum, ſimulq; illos, qui ex oppoſita Siciliæ parte defluunt, ante iſtam diruptionẽ fuiſſe nullos*. Palam ergo fit fabulæ vanitatem illos agnouiſſe, qui *Re-*
C *gium* non aſpirarunt. & ſic ſemper in ſaxis legi, quod & vidit *Celſus Citadinus V. C.* inque eleganti ſuo de *lingua Tuſca* libello monuit. Quod vero in *Inſcriptionum libris* quandoque cum H inueniatur, ſic & a *Manutio* lapis publicatus, mendũ hoc negligenter exſcribẽtis ſcias. Solenne enim *municipibus & patrias antiquitates* non ex *lapidibus*, ſed ex *libris*, etſi perperam exarantium petere. Quæ turpis ignauia ſimilium errorum mater fuit ſæpe. Strabo ergo de eius originatione incertus ait, *an propter ſplendorẽ eius veluti Regiã appellarint Samnites, quorum principes Romanæ ciuitatis fuere participes, Latinoq; plurimum vſi ſermone in medio dijudicandum relinquo. Fidiſſima* hæc ciuitas amicis, ibi enim X quoque die ieiunarunt, ne *Tarentini* in obſidione *Rom.* eſurirent. cuius *Tarentini* memores *feſtum* anniuerſarium mox egerunt, *Ieiunium* nomine. Ael. var. hiſt. 5. c. 20.

D PRYTANAEO) Gloſſa vertit *Auguſtale*. Liu. *Penetrale*. Cyzici *in Prytanæum, ideſt, penetrale vrbis, vbi publice, quibus is honos datus eſt, veſcuntur, vaſa aurea vnius menſæ poſuit. Veſtæ* Prytanæa ſacra, cui *perennis* ibi *ignis* fouebatur. hinc *adagium in rem non deficientem* τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. Cuius cinerem apud *Eleos* vates quotannis *exportant, quem cum Alphei aqua vt temporarunt, arã in tectorio illiniunt. Alia aqua cinerem redigere in argillam nunquã licuit. hac de cauſa Alpheus ex fluuijs Ioui Olympico chariſſimus*. Pauſ. l. 7. In *Tarentino Dionyſius* mirabilem hunc

lychnu-

lychnuchum cum cccL.amplius lucernis dedicat. Cum in *Græcia* cultus E
Veſtæ viguerit, non vrbs ibi, quæ ſuo *Prytanæo* careret, illic enim ſo-
lum ea conſecrari potuit.Inprimis vero claruit *Athenienſe*, vbi de *Rep.*
bene meritos alebant, modeſteque quotidie conuiuiabantur. Hi *ſenatū*
*quotidie congregant,niſi quis dies nefaſtus fuerit.& Prytanæis ſingulis, po-
pulo præſcribunt ante ſenatum & concionem, de quibus nam agendum ſit.*
Pol.l.8.c.12.*Matulā* inferre, & *feminas* id adire nefas, exceptæ tamen
tubicinæ. *Syracuſanum* Cic.5.Ver.laudauit.*Altera autē eſt vrbs Syracu-
ſis, cui nomen Acradina eſt, in qua forum maximū,pulcerrimæ porticus,or-
natiſſimū Prytanæum*.Par fere *Prytanæo Byzantij* palatium,in quo vir do-
ctus XII.*Reip*.profuturos erudiebat.Cedr.in Leo. *Prytanis* apud *Co-
rinthios* ſumma poteſtas,faſtos ſignās, eo fere loco quo *Athenis Archon*:
ſed hic ſorte a populo, *Prytanes* ex ſtirpe *Brachiadarū* lectus. *Rhodius* F
quoque maior magiſtratus *Prytanis*.Polyb.in exc. 64. Ex L. conſtitit,
captus ex *Senatu* 15.*virorum*,qui in X *claſſes* diuiſi XXXV.dies iudicabant.
Quo numero quotannis *decies* repetito, *annus* ergo cccL. dierum erat.

MERCVRI) ſtatuæ *Hermæ* vocatæ.Schol.Iuu.ſat.8.*Hermæ effigies æneæ
aut marmoreæ ſine manibus,quales videmus in* Circo. *Hermas Athenien-
ſes ante ianuas religioſe poſitos habuere.Romani vero in cōpitis. Mercurij* &
Mineruæ vna erat ara, vna ſtatua,quæ *Hermathena* dicta,quaſi *Mercurio-
Minerua*. Hanc Cicero in villa ſua *Tuſculana* poſuit.Macr.l.1.ſat.19. *Ple-
raque etiā ſimulacra Mercurij quadrato ſtatu figurantur,ſolo capite inſignita
& virilibus erectis. Quæ figura ſignificat Solē mundi eſſe caput, & rerum
ſatorē,omnemq; vim eius non in quodā diuiſorum miniſterio membrorū,ſed
in ſola mente conſiſtere,cuius ſedes in capite eſt. Quatuor latera eadē ratione* G
*finguntur, qua & tetrachordū Mercurio creditur attributum.Quippe ſigni-
ficat hic numerus,vel totidē plagas mundi, vel quatuor vices temporū,qui-
bus annus includitur, vel quod duobus æquinoctijs, duobuſque ſolſtitijs Zo-
diaci ratio diſtincta eſt.* Fulg.l.1.myth.*Mercurium dici voluerunt quaſi
merciū curam. Pennata talaria, quod negotiantiū pedes vbique pergendo
quaſi pennati ſint.Virgā ſerpentibus nexam,quod mercatoribus det aliquan-
do regnum,vt ſceptrū, & vulnus, vt ſerpentiū galero cooperto capite pingi-
tur, quod omne negotiū ſemper ſit abſconſum.* Cretenſes *Mercurialia*, quæ
Saturnalibus Romæ paria celebrarunt, quod ibi ingens *Mercatorum* turba.
hinc *collegia Mercurialiū*,ideſt mercatorum. Huic in epulis aliquid fer-
culorum offerebatur. Pol.6.c.9 A.5.*Mercurij ſors pars illa carniū in con-
uiuio vocabatur, quæ prima illi deo conſecrata ſeponebatur*. Inpenſe hoc
numen *Teutones* amplectebantur. Tac. de mor. Ger. *Deorum maxime* H
Mercuriū colunt, cui certis diebus humanis quoque hoſtijs litare fas habent.
Cognomina in lap. MERCVRIO ARCETIO, ARTAIO, ARVER-
NO, AVG. CAELESTI. CENSVALI CONS. DEO MAGNO. FA-
TAL. INVICTO. NEGOTIATORI. REDVCI. VIACO. TVTE-
LARI MENSIS IVNI.

TRVLLAM) poculi genus. Iuu. *Si trulla inuerſa ſonitum dedit aurea
fundo*. Cic.5.Ver.*Vas vinarium ex vna gemma pergrandi,trulla excauata,*

cum

Digitized by Google

A *cum manubrio aureo.* Etiam vas, quo alui profluuies excipitur. item, quo *e culina in lauatrinam aqua* funditur.

ANAGLYPTA) & *anaglypha* vaſa ſunt, ita ſculpta vt imagines emineant.Plin.l.33.c.11. *Vaſa ex argento mira inconſtantia ingenij humani variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana,*(Scriuerius legit *Grantiana*)*etenim tabernas menſis adoptauimus,nunc anaglypta,in aſperitatēq;exciſa circa linearū picturasquærimus.*

P IIS ::) *pondo ſeſtertio ſemis,*& *triente*,ideſt, *libra* & *deunce*.Pondo enim *libra*. Hæc HS.antiquior *ſeſtertij* nota, poſt linea per medium traducta.Var.*Veteris conſuetudinis, vt retro æra dicerentur,ita vt ſemis tertius, ſemis quartus pronunciarent.* & *Attici* dixere ἑπτὰ ἥμισυ τάλαντα, *ſeptem ſemitalenta. Seſtertius* ergo quaſi *ſemis tertius*, numus æreus &
B argenteus, *quarta pars denarij,quo tempore is decuſſis valebat, id eſt dupondius,& ſemis*.Feſt. C.vero H.S. *aureum* conſtituebant.Suet. in Oth. c.4. *Quoties cœna principē exciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat*.Tac.de eodē,*Cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuidebat*. Et hoc fuit tunc temporis, quo *aureus* quarta pars *vnciæ auri*. Iuſtin.inſt.de ſucceſs.libert.§.ſed noſtra,*Pro mille Seſtertijs aureus cōputetur.Putat Panciroius* ad ea tēpora reſpexiſſe,quibus *libralis aureus* cudebatur.Lambino in Hor.L.HS. *aureus ſcutatus. Seſtertium* autem *neutro genere,& ſeſtertia*, tantumdem eſt ac *milleni ſeſtertij*. Lipſ. ad Tac. X *millia* H-S idem quod X. H-S, ideſt C. *aurei*.Hoc calculo Atticus Ciceroni *ex patria fugienti* H-S cc. *& quinquaginta millia donauit*. Cor. Nep.hoc eſt,cIↄ cIↄ Iↄccc. *aureos*. Aduerbialiter *decies ſeſtertium* effe-
C ciſſe ſcribunt *centena millia*. Refert Cic.act.1.Verrem *præterea quadringenties ſeſtertium ex Sicilia contra leges abſtuliſſe*. eſſent aurei circiter ccIↄↄ Iↄↄↄ. H-S & *menſura* fuit *II.ped.ſemis*. Plin.l.17.c.11.*Quinus ſemipes* Græco ritu,qui πέμπτον ἡμιπόδιον IIII *pedes cum dimidio* dicūt. Etiam *locus ſupplicij*, quem nominari Turb. conijcit, *quod ſpacio ambitu ædium,qui ſeſtertius pes dicitur*. De :: aſſis parte vide *Voluſium Mecianum*, amplius notas *ponderum* antiquas apud *Grut*. Inſcript.p.221.

LARES) *Lar* Hetruſce *Princeps*. Scal.ad Prop. *Laræ* ſeu *Larundæ* Nymphæ, ſeu *Mutæ* ab *Ioue* lingua exciſa, quod eius cum *Iuturno* concubitum *Iunoni* prodidiſſet. tradita *Mercurio* ad inferos deferenda, interim ex ipſa *geminos Lares* progenuit.Seru.l.5.Æn. Et quia *apud maiores omnes in domibus ſepeliebantur, vnde ortum eſt,vt Lares colerentur in*
D *domibus*. Quinam illi ſint prolixe inquirunt. Arnob.l.3.*Arbitratur vulgus vicorū atq;itinerum deos eſſe,ex quo quod Græci vicos cognominānt Lauras. In diuerſis Nigidius ſcriptis modo tectorum, domuūq; cuſtodes, modo Curetas illos, qui occultaſſe perhibentur Iouis auribus aliquando vagitum. Indigetes Samothracios,quos quinq; indicant Græci, Idæos Dactylos nuncupari. Varro ſimiliter hæſitans, nunc eſſe illos Manes, & ideo Maniā matrem eſſe cognominatam Larum: nunc aerios rurſus deos, & heroas pronunciat appellari: nunc antiquorū ſententias ſequens, Laruas eſſe dicit* Lares, *quaſi quoſdā genios defunctorum,animas mortuorū*.Apul.de deo Socr.*Lar Familiaris*

liaris audijt, qui *ex lemuribus poſterorũ ſuorum curam ſortitus, pacato, &* E
quieto numine domum poſſidet. Sedes illorum in *vrbis*, & *publicis vijs.*
hinc *Lares Viales*,& in Catal.Virg. *Dij Semitales*, ac θεοὶ ἀγυιεῖς nũcupati.
Tales fuere *Apollo & Bacchus*,*Hercules Sancus*,& *Mater Stata*.*Lares* Cõ-
pitalitij in *cõpitis* proſtabant. exin ludi *Compitales. quibus tot pilæ, quot*
capita ſeruorũ,tot effigies, quot eſſent liberi,ponebãtur,vt viuis parcerẽt,&
*eſſent his piiis,& ſimulacris cõtenti.*Feſt. *Suſpendat Laribus marinas molles*
*pilas,reticula ac ſtrophia.*Var.in Seſqui Vlyxe. *Pilæ* erant *effigies viriles*
*& muliebres ex lana.*Mac. In *domibus Lararium*, & *focus* ſacer, illis *vino*
& *ciborum particulis* in ignem coniectis *primitijs cœnæ* litabant, poſt *ſal*
cum *pane & caſeo* pro *pulmentario* ceſſit. Horũ cuſtodiæ *pueri* appoſiti.
Suet.in Dom.c.17.*Puer,qui curę Larũ cubiculi ex cõſuetudine aſſiſtens.Dij*
domeſtici, paſſim *familiares* dicti. & fuere *Picumnus* & *Pilumnus*, ideſt, F
Mars, princeps Larum, & ἁπλῶς *Lar* nominatus, ſed *Militaris*, & *Romu-*
lus. qui *familiæ aureæ*, vt Feſtus *liberos homines* vocat, præſtites ſunt, vti
familiæ ſeu *ſeruorum Saturnus*; *Saturnalibus* enim *ſerui* compedibus ſo-
luti cum heris epulabantur, & *Saturnus* vinculis dimiſsis tanquam liber
regnabat. *Familiares* Arn.l.1.& *Grundules* appellat. An a *grunnitu porci*
ſueta hoſtia? an a *ſuggrundijs ædium*? his *milites arma* ſuſpendebant,
Ingenui veſtẽ coram eis ponebant, *Virilem togã* ſumentes *bullam* dona-
bant.Perſ.5.Serui *pileo donati catenas* ſuas dicabant.Hor.l.1.ſat.5.Fuere
itaq; *Dij Publici*, quorũ ſimulacra *priuata religione* domi venerabantur.
Feſt.*Lares* porro *Hoſtilij*, *quod ab his hoſtes arceri putabant*. *Lares Marini*
ſunt *Neptunus, Glaucus,Thetis*, quibus L. *Aem Regilus* in Campo *Mar-*
tio ædem bello *Antiochi* vouit, quæ XL. annis poſt dedicata fuit. *Cælo* G
quoque *Iouem Cæleſtem Larem* ſuum attribuerunt. *Lar Cunctalis Ianus*,
a quo cuncta regi opinabantur. *Lares* a *Genijs* diſtinxerunt, quod illi
vrbibus,vijs,ædibus,familijſque præſint.hi & alijs rebus.*Penates*,hos *dice-*
bant omnes deos,quos domi colebant,& penates dicti quod eſſent in penetra-
libus. Iſiod.8.c.11.(Cic.2.nat.deo. *a penu vel quod penitus inſident*)a *La-*
ribus differunt, qui & extra domũ cultum obtinuere,Solin.c.2. Penates
ſanctiores habebantur, a *Troianis* accepti, *Lares* ex maiorum funeribus
abiecti,quod *Germanico* defuncto accidit.Suet.in Cal.c.5. *Sepe cõtemti*,
& violati.*Penates Publici*,ſeu *Dij Patrij,Genethliaci Magni,Iouis & Cõſi-*
liarij dicti,*per quos penitus ſpiranus, per quos habemus corpus,per quos ra-*
*tionẽ animi poſſidemus.*Mac. Quod nec omnibus *Laribus* conuenit.*Pena-*
tium ſimulacra fuere duo *Iuuenes haſtati*,quæ *Dionyſius Romæ* vidit cum H
titulo DENATES pro *Penates*.*Lares* vero *pelle ſuccincti canino,peregri-*
nantium habitu, comite cane, quod auctore Plut. hoc cuſtodiæ, quæ ipſis
commiſſa domus, proprium ſit, *exteris ad morem canum terrori eſſe, do-*
meſticis manſuetos.

PELBEM AEREAM CORNEAM) Hic error illorum claret, qui *Corinthia*
vaſa dici negarunt, ſed *Corinthiaca*. inde *Corinthiarius*, qui ea vaſa labo-
rat.Suet.in Aug.c.70. *Proſcriptionum tempore ad ſtatuam eius adſcriptum*
eſt, PATER ARGENTARIVS. EGO CORINTHIARIVS. *Corin-*

thium

A thium æs caſus miſcuit, Corintho, cum caperetur, incenſa. Plin.34.c.2. Diſſentit Florus l.2.c.16. *Æris*, ait, *notam pretioſiorem ipſa opulentiſſimæ urbis fecit iniuria, quia incēdio peruſtis plurimis ſtatuis atq; ſimulacris, æris, auri, argentique venæ in cōmune fluxere.* Mureto l.3.c.5.var. illa ſcilicet opinio comprobatur; *ærarium fabrum Corinthi*, ne alij ſuum auri furtum reſciant, minute diſſectum æri admiſcuiſſe, quo *mirabilis temperaturæ* inuentor inmenſas ſibi opes exſtruxit.

TEMPLO MAIORE APOLLINIS) *Regij* duplex ergo *Apollinis* fanum, *Maius & Minus*? Elucet certe ex his tabulis quid *Regium* fuerit. Vtinam ſua non tam prodige deuaſtaſſet! hoc eſt, quod & per *Siciliam* inprimis deploraui. PVGILLARES) dictæ quod *ſtylo ferreo pungerentur*. Auguſtin. Vna parte *pungebant*, alia *delebant*. In B ijs literas cælandi modus in Gel.l.17.c.9. Refert *Aſdrubalem*, ſeu alium quempiam *pugillaria noua, nondum etiam cera illita accepiſſe: literas in lignum indidiſſe: poſtea tabulas (uti ſolitum eſt) cera colliuiſſe: eaſq; tabulas tanquam non ſcriptas, cui futurum id prædixerat, miſiſſe: cum deinde ceram deraſiſſe, literaſque incolumes ligno inciſas legiſſe.*

MEMBRANATIOS) Plin.13.c.11. Ante *Alexandrum* & conditam *Alexandriā non fuiſſe chartarū vſum, in palmarum folijs primo ſcriptitatū: deinde quarundam arborum libris. poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cepta, aut ceris.* Pugillariū enim vſum *fuiſſe etiā ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum poſt. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolomæi, & Eumenis ſupprimente chartas Ptolomæo.* idem. *Varro membranas Pergami tradidit repertas, poſtea pro-* C *miſcue patuit vſus rei, qua conſtat immortalitas hominū.* Diſſentit Ioſeph antiq.l.12. *Ptolomæus* enim (qui *C. millia volumina in Græcū conuerti curauit.* Cedr.) in ſacris biblijs *auro* cōſcriptis, ab *Eleazare ſummo ſacerdote* miſſis, *miratus membranæ ſubtilitatē, & cōmiſſuras, quæ ita latebant, vt viſu diſcerni non poſſent.* Firmat Herodotus, *Ionas*, ait, *diptheras libros vocaſſe, quod aliquando ob papyri penuriā, & ouillis, & caprinis pellibus vſi* fuerint. Erat hæc *pellis Amaltheæ capræ, in qua res humanæ ſcribi dicebantur.* Suſpicarer ergo *Eumenem* eius tantum obſoletum vſum reuocaſſe, primoq; in *Aſia* publicaſſe. Iſiod.l.6.c.11. *Membrana primum coloris lutei, id eſt crocei, poſtea vero Romæ cādida mēbrana reperta ſunt: quod apparuit inhabile eſſe: quod & facile ſordeſcāt, aciēq; legētium lædāt.* Extitere *& purpurea, in quibus aurum & argentum liqueſcens pateſcat in literis.*

D OPERCVLIS EBOREIS) ecce tegendi libros mos antiquus! Ab *Antonio Panormita* inter *Alfonſi Arragoniæ & Siciliæ Regis ſapientiſſimi* laudes reponitur, quod M. *Pollionis Vitruuij* codices incultos eſſe noluerit. Is *cum arcē, Neapoli inſtaurare decreuiſſet, Vitruuiū adferri iuſſit, verū cū ſine ornatu, & ſine aſſeribus eſſet. Non decet*, inquit, *hunc potiſſimū librū, qui nos quomodo contegamur tā belle doceat, intectū incedere*, Iſiod.6. c.12. *Circūcidi* autē *libros Siciliæ primū increbuit. Nam initio pumicabantur.*

362. ΑΡΧΟΝΤΩΝ) Cic. *Prætor* vertit. Plin. *Magiſtratus*. Spart. *Græcā* retinuit, pariter & Cic. de fato: *Moritur Epicurus cum duo & ſeptuaginta*

 annos

annos vixerit, Archonte Pitharato, Athenis ſumma hæc poteſtas in *Medo-* E
ne Codri Regis, qui D.M. animam deuouerat, filio cepta, continua ſerie in
poſteros, qui *Medontidæ* dicti, diuulgata: in *Charope* decennale munus,
poſt *Erycē* annuum euaſit. Poll. *Primus ſingulis annis Archon nominatur,*
tum Rex, deinde Polemarchus ſeu belli princeps, & Theſmothetæ ſiue legiſ-
latores ſex, ex his enim nouē complentur. infra: *Archon diſpoſuit Dionyſia,*
& ludos Apollinis cum eorū curatoribus. Iudicabant olim ante leges Solo-
nis ſeparatim: Rex ſedebat in Bucolæo procul a Prytanæo, Polemarchus in
Lycæo, Theſmothetæ in Theſmoſio, Archon ad ſtatuas æneas, quæ Exonymi
dictæ, vbi leges figebantur, antequā approbarentur. Nota morem inſi-
gnem, quem Pol. l. 8. habet: *Archontes cum magiſtratum inirent, publice*
iurabant ſe obſeruaturos leges, neq; paſſuros fidē ſuā donis corrumpi, ſi quis
ipſorum ſecus feciſſet, eum multæ nomine aureā ſtatuā ſuam poſiturum eſſe. F
Nonullis *Archon* idē eſt, qui *Romæ Dictator, & Carthagini Suffes.* ego cum
Cappacio Conſulibus æquipararē; quum & ab ijs, vt *Romani* a *Coſs.* & vti
Lacedæmonij a Tribunis ſeu *Regibus* annos numerarint. In numero *Ar-*
chontum non vna ſcriptorū mens, Pauſanias *vnum* vult. Suidas IX. Hinc
Euſebio *Nouem principes* vocati. Priori *Lælius Biſciola* in nobili *horarum*
ſubſeciuarū opere ſuffragatur. mihi tanti viri pace diſſentire æquum ſit,
cum plures ſemper, qua in ſcriptoribus, qua in *antiquis ſaxis* obſeruati
ſint, nec minora opida ab vno regi ſuffecerint. *Neapoli* hinc *viam la*
ſtrada di Arco nomen a ſuis *Archontibus* incolis retinuiſſe, *Cappacius*
opinatur. potius ab *arcu.* Hi *ciuilia,* vt *Areopagitæ capitalia* iudicabant.
Quo tribunali *Mars*, cum *Halirrhotium Neptuno* natum, *Alcippæ* F. vim
inferentē peremiſſet, iudicibus *bis ſenis dijs, ſex ſententijs* abſolutus eſt. G
hinc *Mars* Ἄρειος agnominatus.

TABVLAS PICTAS) priſcæ conſuetudinis fuit, picturis fana ador-
nare. Cic. 5. Ver. In æde Mineruæ *pugna erat equeſtris Agathoclis regis, in*
tabulis picta præclare, his autē tabulis interiores templi parietes veſtieban-
tur: nihil erat ea pictura nobilius; nihil Syracuſis, quod magis viſendū puta-
retur. has tabulas M. Marcellus, cum omnia illa victoria ſua profana feciſ-
ſet, tamen religione impeditus non attigit. mox. Ibidem *erant imagines*
Siciliæ, regum, ac tyrannorum: quæ non ſolum pictorum artificio delecta-
bant, ſed etiam commemoratione hominum, & cognitione formarum.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΤΕΧΝΙΤΩΝ) *Dioniſij Artificum.* lap. CORONA-
TVS ADVERSVS HISTRIONES ET OMNES SCENICOS ARTI-
FICES. *Attici* plura *Dionyſia* ſeu *Liberalia* egerunt, ex quibus λήναια, & H
τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια, alia τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια. Dicta illa, quod per
agros in *autumno*, hæc *in vrbe* ſub *veris* auſpicijs celebrata. erantque ad
maiora Bacchanalia præludia. *Sp. Poſtumio, Martio Philippo Coſs.* ſacrum
Græcum nocturnū ſcelerum omnium ſeminarium inueſtigatum, ac mul-
torū pœna ſublatum eſt indice *Ebutio.* de quo Liu. l. 9. *Mater adoleſcētu-*
lū appellat, ſe pro ægroto vouiſſe, vbi primum conualuiſſet, Bacchis eum ſe
initiaturū, damnatā voti deū benignitate exoluere id velle. decē dierū caſti-
monia opus eſſe, decimo die cœnatū, deinde pure lautū in ſacrariū deducturā,

Digitized by Google

A poſt. *Hiſpala Fecenia Ebutio* diſſuaſit aiens: *Corruptelarũ omnis generis eam officinã eſſe, & iam biennio conſtare neminẽ initiatũ ibi maiorẽ annis viginti, vt quiſq; introductus ſit velut victimã tradi ſacerdotibus, eos deducere in locũ, qui circumſonet vlulatibus, cantuq; ſymphoniæ, & cymbalorũ & tympanorũ pulſu, ne vox quiritãtis, cũ per vim ſtuprũ inferatur, audiri poſſit.*

ΠΡΟΞΕΝΩΝ) Pol.l.3.c.4. Πρόξενος *eſt, ſi quis publicã vrbis legationẽ hoſpitio excipiat, in aliena ipſe ciuitate exiſtens; vt ipſis ibidẽ hoſpitiũ, congreſſum populi, & ſedẽ in theatro procuret. Facit hoc enim* ἐθελοπρόξενος, *qui publicũ & proſcriptũ habet hoſpitiũ.* Data προξενία benemeritis, quæ in ſaxis *teſſera hoſpitalis* dicitur. *Fauſtianenſes Legatum* Q. ARADIVM RVFINVM VALERIVM PROCVLVM C.V. LIBEROS POSTEROSQVE EIVS SIBI POSTERISQ. SVIS PATRONOS COOPTA-
B VERVNT TESSERAM HOSPITALEM CVM EO FECERVNT. Cic.5.Ver. *Syracuſis* decernũt, *vt Lucio fratri hoſpitiũ publice fieret, quod is eandem vtilitatẽ erga Syracuſanos ſuſcepiſſet, quam ego ſemper habuiſſem, id non modo tum ſcripſerunt, verũ etiã in ære inciſum tradiderunt. Proxeniæ* decus *Acragantini Demetrio Syracuſano* & *Melitenſes* eidem, poſteriſque decretum æneis tabulis inſcripſere. vt vides libro priori, p.62 63: Quem honorem *Agrigentini* & domeſtica religione excercere certarunt. Inter quos primas apud Hiſtoricos obtinet *Gellias*. Diod.l.13.c.83. Is *cõpluribus domi ſuę diuerſorijs ad excipiẽdos hoſpites extructis, ad portas ianitores conſtituit, quibus imperatum erat, vt quoſcunq; viderẽt aduenas, ad hoſpitiũ inuitarent. Exemplũ hoc etiã alij imitati fuere, quibus priſco more humaniter ac benigne cum hominibus verſari ſtudium erat. Idcirco Empedo-
C cles hunc ad modũ de illis canit.* Ξείνων αἰδοῖοι λιμένες κακότητος ἄπειροι. *Hoſpitibus ſancti portus, ſine labe malorum.* *Contigit aliquando vt* Iↄ. *illuc equites a Gela hiberna tempeſtate, vt Timæus* lib.xv. *memorat, diuerterent, hos omnes liberaliter ille ſuſcepit, & cõfeſtim ſingulis chlamydes, tunicaſq; ex arcis deprõptas diſtribuit.* c.84. *Nec vero Galliæ tantũ, ſed multis quoq; alijs Agrigentinis tanta opũ magnificentia contigit. Antiſthenes ſane, cui Rhodi cognomentũ, quũ nuptias filiæ perageret, ciues in ſuis quoſq; vicis, liberali conuiuio accepit: & vt pluſquã* Iↄccc *ſponſam paria comitarentur, procurauit.* Proauorum noſtrorum ſeculis *Brettinorũ*, Plin. *Forum-Truentinorũ* opidum in *Flaminia* ſupra *Forum Põpiliũ* hoſpitalitatis adeo affectauit celebritatem, vt crebri motus, & hinc ſæpe neces ſequerentur excipiendorum hoſpitum inuidia. Erigenda ergo in foro *columna* cum *anulis ar-
D genteis*, qui generoſis illius agonis hominibus diuiſi. cuius igitur anulo aduena *equũ*, vel viator ſignum *alligaſſet*, dominus illius equum in ſtabulum deducere, hoſpitemque quærere ius acquiſiuit. Ceterò veteres triplici ordine *hoſpitabantur* per *teſſerã hoſpitalẽ*, vel ad *tabernas meritorias* & πολυδοκεῖα diuerterunt, vel *magiſtratũ hoſpitij* cura adibant, hoc dicebant ξενίαν λαμβάνειν. Plut. in Pla.

359. SAΛΛVSTIS) Λ loco L. *Salluſtis* muliebris appellatio, alias *Salluſtia*, quo nomine fuit ſoror *C. SalluſtI Criſpi Amiternini*, quem Auguſtin. *Veritatis hiſtoricũ.* Gel.l.3.c.1. *Subtiliſſimũ breuitatis artificẽ* vocat.

Tac.an.l.3. *Rerum Romanarũ florentiſſimus auctor.* Quint.l.10. *Salluſtiana breuitas, qua nihil apud aures vacuas, atque eruditas poteſt eſſe perfectius.* Sen. *Thucididi Græco homini quid addi poſſe, Salluſtio nihil demi* cenſet. E

OCAERODIOS) M.*Ant.Politus* in chronico *Regij* affectate nimis interpretatur *oka Erodios*, quaſi *Agathocles* adeo tumulũ *Speratæ* honorarit, vt *Erodij* aues *Diomedis*, inde *Diomedei* dicti. Plin.l.10.c.44. *Diomedeas aues Iuba Cataractas vocat, eis eſſe dentes, oculoſq; igneo colore, cetera candidis tradens, duos ſemper ijs duces: alterũ ducere agmẽ, alterũ cogere. Scrobes excauare roſtro, inde crate conſternere, & operire terra, quæ ante fuerit egeſta: in his fetificare. Fores binas omnium ſcrobibus: Orientẽ ſpectare, quibus exeant in paſcua; occaſum, quibus redeant. Aluũ exoneraturas ſubuolare ſemper, & contrario flatu. Vno hæ in loco totius orbis viſuntur in inſula, quã diximus nobilẽ Diomedis tumulo atq; delubro, contra Apuliæ orã, fulicarũ ſimiles. Aduenas barbaros clangore infeſtant, Græcis tantũ adulantur, miro diſcrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes; ædẽque eã quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atque purificant; vnde origo fabulæ, Diomedis ſocios in earũ effigies mutatos.* Ego cognomen *Agathoclis*, vel alterius nomen dixerim. F

363. LVCANIAE ET BRITTIORVM) Feſt. *Lucani appellati dicuntur, quod eorũ regio ſita eſt ad partẽ ſtellæ luciferæ, vel quod loca cretoſa ſunt, ideſt multæ lucis, vel a Lucilio duce, vel quod primitus in luce conſederunt. Bilingues Brutij* ad *Coſentiũ* appellati, quod *Oſce*, & *Græce* loquerentur. vti *Maſſilienſes* Varroni *Trilingues*, quod *Græco*, *Latino*, & *Gallo*, & Apuleio *Siculi trilingues*, quod *Siculo*, *Græco*, *Phœnico* ſeu *Punico* ſermone vſi. Indignis ergo cõuicijs *Sipontinus* gentem violauit, cum *Bilingues fallaces* temere expoſuit. Nominis rationem hanc Diod.l.16. c.15. ſcribit. *Fugitiui circa Lucaniã confluentes Troianã vrbẽ expugnatã diripuerunt; hinc Arponio, Thurũſq; & multis alijs ſubactis, propriã ſibi Remp. conſtituerunt: & quia pleriq; ſeruiebant, Brutiorũ nomen aſſumſere. indigenarum enim ſermone fugitiui Brutij nuncupantur.* G

365. IIII VIRI) *in Rep. Rom.* annuos XXVI. viros populus creauit, vnde caperẽtur *IIIviri capitales*, *IIIviri monetales*, *IIIIviri viarũ Vrbis*, *X viri* STL. IVD. *IIviri viarũ extra vrbẽ*, *IV viri per Campaniæ præfecturas*, qui demtis *Viocuris extra vrbẽ*, & *IV viris Campaniæ* ad XX imminuti. Definiunt autem *Præfecturas opida Italiæ*, quæ nec ſuis legibus vt *Municipes*, nec ex ſe magiſtratus vt *Coloni* legebant, *Reſp.* tamen fuere, quum ſuos *Conuentus*, & *magiſtratuum Ornamenta* haberent. H

366. C. AQVILIVS) C. *Aquilius Aſiæ proconſulis Legatus a Mithridate* captus aſino circũductus, auro ori infuſo necatur. App. *Aquiliã Seuerã Heliogabalus* duxit, vt ex ſe *Pontifice* & *Veſtale* diuina ſoboles naſceretur.

CLA) *Claudia tribus*. Dion.l.5. *Claudio, Regillo Romã* migranti *partẽ, quantã voluit ad conſtruendum* S. P. Q. R. dedit, & agrum *e publico* inter *Fidenas & Picentiã*, quem *viritim inter ſuos diuideret. e quibus & tribus quædam progreſſu temporis facta, nomine Claudia.*

DECVRIA ARMAMENTARIA) Hæc *armorum & armamentorum repoſitoria* tuetur.

CAP,

A *CAP. XIIX. Romæ laudes. Locrenſes. Cenſor. Natales. Vinum reſperſum. Dedicatio ſtatuæ. Petilia vbi. Triclinium. Lucernæ. Baſilica.*

368. MAXENTIVS) Oroſ. l.6.c.28. *Prætoriani milites Romæ Maxentium filium Herculij, qui priuatus in Lucania morabatur, Auguſtum nuncupauerunt.* Quæ cauſa forte quod lapides milliarios illic locorum publicarit, qualis hic eſt. M P VI) *millia paſſus ſex.* Tot & hodie milliaria *Regio* ad id S. *Dominicæ* ſuburbium numerantur.

370. ROMAE AETERNAE) VRBS AETERNA. *Victura cum ſeculis. Deorũ opus & cura.* Plin.3.c.5. *Terrarum caput.* Front. *Regina & domina Orbis, quæ terrarũ dea, gentiumq; exiſtit, cui par nihil, & nihil ſecundum.* ex Mart. *Prima vrbes inter diuum domus aurea Roma.* Auſ. *Imperij*
B *virtutumq; omniũ larẽ* Amm. laudat. *Virtutũ omniũ latiſſimũ tẽplum.* Caſs. *Vniuerſa Roma miraculũ.* Sid. l.1. ep.6. *Domicilium legũ, gymnaſium literarũ, curiã dignitatũ, verticẽ mundi, patriã libertatis, in qua vnica totius orbis ciuitate ſoli barbari, & ſerui peregrinantur.* Cor. Nep. in Att. Vrbs *in qua domiciliũ vrbis terrarũ eſſet imperij.* Ariſtid. *Velut cõmune totius terræ oppidum.* Id. *Omnes gentes quaſi vicatim diuiſas ad hanc ſuã arcẽ conuenire, quæ nunquã vllis ſe negat ſed vt terræ ſolũ fert omnes, ſic hæc omnes homines capit. Cõmunis quædã Orbis officina.* In LL. *cõmunis patria.* Liu. l.1. *Reſpublica nec maior, nec ſanctior, nec bonis exẽplis ditior.* apud Gal. *Orbis cõpendiũ & epitome.* alij *Arcẽ nationũ & regũ, lumen gentiũ. Vrbẽ vrbiũ. Vrbẽ cæleſtẽ.* Hier. l.2. adu. Iou. Vrbs *orbis domina, vrbs Apoſtoli voce laudata, interpretare vocabulũ tuum. Roma aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos,*
C *aut ſublimitatis iuxta Hebræos.* Contra Q. *Aurelius* proſcriptus *villã vocauit. Væ mihi,* ait, *Albana me villa proſequitur. Autulphus Gothorũ* rex *Alarici* ſucceſſor, *Placidiæ* captæ maritus inhiauit, *vt obliterato Romano nomine Romanũ omne ſolũ Gothorum imperiũ & faceret & vocaret, eſſetque vt vulgariter loquar, Gothia quod Romania fuiſſet, fieret tunc Autulphus quod quondã Cæſar Auguſtus.* Quod ex *Regis* ore miles quiſpiam excepit, & S. *Hieronymo,* hic *Oroſio* retulit. Or. l.7.c.43.

LOCRENSES) Locri quatruplices *Epicnemidij, Opuntij, Ozolæ, & Epizephyrij,* incolę *Magnæ Græciæ* vrbis. quam *Municipiũ* fuiſſe 371. lapis aſſerit. *Sunt hi colonia eorũ Locrorũ, qui in ſinu Criſæo habitant, ab Euanthe deducta non multo poſt Crotonẽ & Syracuſas conditas.* Strab. l.6. *Creditum eſt* Locros *omniũ primos ſcriptis vſos fuiſſe legibus, quos cum diu Remp.*
D *optimis geſſiſſent inſtitutis, Dionyſius Syracuſarũ exturbatus dominatione ſceleſtiſſime vexauit. Etenim virginibus in morẽ nuptarum ornatis pronubũ ſe ipſe auſpicẽve gerebat, in conclaue ingreſſus, & conductis formoſis virginibus imperabat, vt eas nudæ captarent, quibuſdã etiã ſcandalia indutis inæqualia, alterum ſublime, alterum humile dedecoris cauſa iuſſit, vt ſic columbas ſectarentur. Ib.* Idem *Locris* in *Lucanos* infauſte pugnantibus, quaſi voto facto in *Leophronis Regini* tyranni bello, quo virgines ſuæ feſto *Veneris* proſtituendæ excidiſſent, perſuadet vt in Veneris æde ex filiabus, vxoribuſque C. per menſem in lupanaria ſortirentur, viris iuratis

Digitized by Google

de non vitiandis has, lege lata ne quæ ante iſtarum redhibitionem nu- E
bat. Quas mox *Dionyſius* ſpoliat maritis ob iniurias querulis iugula-
tis, locupletumque vxoribus ad prodendas pecunias tormentorum vi
coactis. Quibus artibus tyrannidem ad ſexennium firmauit, donec *Syra-
cuſas* repetierit.

375. ORNAMENTIS CENSOR) Ornamentis maiorum magiſtra-
tuum *Cenſores* gaudebant, at ſine *lictore*. Zon. *Securiũ* enim pœna affi-
cere nequibant. Hinc Cic.4.de rep. *Cenſoris iudicium nihil fere damnato
affert, niſi ruborẽ.* & pro Clu.ait, *Cenſoriã animaduerſionẽ non tantã habe-
re vim ac iudicia.* A.cccx primi ex *Patricijs* creati, poſt lege *Poplicia* alter
ex *plebe*, mox ab an. DCXXII. vterq; ſæpe *plebeius* fuit. Feſt. *Dicti quod
rem ſuã quiſq; tanti æſtimare ſolitus ſit, quanti illi cenſuerint.* Cic.27.in Piſ.
Magiſtra pudoris & modeſtiæ ſeueritas. Val.l.2.c.9. *Pacis magiſter & cu-* F
ſtos. Plut. *Stabilimentũ Imperij Rom. & ampliſſimũ magiſtratũ, & quodam-
modo perfectiſſimũ in Rep. culmen.* Cic.3.de LL. *Cenſores populi æuitates,
ſoboles, familias, pecuniaſq; cenſento: Vrbis tẽpla, vias, aquas, ærariũ, vectiga-
lia tuento: populiq; parteis in tribus deſcribunto: exin pecunias, æuitates, or-
dines partiunto: equitũ peditumq; prolẽ deſcribunto: cælibes eſſe prohibento:
mores populi regunto: probrũ in ſenatu non relinquũto. bini ſunto: Magiſtra-
tũ quinquennũ habento: reliqui magiſtratus annui ſunto: eaq; poteſtas ſem-
per eſto. Iuris diſceptator. qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, Pretor eſto.
Is iuris Ciuilis cuſtos eſto. huic poteſtati parẽto. quotcunq; ſenatus creuerit
populuſq; iuſſerit tot, ſunto. Regio imperio duo ſunto: iiq; præeundo, iudicãdo,
cõſulendo Prætores, Iudices, Conſules appellãtor. Militiæ ſummũ ius habẽto:
nemini parẽto. ollis ſalus populi ſuprema lex eſto. eundẽ magiſtratũ, ni inter-* G
fuerint X. anni, ne quis capito. Apud Treb. in Val. Senatus dato a *Decijs Coſs.*
legendi arbitrio ſic exclamat: *Valeriani vita Cenſura eſt: ille de nobis iu-
dicet, qui eſt omnibus melior. ille de ſenatu iudicet, qui nullum habet cri-
men. ille de vita noſtra ſententiã ferat, cui nihil poteſt obijci. Valerianus à
prima pueritia Cenſor fuit. Valerianus in tota vita ſua fuit Cenſor. prudens
ſenator, modeſtus ſenator, grauis ſenator, amicus bonorũ, inimicus tyranno-
rũ, hoſtis criminũ, hoſtis vitiorũ. hunc Cenſorẽ omnes accipimus, hunc imi-
tari omnes volumus. primus genere, nobilis ſanguine, emẽdatus vita, doctri-
na clarus, moribus ſingularis, exemplũ antiquitatis.* Ib. *Decius* ad eundem:
*Totius Orbis humani ſuſcipe cenſurã, quã tibi detulit Romana Reſp. quã ſo-
lus mereris iudicaturus de moribus noſtris. tu æſtimabis, qui manere in cu-
ria debeant, tu equeſtrẽ ordinẽ in antiquũ ſtatum rediges, tu cenſibus modũ
pones, tu veſtigalia firmabis, diuides ſtatũ, reſpublicas recenſebis: tibi legum* H
*ſcribendarũ auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militũ iudicandum eſt: tu
arma reſpicies: tu de noſtro palatio, tu de iudicibus, tu de præfectis eminen-
tiſſimis iudicabis. Excepto deniq; Præfecto Vrbis Romæ, exceptis Coſs. Or-
dinarijs, & Sacrorũ Rege, ac Maxima Virgine Veſtaliũ (ſi tamen incorrupta
permanebit) de omnibus ſententias feres. Laborabunt autem etiã illi, vt tibi
placeant, de quibus non potes iudicare.* Illorum quoq; prouinciæ, *ne ager
ſordeſcat.* Plin.18.c.3. *Agrum male colere cenſorium iudicabatur.* l.33.c.4.

A ne nimis multos ad aurifodinas *in operis publicani haberent. Fullonibus modum in tingendis veſtibus definire.* Plin.35.c.17. *Precia ſacrificorum* procurare.Cic.in Rul. *Sacros anſeres paſcere, ſenatumq; mouere.* Liu.P.*Cor. Rufinus* II. Cos. & Dict. *ſenatu mouetur quod argenti facti cænæ cauſa X. pondo haberet.* Cum itaque *eximiæ laudis alios quoq; honorum gradus Cenſuræ dignitate conſumaſſe,* Val.l.2.c.9.crebro ex *ſummis hominibus* legebantur.M.*Marcellus ex Cõſule* & *Pont.*M.raro ex inferioribus,vt *Craſſus Licinius* ex *Aedili* ad *Cenſurã* euectus. *Cæſar* modeſtiæ ſpecie *Cenſoris titulum* recuſans *Præfectum morum* ſe dixit.Suet. *Veſpaſianus* vero & *Titus* publicis monumentis eo vſi,& ante primus in numis *Ti.Claudius.* *Comitia* ijs creandis penes ſolos *Coſs.* *Deſignati* extemplo in *Capitoliũ* deducti ad capienda honoris inſignia. Liu. Alij magiſtratus non niſi in
B *Interregno,* & in mortui locum *deſignati* illico magiſtratũ iniere.Noctu in templo cenſuram auſpicati, & de *cælo nuncio facto,* viris a præcone in villam *pub. Campi Martij* vocatis, cenſuq; acto,*Luſtrum* alteruter *forte condebat*, tunc *Victimarij Solitaurilia* faciebant *maioribus hoſtijs ſue, oue, tauro* mactatis,pro *Rep.* & ea extincta, pro *Principum ſalute* in ſequentẽ annum vota nuncupabat, *Scriba* ſolenni carmine ex tabulis verba præeunte. Ante *conditum luſtrum,*quod ſæpe *condi* impeditum, nefas ipſis *mortuum aſpicere.* Oportuit autem præſentes *cenſeri,* ni nominatim impetraſſent. *Incenſus* fraude negligentiaque *virgis cæſus,* ſub *haſta venditus* bonis a *Ceſs.*publicatis. *Cenſuram* a *P. Clodio* abunde imminutam *Q. Metellus Scipio* cum *Pompeio Cos.* priſtino decori reſtituit, & ſic ad *Decium* vſque floruit. Seuerius cenſentibus & *diẽ perduellionis* dixerũt,
C quod *Ti. Graccho* & M. *Claudio* accidit. C.*Geta.*& M.*Marcellus* ſenatu moti non ſolum recepti, ſed & ad *Cenſuram* promoti. *Cenſoris* mors dirum omen, quod poſt obitum eius a *Gallis* Vrbs capta. Nullus ipſi ſuccedebat, ſed noui duo creabantur. 380. CAM.) *Campana tribus.*

H.M.S.S.E.N.S) *hoc monumentum ſeu ſepulcrũ exterum non ſequitur.*

386. NATALE FILIAE) In natalibus,publicaq; lætitia,Apul.domus *lauris obſita, tædis lucida,* familia elegantius culta, *epulum opiparum* datum. In *Ægypto,* quibus vna cum *Seſoſtri, Seſooſi* ſeu *Seſonchi* rege *vitæ natalis* fuit,omnes vna vno in loco diſciplinæ educationiſq; ſpecies regio ſumtu excepit. Hi ſupra cIↄ Iↄcc erant, quorum nulli *cibum ſumere, ni prius* CLXXX *ſtadia percurriſſet, licebat.* Diod.l.1.c.53. *Ludi* etiam editi. Dio.l.52.*Domitianus odio Titi fr.ludos eius natalicios ſuſtulit.ſuaſit quoq;*
D *vt Agrippinæ nurus natalis inter nefaſtos referretur.* In *Impp.natalibus* vincti ſoluti,cruce depoſiti,ſportulæ oblatæ. Plin.Iun.*Natali ſuo die nobis,vxoribuſq; noſtris, liberis ſingulis binos aureos, tanquam aliquas primitias imperauit,idq;tributũ pendere coegit.* In lapidibus CRVSTVM ET MVLSVM DATVM. OLEVM ET PROBINATIO DIE NATALI PRAEBITA. Item ante ſtatuas *lectiſternia* inſtituta. Antiquis dies omnes lætitia inſignes *Natales* appellãtur. Hadrianus *natalem adoptionis celebrat.* Spart.*Pertinax duos natales agnouit,* vnum quo lucis, alterum quo potentiæ auſpicia ceperat. In martyrologijs *Natales Martyrum* dicuntur,

Digitized by Google

cũtur, quo ipſi *cæleſtes victimæ* amorẽ ſuum DEO noſtro cõprobarũt. Haimo in homilijs ex gloſ. Meur. *Mos inoleuit in ſancta Eccleſia, vt dies quibus ſancti Dei exierunt a præſenti ſeculo, non dies mortis, ſed dies natiuitatis appellentur.* In literarum gratiam & *doctiorum* hominum natales feſtiuos habuerunt. Plin.34.c.2. *Epicuri* vultus diſcipuli *per cubicula geſtant, ac circumferunt ſecum. Natali eius viceſima Lunæ ſacrificant, feriaſq; omni menſe cuſtodiunt, quas Icadas vocant. Virgilij Mantuani* genitalicũ diem *Silius Italicus* religioſe annuo celebrauit. *Mundi* natalem egerunt, vt Solinus, xx1.Iulias, *Vrbis* xx Sept. *Apollinis, Socratis, & Platonis* vii.Apr. *Cæſaris* iv.Id. Iulias. A

EPVLANTES) affluentis epuli pompam Apul. l.6. his explicat. *Accumbebat ſummũ torũ maritus: Pſychen gremio ſuo cõplexus, ſic & cum ſua Iunone Iupiter, ac deinde per ordinẽ toti dei. Tunc poculum Nectaris, quod vinum deorum eſt, Ioui quidem ſuus pocillator ille ruſticus puer, ceteris vero Liber adminiſtrabat, Vulcanus cœnam coquebat. Horæ roſis & ceteris floribus purpurabant. omnes Gratiæ ſpargebant balſama. Muſæ quoq; canora voce perſonabant. Apollo cantauit ad cytharam.* B

IN PROFVSIONIBVS) loquitur de vino, quo ſepulcra aſpergebantur, quod Feſtus *Vinum reſperſum* dicit. Lex Numæ: *Vino rogum ne reſpergito.* Æneas ad tumulũ Anchiſę *duo rite mero libans Carcheſia Baccho, fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro.* Virg.5.Æn. Dijs etiam vina profundebant. Lact.l.6. *Mactant hoſtias deo tanquam eſurienti, profundunt vina tanquam ſitienti, accendunt lumina tanquam in tenebris agenti.* In ſympoſijs & amantium honore cyathi aliquot libati, terreq; infuſi.

387. STATVAE DEDICATIONEM) ob id *epulum Decurionibus, populo diuiſio data*, CAENIS PVBLICIS POSITA. SOLIDI DIVISI. *Athenis* tunc mulieres *ollas leguminũ* ſtatuentibus diſtribuebant. Etiam VIRITIM STATVAM DEDICARVNT, deoque alicui commendarunt. Strab.l.14. *Venus Emergens nunc ſacrata eſt Diuo Cæſari Romæ, Auguſto eam vt auctorem generis dedicante.* Diog. in Plat. *Mithridates Rodoberti F. Perſa Muſis ſtatuam Platonis dedicauit.* Apud Euſeb. *Caius Petronio Præf. Syriæ præcipit in Ieroſolymis ſtatuã ſuam ſub nomine Iouis Opt. Max. poni.* Titulus præeunte ſacerdote inſcribebatur. TITVLVM FECIT VBI NOMINA CVLTORVM SCRIPSIT ET SCVLPSIT SACERDOTE VRBANO SIBI PRÆEVNTE. Feſtis diebus ſplendide *ex veſtitæ* faſcibus prælatis, floribus conſperſæ. Cic.5.Ver. *Quid hoc (ſigno) tota Sicilia eſt clarius, quam omnes Segeſtanas matronas, & virgines conueniſſe, cum Diana exportaretur ex oppido? vnxiſſe vnguentis? complęſſe coronis & floribus? thure odoribuſq; incenſis vſque ad agri fines proſecutas eſſe?* DIVISIONEM DEDIT) pro eo & *Iduare* dicitur. C

OMNIBVS HON. FVNCTO) Lap. HONORIBVS NITIDE FVNCTVS. DIGNE FVNCTVS. HONESTE. HONORIBVS ET ONERIBVS FVNCTO. HONORIBVS GESTIS. IN CALIGA FVNCTO.

388. LEG. CORO) ſpinoſus hic locus, ſuſpenſos ergo pedes habeo. An explicandũ *legatq Coronæ* vrbis *Bæoticæ*, vel *Cypri?* ſeu *Coroneæ* propę

Heli-

Digitized by Google

A Heliconem, cuius opidani Coronij. ſed ſunt, quæ hoc non admittunt. An legioni coronatæ? notum eſt crebro integras legiones ob virilia facta coronatas. An legato coronarij nempe auri? ſeu coronatorum numorum? mox enim P.P. id eſt pecuniæ publicæ appendix. Sed inſolitũ prouinciæ nomen.

391. PETILINORVM) Petiliam Lucaniæ olim caput. Cluu. l.1. c.6. Sicil. ad Scylacium ſinum in Belcaſtro locat, cui epiſcopali opido hodie præeſt Hier. Ricciullus doctiſſimus Iureconſultus, publicus Romæ per XIV. annos Anteceſſor. Ego tamen Strongilum exiſtimarim, vbi hic lapis proſtat, locum antiquitatis veſtigijs inſignem. Stabiliunt hanc opinionem, quam & ante vulgaui, aquæductus tubi plumbei in nouæ Capucinorum ædis conditione recens inibi detecti, in quibus PETILIA viſa eſt. Sic accepi Romæ a viro ſummo P. Æmilio Sanctorio, Vrbinatium Archiepiſcopo, B hiſtorico eloquentia & fide grauiſſimo, eandem noſtram ſententiã puncto exquiſitæ cenſuræ ſuæ firmante.

INSTRVMENTVM TRICLINIORVM) apparatum intelligit. Triclinia lecti & cænacula, item abaci. hinc Marc. l.15. Triclinium rationale. Negat Seru. l.2. Æn. Triclinia eſſe baſilicas, vel cænationes. Sed diſerte contra eſt Iſiod. l.15. c.3. *Triclinium eſt cænaculum, a tribus lectulis diſcumbentium dictum: apud veteres enim in loco vbi conuiuij apparatus exponebatur, tres lectuli ſtrati erant, in quibus diſcumbentes epulabantur, κλινή enim Græce lectus, vel accubitus dicitur, ex quo confectum eſt, vt triclinium diceretur. Cella dicta, quod nos occultet & cælet.* Hinc & conclauis amplitudinem ſignificantes dicebant tot lectos capit, inde εἰκοσικλίνος, τρίκλινος, πεντάκλινος, ἑπτάκλινος. Lamp. in Heliog. Strauit & triclinia C de roſa, & lectos & porticus, ac ſic per ea ambulauit. Et verſatilia triclinia habuit. Lecti triclinares diuerſi a cubicularibus, & diſcubitorijs. Lamp. in Heliog. Solidos factos habuit lectos & triclinares & cubiculares. Primitus ij lignei. Plin. ex L. Feneſtella 33. c.11. Triclinia ante ſe paulo lignea rotunda ſolida: nec multo maiora quam menſas fuiſſe, ſe quidem puero quadrata & compacta, aut acere operta, aut citro cœpiſſe. l.16. c.43. *Excogitatæ ſunt & ligni bracteæ, nec ſatis cepere tingi animalium cornua, dentes ſecari, lignumq; ebore diſtingui, mox operiri. Placuit deinde materiem & in mari quæri. Teſtudo in hoc ſecta, nuperq; portentoſis ingenijs principatu Neronis inuentum, vt pigmentis perderet ſe, pluriſq; væniret imitata lignum.* Tandem & aurei facti. Idem 33. c.11. Lectos vero mulierum iampridẽ totos operiri argento, & triclinia quædã, quibus argentum addidiſſe primus traditur D Caruilius Pollio eques Ro. non vt operiret, aut Deliaca ſpecie faceret, ſed Punica. Idem & aureos fecit. Sternebantur pellibus, poſt pretioſis ſtragulis, quæ toralia dicta. Apud Ath. l.1. In lecto eburneis pedibus ſuffulto, ſtragulis tinctis purpura, & oſtro Sardiano fulgentes cubant. Lamp. Heliogabalus primus omnium priuatorum toros aureis toralibus texit. Idem non cubuit in cubitis facile, niſi ijs, quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum, ſubalares culcitras ſæpe mutans. Lamp. Qua in re luxurioſi nimis Agrigentini. Diod. l.13. c.84. Publice enim cum prohibitum ne quis in excubijs pernoctantium pluſquam culcitram, periſtroma, gauſape la-

neum, & duo ceruicalia haberet. Quæ cum duriſſima lecti ſternendi ratio ipſis fuerit, facile hinc æſtimare licet, quantus in reliqua vita luxus apud eos inualuerit. Aliter vero in *feralibus*, aliter in *lætitiæ* cęnis iacuere. Vide *Vrſinum* ad *Pet. Ciacconium* de *triclinio*. Iſiod. l. 20. c. 11. Apud veteres *non erat vſus accumbendi, vnde & conſedere dicebantur. poſtea, vt Varro ait de vita populi Rom. viri accumbere ceperunt, mulieres ſedere: quia turpis viſus eſt in muliere accubitus.* Val. l. 2. c. 1. *Quæ conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit. nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas ad cænam inuitantur.* Pueri pariter ſedebant. Suet. *Claudij liberi more veteri ad fulcra lectorũ ſedentes veſcebantur. Cato* poſt *Pharſalicam* cladem nunquam *accubuit*, ſed *ſedens* cænitauit. Plut. Quandoq; plures vno *triclinio* cubabant. *Cæſar* enim *populum* ad ludos XXII. M. *tricliniis* excepit, quibus editis cenſa ſunt CCCIↃↃↃ IↃↃↃ. Plut. hinc palam fit, vel VII vno iacuiſſe. *Triclinia* porro *autumnalia, verna, æſtiua, hiemalia. Triclinium matronale.* Vitr. l. 7. c. 4. *Sigma* vero lectus literæ Græcæ C. *ſigma* pari, ad menſas rotundas aptus. Apuleio *Rotundus ſuggeſtus.* Lamp. Heliogabalus *primus ſigma in terra ſternere non in lectulis, vt a pedibus vtres per pueros ad reflandum ſpiritum ſoluerentur.* Refertque *de croco ſigma ſtrauiſſe, quum ſummos viros rogaſſet ad prandium, pro eorum dignitate dicens ſe fœnum exhibere.* Eo CHRISTVS cũ ſuis cęnauit. Pet. Archiep. Rau. ſer. 29. *Diſcumbebat Deus plus in Matthæi mẽte quã ſigmate.* VII. etiam IIX. capiebat. Mart. apoph. 85. *Lunata ſcriptũ teſtudine ſigma. Octo capit.* His conforme *ſigma Capuæ* in æde ſacra muſiuo labore vidi. *Anteſigma* deniq; menſa, quę e regione *ſemicyclia* ponebatur. ſic Fuluius.

LVCERNAS BILYCHNES) Petr. *Sub eodem titulo* Pompeij *etiam lucerna bilychnis de camera pendebat.* id eſt *duobus ellychnijs. Trimyxos*, quæ tribus, *Polimyxos*, quæ multis commoda, ſeu vt Mart. apo. 39. *multas* gerit *myxas*; quæ vero vno contenta *Cubicularia* dicitur. Lucernæ frequens vſus in feſtis. Tert. apol. *Cur die læto non laureis poſtes adumbramus? nec lucernis diem infringimus? honeſta res eſt ſolennitate publica exigente inducere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris.* Et templis appoſitæ. Plin. 34. c. 3. *Placuere & lychnuchi penſiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.* Sacris item arboribus, iiſque, quos mire cole ant, luces appenſæ.

PASTINATIONEM) a *paſtinare*, id eſt agrum fodere.

AMINEA) vua *Aminea* dicta *ſcilicet a regione; nam Aminei fuerunt, vbi nunc Falernum eſt.* Mac. ſat. 3. c. 20. PALVM RIDICAm) *Pedamentum* ſeu ſuſtentaculum *vineæ, aut eſt ſciſſile vt ridica, aut eſt teres vt palus.* Bud. PEDATVRA) & *pedatio. cũ pedamẽtis vinea fulcitur.* Col.

392. CES) vt vetuſtiori ſcribendi ritu *Cos. Conſules*, ſic hic *Ces. Cenſores* notantur. Ante II. *Punicum bellum colonos* non cenſebãt, quibus tamen *Cenſores*, iis a *Præſidibus* dati. Apud Cic. 3. act. Verris inſtituto *deſcribebat Cenſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides.* & inibi *Cenſores* CXXX. *facti* leguntur. His *ſingulis Cenſoribus denarij trecenti ad ſtatuam prætoris imperati ſunt. Auguſtus* prouincias per *Rectores* cenſuit,

Cenſus

Digitized by Google

A *Cenſus ille primus & maximus fuit, cum in hoc vnum Cæſaris nomen vniuerſa magnarum gentium creatura iuraret.* Oroſ.l.17.c.2. In quo CHRISTVS *cenſu ciuis Romanus adſcriptus eſt.* Ib.c.3.

BASILICAM) *Baſilica* quaſi *rege digna.* inde Plauto *Baſilica facinora, baſilicæ edictiones.* locus duplici porticu; *interna* vbi *cauſidici;externa,*vbi*ſerui,*& *negotiatores,*peruagabantur.quos Plaut.capt.act.4.ſc.2. *ſubbaſilicanos* dixit, vti Cic. *ſubroſtranos,*qui ſub *roſtris* errabant. Inibi *Centumuirale ius* reddebatur.Plin.l.5.ep.21.*Deſcenderam in baſilicam Iuliam, ibi ſedebant iudices,Cviri venerant,obſeruabatur aduocatis ſilentium longum, tandem a Prætore nuncius.* Quarum tribunalia *hemicycli ſchematis minore curuatura.* Vit.l.5.c.1.IV.erant.hinc Plin.l.4.ep.24. *Quadruplex iudicium.* Hæc, vt Quint.l.5.c.2. *in duas haſtas diuiſa* erant;vna *Cuiralis,* altera *Xuiralis* ſeu *Prætoria.* ita vt eſſent ad *dextram Prætoris* duo,
B tot ad *læuam* iudicia. Hoc itaq; *iuris dicundi* in foro, & quandoq; *legatos* audiendi *diuerſorium,* idem fere quod Græcis *πρυτανεῖον.* Mox & ad *regiam principis*, & *templa* ſignificanda vox recepta. Auſ. in paneg. Grat. *Baſilica olim negotijs plena, nunc votis, votiſque pro tua ſalute ſuſceptis. Regia* dicta, quod *reges* ibi *inaugurari* conſueuerint. Panciról. *Vrbis baſilicas* Vict. XIX. Onuph. XXI. recenſet.

CVR.DE.SEN.SENT)*curarũt de ſenatus*vel *ſeniorũ ſentẽtia.*Hinc apparet *Cẽſores prouinciales* ſine ſuffragio nil *operis publici* excitare valuiſſe.

***CAP. XIX.** Meſſala nomen an a Meſſana. Hiero. Interealatio. Ouatio. Seruile bellum III vir R.P.C. Segeſtani. Antiquus ſcribendi ritus. Dictator. Triremis. Nu-*
C *mus. Triumphus. Milliaria. Statua Pelori. Ver ſacrum.*

394. M') *Manius*, exſcriptores ignorantia notæ *M'.* M. introduxere.

MESSALLA)*Valerium Meſſallæ* appellationem a deuicta *Meſſana* potitum fuiſſe plures literis mandarunt, quorum prior *Ouidius* l.1.Faſt.

Hunc(Scipionem)*Numidæ faciunt, illum Meſſana ſuperbum.*

Ille Numantina traxit ab vrbe notam. Sed de illa victoria cum altum in *hiſtoricis* ſilentium,omnino ſimile veri fit ob alia acta inde tranſnominatũ. Innuũt id deſerte ſubiecta verba CDXC.M'VALERIVS.M.F.M.N.MAXIMVS.QVI.IN HOC.HONORE.MESSAL.APPELL.E.Quæ ſi victoriæ characteres eſſent, potius *in triumphalibus faſtis* quam *conſularibus* legerẽtur.Præterea *Valerius* LV.annis ante *Scipionem* id cognomis
D nis geſſit. at hic princeps ſimilibus ſubactorũ populorũ titulis donatus eſt. Dicit hoc Liuius l.31. Scipio *primus certe hic imperator nomine a ſe victæ gentis eſt nobilitatus. exemplo deinde huius nequaquam victoria pares inſignes imaginum titulos, claraq; cognomina familiæ fecere.* Quæ quidam de *prouincijs* tantum debellatis, non vero *vrbibus* intelligunt, cum diu ante L.*Marcio Coriolani,* L.*Æmilio Mamercino Priuernatis,* Q.*Seruilio Priſco Fidenatis,*a *Coriolis, Priuerno, Fidenis* opidis domitis cognomina adhæſiſſe putent.Quorũ geſta ſi in iudiciũ adhibeas, ab alijs euentis illa parta vocabula cõſtabit. Cõſule quæ de hac re diſputat L.Porcius Calbetus in *φυλακτήριῳ* pro Mamertina immunitate.

Digitized by Google

COS) cũm M'. *Otacilio Craſſo.* Eut.l.2.M'.*Valerio, & Otacilio Coſs.in Sicilia a Romanis res magnæ geſtæ ſunt, Tauromenitani,Catanenſes,& præterea quinquaginta ciuitates in fidem acceptæ ſunt.* Huius prælij *Meſſala* iconem *in latere Curiæ Hoſtiliæ anno ab* V.C. CDXC *propoſuit.*Plin.35.c.4. & *Horologium* Catana *capta* primum *ſecundum Roſtra , in columna* collocauit, *deportatum inde.* Id.7.c.60.

HIERONE) *Hierocliti* ex ſerua filio, *Agathoclis* ſucceſſore, Siculis gratiſſimo. Cic.4.Ver. Romani *ita decumas lege Hieronica ſemper vendendas cenſuerunt,vt iis iucundior eſſet muneris illius functio,ſi eius regis qui Siculis cariſſimus fuit,non ſolum inſtituta commutato imperio, verum etiam nomen maneret.* Vixit annos XCII. Liu. rexit LXX. fœdus cum *Romanis* L. an. coluit.

DVILIVS) Cic.ad Brut. *Vt duellum bellum. & duis bis, ſic Duellium, eum qui Pœnos claſſe deuicit, Bellium nominauerunt.Sex.Rufus* regionum ex marmoribus deſcriptor,& *Fabius.* l.1.inſt.habent D.*Iulium.* quod irrepſit a liberarijs. Vidit enim *Pighius* apud *Io.Sambucum* Med. & Hiſt. F. b *Quintiliani* MS. in pellibus, quod *Io.Pontani Neapolitani* fuerat, vbi clare DVILIVS extabat. F

K. INTERCALAR)id eſt *Febr. Intercalandi* neceſſitas a *Græcis* manauit.Mac.1.c.31.Hi *cũ animaduerterẽt,temere ſe* CCCLIV.*diebus ordinaſſe annũ: quoniã appareret de Solis curſu,qui* CCCLXV.*diebus,& quadrante Zodiacũ conficit,deeſſe anno ſuo* XI *dies & quadrantẽ: intercalares ſtatuta ratione cõmenti ſunt. ita vt octauo quoq; anno* XC. *dies* intercalarent. *Hos dies* ὑπερβαίνοντας, *menſes vero* ἐμβολίμους *appellabant. Hunc ergo ordinẽ Romanis quoq; imitari placuit: ſed fruſtra. quippe fugit eos , diẽ vnũ additũ eſſe ad Græcũ numerũ in honorẽ imparis numeri.*Mox. *Quo errore iam cognito, hæc ſpecies emendationis inducta eſt. Tertio quoq; octennio ita intercalandas diſpenſabant dies : vt non* XC. *ſed* LXVI. *intercalarent compenſatis* XXIV.*diebus pro illis, qui per totidẽ annos ſupra Græcorũ numerũ creuerãt. Omni autẽ intercalationi menſis Februarius deputatus eſt:quoniã is vltimus anni erat.* Tum. *Verum vna re a Græcis differebant: nã illi confecto vltimo menſe:Romani non confecto Februario,ſed poſt* XIII *diẽ intercalabant,Terminalibus ſcilicẽt iam peractis.* Cumque *nundinæ modo in anni principem diẽ, modo in Nonas caderent,* quod vtrunque prodigioſum : cum is *nundinarũ* dies *Lepidiano* tumultu luctuoſus accidiſſet ; *Nonis* vero natalis *Ser. Tullij* ageretur , ideo *faſtorũ præpoſitis* ita intercalandum erat , ne iſtæ in neutrum diem reuerterentur. Deniq; *annum ciuilem Cæſar* terminata ad *Lunã* dimenſione publicans vagum temporum ordinẽ emendauit, *dieſq; omnes, qui confuſionẽ,* loquar cum Mac.l.1.c.14. *adhuc poterant facere, conſumpſit:eaque re factum eſt,vt annus confuſionis vltimus in* CCCCXLIII. *dies protenderetur.Poſt hoc imitatus Aegyptios, ſolos diuinarũ rerũ omniũ conſcios,ad numerũ Solis,qui diebus* CCCLXV.*& quadrãte curſum conficit, annũ dirigere contendit. Nam ſicut Lunaris annus menſis eſt, quia Luna paulo minus quã menſem in Zodiaci circumitione conſumit : ita Solis annus hoc dierũ numero colligendus eſt, quẽ peragit , dum ad id ſignũ*

ſe

Digitized by Google

A ſe denuò vertit, ex quo digreſſus eſt. Vnde annus vertens vocatur: & habetur magnus, cum Lunæ annus breuis putetur. Poſt Auguſtus xx annos Auguſtorũ cognomine, à Cæſaris exceſſu an. xxxIII. C Aſinio Gallo, C. Mario Cenſorino Coſs. numero aureo xIII. Biſextiq; (biſſextũ dictum, quod bis vI. K. Feb. continuis diebus numerarent, & tunc FF. in laterculo Septizonij Bedæ verbo, ſeu litera Dominicalis bis ſumitur.) a Pontificibus inductos errores ſuſtulit, (qui gratificantes publicanorũ vel litigantiũ cõmodis ad arbitriũ ſuum detrahebant tẽpora & augebant. Amm. l. 26.) diẽ, qui ex quadrantibus conſit, quarto quoq; anno confecto, antequã quintus inciperet, intercalaret: quarto non peracto, ſed incipiente intercalabant vnũ diẽ ſecundũ ordinationẽ Cæſaris quinto quoque incipiente anno intercalari iuſſit, & omnẽ hunc ordinẽ æreæ tabulæ ad æternã cuſtodiã, inciſione mãdauit. Mac.

B Adamuſſim vero præſtanda intercalandi ratio, vt ſacrificiorũ libamenta ſeruentur, fætuſq; pecorum. Cic. ne hiberna æſtiua, & econtra fierent. Biſſexti Februarij dies cum Romanæ rei funeſtus extiterat, Valentinianus Imperium eo ſuſcipere vitauit. Marc. l. 26.

ATILIVS) Pœnorum præſidia Aetna, Drepano, Lilybæo depulit. Panormum cepit. Atilij patricij Longorum, plebeij Regulorũ, Serranorũ. in hac gẽtilitiũ eſſe feminas linea veſte non vti. Plin. 19. c. 1. Calatinorũ & Balborũ.

AVRELIVS) II Coſ. cum P. Seruilio Gemino, Cenſor cum Fab. Buteone, Magiſter Eq. cum C. Duilio. Aurelij Sabini Auſelij dicti, quod eis publice a populo Romano datus ſit locus, in quo ſacra facerent Soli. Feſt. cognominati Cotti, Oreſtæ, Scauri.

DE POENEIS) ex Panormo nempe, vnde, Metellus Aſdrubalẽ ſub

C monte caſtrametantem inuaſit, vicitque. Cuius pugnæ acta apud Polyb. l. 1. Diod. ecl. 23. Fron. ſtrat. 2. c. 5. Specioſiſſime triumphatum eſt Romã elephantis CXLII. Plin. 8. c. 6. CXXXIIX. Dion. l. 2. CXXX. Eut. l. 2. CXX. Liu. & Sen. de bre. vit. c. 14. CVI. Ruf. c. Flor. LX. Diod. illatis. Ante an. CDLXXVIII. de Pyrrho Curius Dẽtatus triũphans & elephãtos duxit, ſed IV. tantũ. Eut.

C. LVTATIVS) claſſe CC. quinqueremiũ Drepani portum, & ſtationes ad Lilybæum occupat. Pœnos ad Aegades Inſulas vicit L. nauibus merſis, LXX. captis. Quo I. bellũ Punicũ finiuit. Polyb. l. 1. Ei triumphus decretus, cuius cum Q. Val. Falto conſors eſſe contendiſſet, ipſe negauit ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æquaretur. Val. l. 2. c. 8. Itaque iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modũ egit: Conſulẽ ea pugna in lectica claudũ iacuiſſe, ſe autẽ omnibus imperato-

D ris partibus functũ. Qui etſi ſecundũ Lutatium litẽ dedit, tamen in faſtis naualem obtinuit. His Coſs. Sicilia excepto Hieronis regno Romanis ceſſit.

395. ouans) Marcellus poſtridie ex Monte Albano multam præ ſe ferens prædam Vrbem ingreſſus. Simulacrũ captarũ Syracuſarũ, catapultæ, baliſtæ inlatæ, Punicæ victoriæ indicia, VIII. elephanti, multa Syracuſarum ſigna. ingentem hinc ſibi inuidiam excitauit, quod & Deos triumphare videretur. poſt hæc Marcelli Siciliæ patroni conſtituti, quibus Syracuſani Marcellea annuo celebrarunt, quæ Verres cum Verreis commutauit. Cic. 2. Ver. Iiſq; Syracuſas venientibus coronati obuiã iuerunt. Ouatio dicta ab

oue,

Oue, quod *ouans oue ſacrificaret, vti triumphans tauro.* Plut.in Marcel. B
Poſtumius Tubertus II. Cos. de Sabinis *primus omniũ ouans ingreſſus Vrbẽ eſt quoniã rem leuiter ſine cruore geſſerat.* Plin.15.c.29. *Ouandi autẽ, ac non triumphandi cauſa eſt, quum aut bella non rite indicta, neque cum iuſto hoſte geſta ſunt: aut hoſtiũ nomen humile & non idoneũ eſt, vt ſeruorum, piratarumque, aut deditione repente facta, ſine puluere(vt dici ſolet)incruentaq; victoria obuenit.cui facilitati aptã eſſe Veneris frondẽ crediderunt:quod non Martius,ſed quaſi Venereus quidam triumphus foret.* Gel.6.c.6.*Maſſurius ingredi ouãtes dicit,ſequẽtibus eos non militibus,ſed vniuerſo ſenatu.*Ib.

de ſerueis fugitiueis) Geminum *Siciliæ ſeruile bellum.* prius *Euni Syri Antigenis Ennenſis* ſerui auſpicijs exarſit,*Syriæ* ſe deæ *fanaticum* tum in *ſomnis* , tum *vigilijs* futura e præſentibus dijs audire ſimulantis.*idq; vt diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulphure & igne pauerat,* F
*leuiter inſpirans, flammam inter verba fundebat. Flor.*Regẽ dũ ſe prædixit, domino de regni habenis cum eo confabulandi deliciæ crebræ,& rebellionis perficiedæ ſemina extitere. Hanc ſcilicet ſerui durius a *Damophilo* & *Megallide* heris habiti publicarũt, illis in *Damophilum* in *Ennẽſi theatro* ſæuientibus latere traſixo, ceruice percuſſo , ancillis dominam ex alto deturbãtibus,alijſq;paſsim fœdæ atrocitatis exemplis editis . *Eunus* ſe *Antiochum*,regem, coniugẽ *reginã*, fugitiuos *Syros* indigetat . Cumque vltra ccclↃↃↃ ccclↃↃↃ excreuiſſent,plures vrbes crudelitati ſuę ſubiugaſsẽt,Prętorũ *caſtra Manij,Lentuli,Piſonis,Hypſæi* cepiſſẽt, *Rupilius* in ordinẽ redegit,*Tauromenio,* in qua ea longa fame preſsi vt ad *liberos,vxores &* tandẽ *ad ſua inuicẽ cadauera deuorãda conuerſi* ſint,*Ennaq;* ereptis.*Eunus* cum IↃc fugit, quorum plures præciſis capitibus mutuo ſibi mortem fe- G
ſtine ſumſerũt. inque antrum ſe abdidit,vnde cum *coco,piſtore,balneatore & ſcurra* extractus *Morgantiæ* in carcere pediculis perijt . Alterum ad *Palicorum lacum* , vbi *ſeruis* antiquum impunitatis aſylum , conſultum fuit,in *Anciliorum* regione detectum authoribus xxxii, fratrum ſeruis, duce *Oario, L.Nerua* in *Sicilia* prætore, C. *Titinij* liberi hominis technis extinctum , apud *Heracleã* reparatum,cuius *Saluius aruſpex*,& in mulierum conuentibus *tibicen rex* ſalutatur *Tryphonis* nomine. Hic *Morgantiã* cum oppugnaſſet, *Romanos* viciſſet,*Leontinum campum* infeſtaſſet,*Athenionẽ* natione *Cilicẽ*,alijs *Drepani* ortũ ſeu incolã,*Aſtronomiæ* doctum,in *Ægeſtanorum, Lilybitanorum,* adiacentibuſq;locis fugitiuorum *regẽ* proclamatum,ad obſequia vt belli ducem vocatum,in carcerem metu cõpegit , *Triocalã* regiam conſtituit *propugnaculo* firmato,foſſa ſepto, *pala-* H
tio regio cum *foro* ſtructo.*Togam prætextã, laticlauum,* aliaque regia ornamẽta ius dicens vſurpauit, *lictoribus* cũ *virgis & ſecuribus* ipſum præeuntibus . Miſſo contra ipſum L. *Licinio Lucullo Athenionem* conſilij cauſa carcere liberat. A *Romanis* proſpere bellatur *Athenione* , & *Tryphone* profligatis,cclↃↃ cclↃↃ trucidatis,& tũc omnes Prętor exterminaſſet , ſi ceteros *Triocalam* feſtinantes inſecutus, & celerius, nec nona demũ luce id opidi obſediſſet, quare *repetundarum* poſtulatus,& mox eius ſucceſſor C. *Seruilius* conſimili nomine infamis *exilio* damnatus eſt.

A Tryphone denatō *Athenionem* ad regni faſces reuertentem *Aquilius* interemit,quo cum herois in modū pugnando vulnus & ipſe capite exceperat. Vltimi clↄ duce *Satyro* ſponte ſe dedidere, quos agoni *Romæ* cum beſtijs reſeruauit. Qui, vt *Diodorus*,vnde hæc ex ecl.l.34. & 36. mutuo excepimus, laudat: *nobiliſſimum vitæ exitum ſibi paraſſe memorantur.nam certamine cum beluis abſtitiſſe,& mutuis ad publicas aras vulneribus ſeipſos confeciſſe. Cumque vltimum ex ijs Satyrus ipſe occidiſſet, hunc poſt alios omnes heroico quodam ſpiritu manus ſibi inferentem occubuiſſe.* Hi motus quadriēnium Siciliā turbarūt,& vt Flor.l.3.c.19.*cruentius ſeruili quā Punico bello. Excepta Meſſana,quæ ſeruos liberaliter habitos in pace continuit Ser.Fuluio Flacco & Q. Calphurnio Piſone* Cos. Oroſ.l.5.c.5. id eſt,an.V. DCXIIX. Poſt *ſic accepimus nullum in Sicilia fugitiuorū bellum.* Cic.6.Ver.
B a Prætoribus ibi lege lata,*ne quis cum telo eſſet ſeruus.* Ibid.

IIIVIR R. P. C.) *IIIviros reip.conſtituendæ Auguſtus* pace cum *Antonio* redemta,biduum habito colloquio circa *Mutinā* inuenit *ad tollendas ciuiles diſſenſiones,* (hinc in numo *IIIvirorum*,vbi clauſę ſupra orbē manus SALVS GENERIS HVMANI) vt eum honorem *Lepidus cum Antonio Cæſare in quinquennium conſulari poteſtate gereret. hoc enim nomen magis, quam Dictatorum placuit, fortaſſe propter recentē de abolenda dictatura legē Antonij IIIviri. confeſtim in quinquennium vrbanos magiſtratus deſignarent, prouincias ita partirentur, vt Antonius haberet vniuerſam Galliam excepta Narbonenſi prouincia, huic vero Lepidus præeſſet vna cum Hiſpania, Cæſari obueniret Africa cum Sardinia,Sicilia & ceteris eius ſitus inſulis.*App.l.4.& l.5. inquit,*Imperium, proh nefas! tanquā pri-*
C *uati alicuius ciuis fundum inter ſe partiti ſunt.*Finito quinquēnio iterū ſe prorogarūt.*Lepido IIIviratu* exuto,*Auguſtus Antonio* bellū mouit,rerū potitus *IIIviratu* abijt.Nec vltra *decennium* ea *poteſtas* exercita occidit.

EX SICILIA) Suet.c.22.Auguſtus *bis ouans ingreſſus eſt Vrbem poſt Philippenſe, & rurſus poſt Siculum bellum.* Cuius alterutram ouationem Euſ.in chro. *Pedeſtris certaminis triumphum* dixit.

395. *Duilio* prima *columna roſtrata* exertis nauium roſtris poſita;quia primus *Romanorum naualem* egerat.*Columnæ* aliæ antiquiſsimæ,in *Anci Marcij* enim numo videntur. Plin.34.c.6. *Columnarum ratio erat, attolli ſupra ceteros mortales. quod & arcus ſignificant nouitio inuento.*

eceſt ANOs. cocnatos popli.rom.)Cic.4.Ver.*Segeſta eſt opidum peruetus in Sicilia, Iudices,quod ab Aenea fugiente a Troia, atq; in hæc loca ve-*
D *niente conditum eſſe demonſtrant. Itaque Segeſtani non ſolum perpetua ſocietate, atq;amicitia,verum etiā cognatione ſe cum populo Rom. coniunctos eſſe arbitrantur.* Idem. Atque *non ſolum literis tradita, & commemorata verbis,ſed multis officijs illorum vſurpata & comprobata cognatio.* Seruius *Segeſtæ* conditorem modo *Aceſtem*, modo *Elymum* laudat. Clu.l.2.c.2. opinatur *Elymum* & *Aegeſtum Troianos* iunctim *Aegeſtam*, *Erycem*, & *Entellam* excitaſſe, ita *vt Troiani, qui cum ipſis venerant, Elymi nomine dicerentur, vtriuſque vero ſedes Aegeſti nomine vocaretur.* Diod.l.20. *Agathocles Dicæopolim appellauit,transfugiſq;habitandum conceſſit Olymp.*

Digitized by Google

cxvii. ante C. N. cccviii. Demum *a Karthaginenſibus vi captum atque deletum*. Cic.4.Ver. K

crauid obſedeone D EXEMET) *graui obſidione exemit*. E loco I poſitum. ſic inibi CEPET. NAVEBOS. ORNAVET.

LECIONES) *legiones*. *Gammæ vice functa prius* C. Auſ. ſic MACISTRATOS. EXFOCIONT *effugiunt*. CARTACINIENSIS. *ceſet geſſit*.

Luceis bouebos) *boues Lucas elephantes Romani* vocabant. Luc. l.5.

Inde boues Lucas turrito corpore tetros anguimanos.

MACELam) *Siciliæ* opidum *Cluuerius* fuiſſe ſuſpicatur, vbi hodie *Calta Buſamar Saracenici opidi* rudera conſpiciuntur.

ENQVE) pro *inque*. loco IN & ENDO priſci vtebantur.

MARID) pro *mari*. ſic NAVALED. PRÆDAD. ALTOD. D enim poſt Vocalem abundare ſolebat. Quint.l.1. *Latinis veteribus D plurimis in verbis vltima adiecta, quod manifeſtum eſt etiã ex columna roſtrata, quæ eſt D. Iulio* (lege *Duilio*) *in foro poſita*. *Literæ longæ* crebra mentio in ſcriptoribus. Plaut. aul.a.1.ſc.1. *Ex me vt vnam faciam literã longã, meum laqueo collum quando obſtrinxero*. Quænã illa ſit plures dubitarunt. *Lambinus* L. putat. Sed cum in hac *tabula totius antiquitatis vetuſtiſſimo monumẽto*, aut ſi a poſteris interpolata & reſtituta eſt, quod pulcritudo literarum tunc inſueta prodire videtur, certe antiqui æui ſcribendi ritum vſurpante, ſolum I ceteris præemineat, pateſcit I *longam* fuiſſe *literam*. P

NAVEBuS) *nauibus*. Victor. *Noſtri quoties eiuſdem ſoni longa ſyllaba ſcribenda eſſet, & ipſi V adiungebant O literæ. inde ſcriptum legitis Loncetios, nouncios*. Antiqui *Iones* OY diphthongum contraxere, & cum Y *Latino*; cui æquipollet, commutarunt. in numo Auguſti AVΓ. KAICAP. Quandoque & pro eo duplum vſurparunt. *Siremſque omnium rerum lexque iuuſq; eſto*, pro *iouſque*. CLASEIS) *claſſes*. sVMAS.) *ſummas*. G

OLorVM) *illorum*. *Antiqui non geminabant conſonantes*. Feſt. Lapidem paucis retro annis *Romæ* erutum, a *Franc. Auguſtino* repente, nondum primariæ eius vetuſtatis origine vulgata, XX aureis emtum, a doctiſsimis viris, *Iac. Sirmondo Gallo* SOC. IESV commentario, & *Hier. Aleandri* IC. *Romani* additamento editum huc appoſui, cum in quibuſdam *Duilianam columnam* illuſtret.

HONC.OINO.PLOIRVME.COSENTIONT.R	*Hunc. vnum. plurimi. conſentiunt. Romæ*
DVONORO. OPTVMO. FVISE. VIRO.	*Bonorum. optimum. fuiſſe. virum.*
LVCIOM.SCIPIONE.FILIOS.BARBATI	*Lucium. Scipionem. filius. Barbati*
CONSOL.CENSOR.AIDILIS.HIC FVET.A	*Conſul. Cenſor. Aedilis. hic. fuit. Africanus*
HEC.CEPIT.CORSICAALERIAQVE.VRBE	*Hic. cepit. Corſicam Aleriamque. vrbem* H
DEDET.TEMPESTATEBVS.AIDE.MERETO	*Dedit. Tempeſtatibus. ædem. merito*

diCTATORED) T. *Lartio Flauo*, Q. Cloelio Siculo Coss. *ſeditionis ſedandæ cauſſa*, qua SC. debita remitti poſcebatur, placuit *Dictatorem maiori conſulibus poteſtate a ſenatu* legi, *populi ſuffragio* firmari. Quo T. *Lartius* a *collega* pronunciatur. Hic *& Magiſter populi* dictus ſibi *Magiſtrum Equitum* adſociebat. Polyb.3. auctore M. *Minutio Mag*. Eq. *æquum imperium cum Dictatore Fabio* delatum, *itaq; duo dictatores iidem*

bellum

Digitized by Google

A bellum adminiſtrabant, quod ad eum diem apud Rom. nemo vnquam viderat. Quem Dion.l 5. prodidit, *dictaturam depoſuiſſe nemine ciuium a ſe occiſo, ne pulſo in exilium, nec multato grauius.* adiungit. *Id exemplu omnes poſtea Dictatores ſecutos, nec lectum in hiſtoria aliquem immodice ſe geſſiſſe, donec* CCCC.T. *Largij dictatura L. Cor. Sylla primus & ſolus acerbe crudeliterq; vſus eſt, ita vt tum primum ſentirent Romani, quod ſuperioribus temporibus ignorauerunt, dictaturam eſſe tyrannidem. Nam & ſenatū ex qualibuſcunq; conſtituit, & tribunitiam poteſtatem fecit quam minimam, & vrbes deſolauit integras, & regna aliis abſtulit. Viua* autē *Conſulis voce*, raro *ſcriptis* declaratus. in omnem excepto *Tribuno plebis* ius habebat, & *agendi quicquid arbitrium*. Officium *ſemeſtre* in *grauibus periculis* prorogatum, vt *Camillo*, L. *Papirio Curſori*, Q. F. *ab Maximo.* Quō *magis paueant,*
B *& citius obtemperent* XXIV. *faſces* prælatæ. Polyb. Integrum ipſi non erat *equum conſcendere*, niſi ad bella ituro, ad quæ grauiora is miſus. In faſtis DICTATOR REI GERVND. C. SEDITIONIS SEDAND. ET R. G. C. LATI. FER. COMIT. C. HABEND. CAVSSA. CLAVI FIG. CAVSSA. De hoc Liu.l.7. *Cn. Genutio, L. Aem. Mamerco II. Coss. cum piaculorum magis conquiſitio animos, quam corpora morbi afficerent, repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam clauo ab Dictatore fixo ſedatam. Ea religione adductus Senatus Dictatorem claui figendi cauſa dici iuſſit. dictus L. Manlius Imperioſus, L. Pinarium Magiſtrum equitum dixit. Lex vetuſta eſt priſcis literis, verbiſque ſcripta, vt qui Prætor Maximus ſit idibus Septembribus clauū pangat. Fixus fuit dextro lateri ædis Iouis Opt. Max. ea ex parte, qua Mineruæ templū eſt. eum clauū,*
C *quia raræ per ea tempora literæ erant, notā numeri annorū fuiſſe ferunt, eoq; Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus a Minerua inuentus ſit. Volſiniis quoq; clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortiæ Hetruſcæ deæ comparere.* Legitur & DICT. CONSTITVEND. FERIAR. C. QVAEST. EXER. C. SENATVS LEGENDI CAVSSA. LVDOR. ROMANOR. ET REI GER. C. COMIT. HAB. ET LVDOR. FAC. CAVSSA. R. P. C.

XXXI. QVE. NAueis cepeT) XXX *naues cepit, XIIII merſit, VII millia hoſtium cepit, III. millia occidit: neq; vlla victoria Romanis gratior fuit, quod inuicti terra, iam etiam mari plurimum poſſent.* Eut.l.2. *Huius* triumphi *quod gaudium fuit? quum Duilius Imperator non contentus vnius diei triūpho, per vitam omnem, vbi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere ſi-*
D *bi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet.* Flor.l.2.c.2. Sic *Cornificius* re bene geſta bello *Siculo* quoties foris cænabat *elephanto* vectus domum rediit. Huius rei cauſa cuſi *aſſes ærei* cum *Iano Bifronte coronato*, & *prora nauis roſtratæ.*

auro M. CAPTOM. NVMEI) O loco V. Plin.33.c.3. *Aureus numus poſt annum* XLII *percuſſus eſt, quam argenteus, ita vt ſcrupulum valeret ſeſtertiis vicenis, quod efficit in libras ratione ſeſtertiorum, qui tunc erant ſeſtertios* IƆcccc. *Poſt hæc placuit* XL. *M. ſignari ex auri libris, paulatimque principes imminuere pondus: minutiſſimus vero ad* XLV. *M. Vultus princi-*

Digitized by Google

pis in omni numo. Grat. Val. & Th. l. 3. C. de vet. num. Securi percutien- E
di, *qui vel iuſſa noſtræ maieſtatis auaritiæ cæcitate contemſerit, vel æterna-
les vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare.* Iſiod. 16. c. 17. *Numi au-
tem a Numa Romanorum rege vocati ſunt, qui eos primum apud Latinos
imaginibus notauit, & titulo nominis ſui proſcripſit.* Cedr. Numa *primus
Romanis aſſes æreos litera A ſignatos largitus eſt, quamuis neceſſitatibus
ſuis ante hac coriaceis, ligneis, teſtaceis pecuniis vſi eſſent.*
craue CAPTON AES) i. e. *æs infectum, rude, non ſignatū.* ccIↃↃ) C. *millia.*
*triump*OQVE) Iſiod. 18. c. 2. Triumphus *dictus eſt* ἀπὸ τῆς τριάμβης,
*id eſt ab exultatione. plenæ enim victoriæ triumphus debetur: ſemiplenæ
trophæum, quia nondum plenam eſt conſecutus victoriam. non enim obti-
nuit, ſed fugauit exercitum.* mox. *Tranquillus autem triumphum Latine
dicit potius appellatum, quod is qui triumphans vrbem ingrederetur, tripar-* F
*tito iudicio honoraretur. nam primum de triumpho concedendo exercitum a
iudicare ſolitum erat: ſecundo ſenatum. tertio populum.* Primum *trium-
phum Romulo* Dion. *Tar. Priſco* Eut. tribuunt. Ante *Romulum* tamen triū-
phatum eſt a *Cyro* de *Cræſo.* Cedr. A *Ptol. Philadelpho.* Ath. a *XerXe*,
a *Pœnis.* Herod. Val. 2. c. 8. Sancitum *ne quis triumpharet niſi v. millia ho-
ſtium vna acie cecidiſſet.* Item. *Vt pro aucto imperio, non pro recuperatis,
quæ pop. Rom fuiſſent, triumphus decerneretur.* Ibid. *Moris erat ab Impera-
tore triumphum ducturo, Cos. inuitari ad cœnam, deinde rogari, vt venire
ſuperſedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharit, maioris in eodem conui-
nio ſit imperii.* Explicando triumpho quandoque plures dies dati L. AE-
MILIVS PAVLLVS EX MACEDONIA ET REGE PERSE PER
TRIDVVM *triumphauit*, vti & *Q. Fuluius Capua* capta, & *L. Opimius* G
Fregellanis ſubactis. Tunc capti *reges* aureis compedibus viſi. Treb. de
Zenobia. Ducta eſt *per triumphum, ea ſpecie, vt nihil pompabilius populo
Rom. videretur. iampridē ornata gemmis ingentibus, ita vt ornamentorum
onere laboraret. Fertur enim mulier fortiſſima ſæpiſſime reſtitiſſe, quum di-
ceret ſe gemmarum onera ferre non poſſe. Vincti erant præterea pedes auro,
manus etiam catenis aureis: nec collo aureum vinculum deerat.* Reprehen-
ſus *quod mulierē veluti ducē aliquē vir fortiſſimus triumphaſſet*, literis ad
Senatum ſic ſe excuſat: *Næ illi qui me reprehendunt ſatis laudarent, ſi
ſcirent qualis eſt illa mulier, quam prudens in conſiliis, quam conſtans in diſ-
poſitionibus, quam erga milites grauis, quam larga quum neceſſitas poſtulet,
quam triſtis quum ſeueritas poſcat.* Et ducta *ſimulacra vrbiū*, qualia Scipio-
ni *Aſiatico* cxxxvii. prolata. *Cæſari* triumphanti *Pompeii* filios vitio da- H
tum, quod *Marſiliā* oſtendarit, contra *Sullæ* laudi fuit, quod ne vnum
quidem *Rom. opidum* vexerit. Etiam *fluuij catenis vincti*, vt apud Virg.
Æn. 8. ab Octauio *Euphrates, Rhenuſque bicornis.* Notat Zon. 2. In eius
*curru miniſtrum publicum vectum eſſe, qui pone coronam auream gemmis
diſtinctā ſuſtinens admoneret eum, vt reſpiceret, id eſt reliquum vitæ ſpa-
tiū prouideret, nec eo honore elatus ſuperbiret. appenſum quoq; fuiſſe currui
tintinnabulū, & flagellū, quibus notatū fuerit ipſum in eā calamitatē incidere
poſſe, vt & flagris cæderetur, & capite damnaretur. Nam qui ob facinus ſu-*

premo

Digitized by Google

A *premo ſupplicio afficiebantur, tintinnabula geſtare ſolebāt, ne quis inter eun-*
dū contactu illorū piaculo ſe obſtringeret. De eius pompa. Cic. in Piſ. *Inania*
ſunt iſta, mihi crede; delectamenta pene puerorū, captare plauſus, vehi per
vrbē, conſpici velle. Et quamuis triumphus *honorū culmen* foret, tamen
Cn. Fuluius Flaccus repudiauit, ſed ob id *exilio multatus*. Val. l. 2. c. 3. &
M. *Fabius Cos. quia tātis Reip. detrimētis luctus potius debebatur* Oroſ. l. 2.
c. 5. & C. Marius *victis Teutonibus triumphare recuſauit. quod ingruerent*
Cimbri. Flor. ep. l. 68. Tiberius *triumphū ipſe diſtulit mæſta ciuitate clade*
Variana. Suet. c. 17. Inter feliciſſimi triumphi exempla P. *Ventidium*
Baſſum Picentē mirantur; *Pompeio Strabone de Aſculo* triumphante, eum
puerum inter ceteros ante currum Imperatoris ſinu matris vectū eſſe: poſt
quā adoleuiſſet, victum ſibi ægre quæſiſſe: eumq; ſordide inueniſſe, comparādis
B *mulis, & vehiculis, magiſtratibus, qui ſortiti prouincias forent, præbenda*
publice conduxiſſe. in iſto quæſtu notum eſſe cepiſſe C. Cæſari, & cū eo profe-
ctum eſſe in Gallias. mox *Tribunū pl.* dein *Prætorē*, poſt *Pont. Max.* & *Cos.*
creatum, *primū omniū de Parthis triumphaſſe.* Gel. 15. c. 4. Triumphi vſq;
ad *Veſp.* & *Titum* de *Iudæis* cccxx fuere. Vltimum *Fl. Belliſarius* de *Van-*
dalis ex *Africa & rege Gilimere* peregit.

SEPTERE*ſmonq; duc s*) hæc *ſeptiren is prætoria Hannibalis Pyrrhi Re-*
gis fuit, naui actuaria fugientis. Polyb. l. 1. *Longarū nauiū* diſcrimen non-
nulli a *remorū* & *ordinū* numero conſtituunt, illas in ορος, vt ſunt εἰκοσό-
ρος, τριακόντορος, τετταρακόντορος, has in ηρης exeuntes definiunt, vt μονήρης
vniremis, διήρης biremis, τριήρης *triremis*. Cumque hæ ab *vno verſuum*
ordine, quæ Ioſ. Scaligero noſtræ *Galeæ* ſunt, ad *quinquaginta* vſque ex-
C creuerint. Plin. l. 7. c. 5. plures cuiuſmodi illæ fuerint, & quid per *ordines*
intelligendum prolixe inquirunt. Iampridem eius opinionis fui non vſ-
que adeo vagis inuitatus cauſſis, per iſtos *tabulata* innui. *tranſtra*
ſignificari perexiguum fore æſtimaui. Quis enim *quadriremē Centuri-*
pinā, quæ *conſtrata, & ita magna, vt propugnaculo ceteris poſſit eſſe: quæ ſi*
in prædonū pugna verſaretur, vrbis inſtar habere inter illos piraticos myo-
parones videretur. Cic. 6. Ver. *quatuor* tantum *ſubſellus* inſtructam dixe-
rit? Quis immanes *Antonij & Auguſti* naues in *Actiaca* expeditione,
Cycladibus a Virg. 8. Æn æquatas *nouenis* ſolū eminuiſſe? de quibus Flor.
4. c. 11. *Nobis CCCC amplius naues, CC. non minus hoſtiū: ſed numerū magni-*
tudo penſabat. quippe a ſenis in nouenos remorū ordinibus, ad hoc turribus,
atq; tabulatis alleuatæ caſtellorū & vrbiū ſpecie, non ſine gemitu maris & la-
D *bore ventorū ferebantur: quæ quidem ipſa moles exitio fuit. Cæſaris naues*
a triremibus in ſenos, non amplius ordines creuerant. Itaq; habiles in omnia,
quæ vſus poſcebat, ad impetus, & recurſus, flexuſq; capiendos, illas graueis,
& ad omnia præpeditas ſingulas plures adortæ miſſilibus ſimul cum roſtris,
ad hoc ignibus iactis ad arbitrium diſſipauere. Nec mihi perſuaſerim ſtu-
pendam illam *Hieronis* nauem *Syracuſiā*, & *Ptolomæo* donatam *Alexan-*
driā vocitatam, *piſcinis, aquæductibus, balneis, deambulationibus, ſchola-*
ſterio, bibliotheca, Veneris fano, officinis, equilibus, armamentario frumen-
to, ſalſamento Siculo & milite adprime refertam, quæ in Ath. l. 5. XX. *remi-*

Digitized by Google

gum ordinibus legitur, ob id xx tantum ſedilibus fuiſſe. Io.Stadius ad Flor.*Caij quinqueremē* quæ CD *remis* agebatur Plin.31.c.1. hinc v.*ſubſellijs*,& in quouis xL.*remiges* ſtatuit, errore exſibilando. Hibernis exactis menſibus in itinere *Syracuſano*, cum *triremiũ vetuſtas* & fabrica excuteretur, Nobiliſſimus miles, frater *Pet.Fran.Pecchius Gheringhellus* longũ dubiũ mihi excitauit naui *Ptol. Philopatoris*, quæ *τετταρακοντήρος quadraginta remis*, Bſiayo *ordinibus*, CCLxxx cubitis *longa*, xxxIIx *lata*, xLIIx vſque ad apluſtre *alta* habuit IV. *temones*, quemuis patentem xxx. cub ſeu Lx *palmis*, remos *θρανιτικούς* xxxvII cub. duplicem *proram & puppim*, *roſtra* vII. *zonas* perpetuas xII. quælibet Dc. cub. *remiges* clↄ clↄ clↄ clↄ.*nautas* cccc.*milites* in cataſtromate & aditibus clↄ clↄ Iↄccc. L. compacta materia *quinquaginta quinqueremiũ*.Ath.l.5.In qua ornatiſſimus is Eques docte iudicabat *Ordines ſedilia* dici, cum & noſtrę *triremes* a *tranſtris* nuncupentur, vt *prætoria Melitenſis* xxIx. *transtrorum*,& *regiæ* claſſis *prætoria* xxxII. Quam trino ordine collegit.ſi in ſingulo *tabulato*, Lxxx *trãſtra*,&in omni trãſtro xvI.*remiges*,& ita iunctim haberes clↄ clↄ clↄ Iↄcccc. xL. remigantes, qui non procul ab Athenæi numero recedunt, nauis longitudinē docentes. In *Melitenſi* prætoria *ſenis remigibus* proprium remigandi interuallum cum xI. *palmis* extendatur, xvI. illã *remigũ, palmorũ* vero xxxI. & vtrinque Lxvi. deprehendi, latitudine eius cõfirmata. Altitudinem porro a *carina* ad *tignũ*, vulgo *poſtizza* xxx. ad *primũ* verſum IIx.ad *intermediũ* xII.& hinc ad *ſuperũ* xx.cub. ſtatuēdam eſſe.*Remos* vero parum negocij faceſſere, cum *Panormi* in nauali remos xxIx. cub. dimenſus ſit, *Turcicæ prætoriæ* a *Io. Auſtriaco* captæ reliquias, a Ix.impulſos.*Melit.præt.*remi xLvI pal. At *Triremē* firmiter cenſuerim III. *tabulatis* conſurrexiſſe. liquido docet vetus marmor apud Laz. Bayſ. in l,2.de capt.& poſtl.reuerſ.in ſingulo tres remi. quã tamen *triremis* vocabulo ipſe non dignatur. Hunc *tabulatorum* vſum dudum exaruiſſe conijcias, reliqua eius ſpecie diutius ſtante. In S. *Franciſci* triremi ex nauclero ſene, quem in hanc rem aduocauerat eius præfectus *Pet. Lucas de Vicecomitibus*, *Federici Card. Borromæi* ex ſorore nepos, inaudiui, ſe reminiſci longe alterius triremium ſimulacri & molis, antequam *And.de Aurea*, ſummus claſſis *Trierarchus*, in hanc commodiorem formulam eam correxerit. Docuit *triremem Aminocles Corinthus*. *ſex ordinum Zenagora Syracuſius*. Plin. 7.c.58. *Dionyſius Syracuſanus quinqueremes*. Diod. l.15.

396. PONTEIS MEILIARIOS) Moris antiqui columellas numero miliarium inſcriptas in vias exponere. Quint. *Partitio reficit audientē, non aliter quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpacia.* Tales nullibi plures, ac in *Campania* offendi ſub *Traiano & Hadriano* perſcriptos, cuius primos *Auerſæ* monſtrauit *Georgius Gualtherus Rom.* iuſſu *Illuſtriſs.D. Caroli Carraffæ*, *Auerſæ* præſulis, *Gregorij* XV. ad *Imp.Cæſ. Ferdinandum* II. nuper *Oratoris*. *Milliaria* Græce *σημεῖα* C. *Grachus* inuenit. Plut. Romæ *columna aurea* in *foro* fuit, in qua inciſæ *Italiæ viæ*. Plin. Vidit *Ant. Auguſtinus Romæ*

Digitized by Google

A in hortis *Card. Rod. Pij a Carpi* lapidem nota I, in cuius parte vna ſemel la erat cum *curru*, & *flagello mulionis* viam inſinuans, cui ſubſcriptum SALVOS IRE. & retro *Fortunæ* SALVOS VENIRE.

TABELARIOS) exiſtimo lapides, minori, quam *milliaria* interuallo ſtantes, vt facilius eo quis adiutus equum adſcenderet. quales & *C. Gracchus* collocauit. Plut. POSEIVEI) *poſui*. ἀρχαϊκῶς. ſic Plaut. Aſin. 3. 1. poſiuiit. NOVCERIAM) *Nuceria* Plin. *Campaniæ Picentinorum* vrbs, hodie *Nuceria dei Pagani*, *ducatus* honore inſignita, cui *D. Fran. Maria Carraffa* dominatur. Cic. *Luceria* dicta.

⅃) priſca literæ L. ſimulacrum.

MVRANVM) vetus *Muranum* non longe abfuit ab hodierno opido *Calabriæ*, quod ſubeſt *Hect. Spinello principi Scaliæ*.

B COSENTIAM) *Brutiorum caput Coſentia*. Strab. l. 6. vulgo *Coſenza*.

▯) notam hanc *milliaria* indicantem ſuſpicor.

VALENTIAM) Strab. l. 6. a *Locris condita. quæ cum circumiacentia loca prata habent præclara, floribuſq; abundant, creditum fuit ex Sicilia veniſſe Proſerpinā florum legendorum cauſa, indeq; morē matronis receptum, vt flores ipſę legant; coronaſque nectant, turpeque iis habeatur ad feſtos dies ſerta geſtare emtitia.*

AD STATVAM) in *Pelori* promontorio, incolis *capo della torre del Faro* cognominem ſtatuam vulgo locant. Mela l. 2. c. 7. *Pelorum, quod in Italiā vergēs Syllæ aduerſum eſt: cauſa nominis Pelorus gubernator ab Hannibale ibi conditus. quē idē vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriā petens, quia procul intuenti videbatur continua eſſe litora, & non peruium pelagus, proditum ſe arbitratus, occiderat.* Val. l. 9. c. 8. Hannibal *a Petilia*

C *claſſe Africā repetens freto appulſus, dum tā paruo ſpacio Italiā, Siciliamque inter ſe diuiſas non credidit* (prodigioſum certe videtur *claſſis Imp.* per XVII. an. in *Italia* & inprimis apud *Lucanos* & *Bruttios* agentem talia fugere potuiſſe) *veluti inſidioſum curſus rectorē interemit; poſtea diligentius inſpecta veritate tunc abſoluit, cum eius ignocentiæ nihil vltra ſepulcri honorē dari potuit. Igitur anguſti atque æſtuoſi maris ex alto tumulo ſpeculatrix ſtatua, tam memoriæ Pelori, quam Punicæ temeritatis, vltra citraque nauigantium oculis expoſitum indicium eſt.* Huic oppoſita in *Italia* columna erat, Straboni *turris*, & nunc ſic Græca voce *Pyrgos* dicitur. Reſtat adhuc, ſed detruncata prope *Cannatellum* & *promontorium* ob equi imaginem *del Cauallo* dictum. Vidi, quadra eſt, ſpiſſa IX. palmis circiter.

D in colle reſidet, modicum a freto. *Calannam* opidum D. *Ioannæ Ruſæ principis Scyllæ* cōiugis, *D. Vinc. Ruſi, marchionis Licodiæ*, ob affine nomē a columna illa vocari exiſtimatur. Parum caute. Nam in iſtis oris cum *Græce* ſermocinati ſint, potius *Pyrgus* appellaretur. Quod idioma etſi ibi diſierit, *Pyrgus* tamen nomen ſuum cum ſuccedēte lingua non mutauit. Magis ineptiunt, qui ipſam *columnā* inibi collocant. Vulgare eſt illam e *conſpectu Pelori* extitiſſe. at *Calanna* trinis forte milliaribus e conſpectu abſcedit. Illam turrim STATVAM hic denotare dixerim; ordo itineris hoc monet, qui a *Capua* ad *Regium* tantum procedit. In-

ſolens

ſolẽs eſt in hiſtoria Sicula, quod Photius in biblioth. ex *Olympiodoro* l.22. E hiſce ſcribit: *Rhegiū metropolē eſſe Brutiorum, e qua refert hiſtoricus Alarichū, dum in Siciliā traijcere parat, retentū fuiſſe. Statua enim inquit inaugurata, ibi ſtans traiectū vetabat. Fuerat vero hæc vt fabulantur, ab antiquis inaugurata, cum vt Ætnæ montis ignes auerteret, dum vt maris tranſitu barbaros prohiberet. altero enim pede perpetuum ignem, altero vero perennē aquā geſtabat. Ea igitur ſtatua confracta tandē ex Ætneo igne, & ab barbaris detrimentū Siciliā cepiſſe. Euerſā vero ſtatuā ab Æſculapio, qui in Sicilia poſſeſſionū Conſtantij & Placidiæ curator erat.* Conſuerim ſtetiſſe ad *Orientalē* litoris partem, alias *Ætna* inflammare eam non par fuiſſet. potentius quidem flagrat, ita vt *quinquagena & centena milia paſſ. harenas flammarum globus eructet.* Plin. 2.c.130.

A. F.) non ſolennis P. R. nota. aut *a fine, a fronte*, aut *a foro. Capuæ* F enim *forum prætores egerunt.*

PRAETOR IN SICILIA) *Ceſ. Cittadinus* putat *Aquiliū* eſſe, qui *fugitiueos* in *Sicilia* cōpeſcuit. ſeorſim ſentio cū de *Italicis fugitiuis* agatur.

ARATORIBVS) Cic. *Aratores* vocantur, quibus *ager publicus colendi cauſa* datur impoſitis *decimis*, aut vnde *vectigal* P. R. penditur.

FORVM) non tam in *opidis*, quam *agris*. vbi *ius dicebatur, negotiabantur & nundinabantur.* HEIC) in *valle Dianæ*, aut *Capuæ*.

397. VER SACRVM) in atrocibus periculis vouebant, quicquid pecudum vere proximo inter K. *Mart.* & *Maias* naſceretur, dijs immolandum. tunc quoque puellæ puerique extra fines *velati eiecti*, & pubes dijs ſacra in coloniam deducta. Hinc Euſ. *M DXCVI. Lacedemonij ver ſacra Heracleā deſtinantes vrbē condunt.* Iuſt. l.24. *Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ quæ genuerant, trecenta millia hominum ad* G *ſedes nouas quærendas, velut Ver ſacrum miſerunt.*

A. BAEBIO) In Liu. l.53. A. *Bæbius damnatus quod milites Rom. præbuiſſet ad miniſterium cædis DL. Aetolorum* principum.

LAVTIA) *epularū magnificentia.* Feſt. Hic dona, quæ *legatis* per *quæſtores* hoſpitij cauſa mittuntur. Symm. l.4.c.56. *Muſis in palatio loca, lautia dediſti.* Quæ emendatio *Gaſparis Scioppio, viro de literis benemerito* debetur, eam ex membranis antiquis eruenti, cum alias *loca lautiora* legeretur. Lap. MVNVS LAVTIAQVE EX FORMVLA DATA.

AETOLVM) *Aetolia Peloponneſi* vrbs Steph. etiam *Achaiæ regio.* *Strab.* Λ) C. *millia.* M. AEBVTIVS) de M. *Aebuto Helua Siciliæ* Præt. Liu. l.44. EPVLVM IN FVNERE) *Silicernium* dicitur *cœna* H *emortualis, nouendialis*, hinc *cocus nouendialis, nundinalis*. Plaut. Græce περίδειπνον & τάφος. Nona a funere die exhibita. *In nuptijs ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur.* Donat. in Ter. In qua defuncti laudes memorabantur. Vetus verbum: *nil ineſſe ei, quo laudari queat. ne in cœna quidem funebri.* In Iul. *Druſillæ* obitu inſtitium indictum, in quo *riſiſſe, lauiſſe, cœnaſſe* cum *parentibus, liberiſque capitale* fuit.

CAP.

A *CAP. XX. Quinquennalis. Calata opidum Siciliæ. Curia. Carnius menſis. Pontifices magiſtratus. Cyane ſtagnum. Neptunus. Fretum Siculum. Plautij. Augur. Aerarium. Comes. Candidati. Dona militaria.*

398. II. VIR. Q.Q. Q. R. P. O PEC. ALIMENT) *IIviro quinquennalitio, quæſtori Reip. publicorum operum pecuniæ alimentariæ. Quinquennales municipales* magiſtratus faſtis inſcribebantur ſecundū *luſtra, Romæ* exacto anno. *Quæſtores pub. operum* ſub Conſtantino *Tribuni rerum nitentium* dicti. *opera publica* curabant. *Pecuniā alimentariā* reor, quæ *ærario* non inferebatur. *Pecunia repetunda*, quæ a magiſtratu ad opus publicum data repetitur. hæc ſi furti ſpeciem exprimeret *pecuniam captam, ablatam. conciliatam, coactam, auerſam* vocarunt.

B CALATINORVM) ex hoc lapide patet non habere locum *Cluuerij* rationem, qua *Cic.* 3. Ver. & *Diodori exſcriptores* mendi & negligentiæ accuſat, quaſi pro *Calactini* perperam *Calatini* mutarint. *Calatinos*. Plin. *Galetinos* eſſe gentiles, quorum opidum *Galate*, & non *Calacte* dicatur. Robur opinionis eſt, quod Cicero cum *Calatinum, Calactinum*, & Priſcianus *Calate Calatinus, Calacte Calactinus* pronunciarint, vedeantur diſtinxiſſe. Nulli obſcurum eſt quædam loca *gemina* efferri *mutatione*; vna *genuina*; & origine ſua antiqua, altera *a vulgo* introducta ob molliorem, gratioremque ſonum. item quod Diodorus, qui etſi nominis fontē ſecutus, & opidum Καλὴν ἀκτὴν *pulcrum litus* nominarit, gentiles tamen *Calatinos* extulerit. In numis ΚΑΛΛΑΚΤΙΩΝ & ΚΑΛΛΑΚΤΙΝΩΝ. Certior *deſcriptorum* error in *itinerario Antonini* cum *Galeate*, & apud
C Suid. *Callantis* dicitur, & opidani *Callantini*. Si ergo *Calate* & *Calacte* diuerſæ, qui factū cum *Calacten* ſæpe celebrarint, *Calaten* præterirint, quæ *Municipiū* & *Reſp.* legatur, & *IIviros* QQ. *maiores* prouinciales *magiſtratus* habuerit? Facile autem aſſentior eam floruiſſe ad ædem *Annunciatæ* circa *Caroniæ litora* ruderibus vetuſtis ſuffragantibus. Plinij autem *Galate* ſuſpicarer *opidum mediterraneum* eodem cognomine ſuperſtes.

CVRIA) *Locus eſt, vbi publicas curas gerebant. Calabra curia dicebatur, vbi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Curiæ etiā nominantur, in quibus vniuſcuiuſque partis populi Romani quid geritur.* Feſt. *Curiæ duorum generū. nam & vbi curarent ſacerdotes res diuinas; vt curiæ veteres: & vbi ſenatus humanas; vt curia Hoſtilia, quod primus ædificauit Hoſtilius rex. Ante hanc Roſtra cuius id vocabulum ex hoſtibus capta fixa ſunt ro-*
D *ſtra.* Var. 4. LL. Quælibet ſibi *Curionem* S.F. legebat. quorum *Max. Curio in comitijs tributis* vna curiarum voce electus.

O.F.N.D.) forte *omni fide numini dedicat. ſ. opus fecit numini deuotus.*

399. V.S.L.M) *votum ſoluit lubens merito.* Hæc verior explanatio.

400. ΙΕΡΟΘΥΤΑ) *Sacerdotem* notat. Hinc clarum fit apud *Agrigentinos ſacerdotem* ſummæ rei præfuiſſe, & *Melitenſis* ſenatus *Pontificem* quempiam, & *binos Archōtes* capita fuiſſe. Pariter erat *ſacerdotis maximi Cephaledy honor.* Cic. 3. Ver. Qui *Catinæ Dionyſiarchus Proagorus*, hoc eſt *ſummus magiſtratus* vocabatur. *Syracuſis ſacerdos Iouis*, teſte Diod. l. 16.

l.16.c.81. *Iouis Olympij Amphipolus*, id eſt *famulus*, & munus *Amphibo-lia* vocabatur. a *Timoleonte* inſtitutum, vnde anni inſcribebantur, *quod ad præſens vſque tempus, quo hiſtoriam hanc concinnamus, & Reip. ſtatus immutatus eſt, durauit. poſtquam enim Romani cum Siculis ciuitatis ſuæ iura communicarunt, famulorum munus antiquari cepit, cum ſupra* ccc. *annos floruiſſet.* Cic. 3. Ver. Ibi *lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotẽ ſortito capi iubeat.* Ita & apud alios populos *ſacerdotes* cum *ſacerdotio dictaturam* obtinuerunt. De *Sicyonijs*. Euſeb. l. poſt. chron. *Reges Sicyonij defecerunt, qui regnarunt annis* DCCC. LXXII. *poſt quos ſacerdotes Carnij conſtituti ſunt.* mox. *qui præfuerunt annis* XXXIII. *poſt quos ſacerdos conſtitutus eſt Charidemus, qui inpenſas non ſuſtinens fugit.* De quo ſacerdotio *Scaliger* cõfitetur ſe nihil legiſſe apud vllũ ſcriptorẽ. E

ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ) a *Nymphodoro Agrigentino thuribulum* Verres abſtulit. Cic. 4. Ver. ΥΛΛΕΩΝ) *Hylleorũ* ſcilicet *tribus*. Hinc alternis *tribus* præſediſſe palam fit. Dicta forte quod in ea *Hyllenſes* ſeu *Phæaces* olim cõtinerentur. *Hyllus Hyllenſiũ* in *Illyrico* rex *Herculis* ex *Melita F.* F

ΚΑΡΝΕΙΟΥ) *Hegius* vertit *Apollonij*, forſan quod *Apollo Carneus* dictus. Macr. 1. ſat. c. 17. Apollo Καρνεῖος ὅτι καιόμενος ὁρᾶται νέος, *vel quod cum omnia ardentia conſumantur, hic ſuo calore candens ſemper nouus conſtat.* Pauſ. l. 3. *In Ida Troiæ monte* χρανείαν h. e. *cornu in Apollinis luco natum, reſecuiſſe Græci dicuntur ad conficiendum equum ligneum. deum autem hac de cauſa vt iraſci cognouerunt ſacrificijs placant, & Apollinem more quodam veterũ tranſpoſita* ρ. *Carneum pro Craneo nominant.* Hunc *Apollinem omnes Dorienſes venerari cõſueuerunt ob Carnum* (apud *Dores* ab *Hippota* interfectum) *genere quidem Acarnanem, Apollinis autem inſtinctu vaticinantẽ.* Pauſ. 3. Feſta cuius *Carnea* denominabãtur. Plut. 8. ſymp. q. 1. *Florus Carneadem quoque nolebat præteriri in Platonis natalicijs, Academiæ nobiliſſimum antiſtitem. ambos enim natos feſto Apollinis die; Platonem Athenis cum Thargelia agerentur, Carneadem Cyrenæ cum ibi Carnea celebrarentur. vtrunq; ſacrificium in ſeptimũ diem incidit: & vos vates atque ſacerdotes Apollinem, vt ea die natum Heptomagenam, quaſi ſeptima natum appellatis.* Obſeruat Ath. l. 4. *Carneorum feſtum apud Lacedæmonios imitationem eſſe militaris diſciplinæ ac vitæ. etenim loca eſſe numero nouem, quæ Vmbracula vocant, tentorijs nonnihil ſimilia, in quorum ſinguli cænent homines, nimirum ex curijs terni delecti, mandato publicoq; præcone denunciante. ibi omnia geri. propagarique feſtum illud in* IX *diem.* Non abſimile hoc, authore Caſaubono *Hebræorũ Scenopegiæ*. Hinc & *Carneus* menſis nomen ſortitus, qui *Lacedæmonibus Metagitnion* dicitur, *Græcis infauſtus* fuit. Plut. in Camil. Erat & ſecundus *Athenis menſis*, in in quo *Apollini* Μεταγειτνίῳ ſacrificabant. Plut. de exilio. *Peregrini & extorres videbuntur Athenienſes, qui ex Melita in Diomedem commigrarunt? illi vero & menſem Metagitnionem appellarunt, & ſacrificia Metageitnia peragunt.* Hunc *Guil. Xilander* cum *Quintili, Gaza* cum *Iulio, Aretinus* in Demoſt. vita cum *Maio* confert, ego cum *Auguſto*, *eclypſis* enim quæ in *Syracuſano* bello, *Demoſthene* & *Nicia* ducibus, a Plut. in

menſem

Digitized by Google

A menſem *Carneum* conlata, Scaligero de emend.temp.c.de period.Syrac. computante, XXVII. *Auguſto* contigit, anno *periodi Iulianæ* cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ CCCCI. Diſcitur & ex hac tabula non tam *Syracuſanos* quam *Agrigentinos* menſe Carneo vſos fuiſſe.

ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ) locus in *Græciæ* vrbibus vbi ius reddebatur. vt in Sicilia *Agrigenti* & *Syracuſis* fuit. Cic.2. Ver. In *curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterium vocant.*

401. ΑΓΑΘΑΙ ΤΥΧΑΙ) boni auſpicij formula, cui paria ſunt, εὐπράθωμεν, *Quod felix fauſtumque ſit.* Cic. *Felix hoc bonumq; factum.* Bene eueniat.

403. VNDIS CYANEIS) Ouid. 5. met. eas *ſacrum gurgitem* vocat, *Cyane* hodie *la Piſma*, fons ſtagni modo ingens. De eius ortu Diod.l.5. Proſerpina *æque ac duæ illæ deæ* Diana & Minerua, *prata circa Ennā ſor-*
B *tita eſt, & magnum in agro Syracuſano fontē, qui Cyane vocatur, conſecratū habet. Nam Plutonē fabulātur, poſtquā raptu perpetrato Coren, id eſt puellā (ſic Cereris filiā nomināt) prope Syracuſas in curru deportaſſet, dirupta illic terra ipſum quidē cum abrepta ad Orcum deſcendiſſe: ſed fontē Cyanes nomine tunc produxiſſe; vbi ſolemnē quotannis panegyrin celebrant Syracuſani; in qua priuatim minores immolantur hoſtiæ, publice autē ſubmerſis in lacu tauris ſacrificatur. Et huius ſacri morē Hercules inuexit, quando cum Geryonis bobus Siciliā totā obibat.* Aliter Plut.in par.ex *Doſitheo* Sic.rer. *Cyanippus Syracuſanus omnibus dijs ſacrificabat, præterquam vni Baccho. hinc infeſtus deus crapulā ei incuſſit. ille in loco tenebricoſo filiā ſuā Cyanē cōpreſſit, quæ detractū ei annulum nutrici ſuæ dedit, vt nota eſſet ad noſcendū corruptorē. Quum vero peſtilentia laboraretur, ac reſpondiſſet Pythius Apol-*
C *lo oportere nefarium immolari dijs Auerruncis, ceteris ignorantibus quod Oraculum vellet, Cyane id intelligens correptum capillis patrem mactauit, moxque ſe ipſam ſuper eum iugulauit.*

404. NEPTVNO) Næu.bel.Pun. *Summi deum regis fratrem Neptunum, regnatorem marum* vocat. Plut. *Conſus* dictus *a conſilijs dandis, & ideo eius ara ſubterranea, quod conſilia occulta eſſe oporteat.* In numo *Gallieni* NEPTVNO CONS. AVG. *Equeſter* & *Hippius*, quod equis domitis rem equeſtrem docuerit *nauigandi* artis *claſſiſq;* repertor. Diod.l.5. Ποσειδῶν, quia terram pedibus quatiat. Ipſi X K. Sextiles *Neptunalia* acta, eiuſque tutelæ *Februarius pectuſque* hominis commiſſum, vti *Ioui caput, frons Genio, Iunoni brachia, cingulum Marti, renes Veneri, pedes Mercurio, digitos Mineruæ.* De cuius ara in *Peloro* hæc memoranda Solinus c.10.
D prodidit. *Pelorias præſtat tēperamento Soli egregio, quod neq; humido in lutū madefiat, neque fatiſcat in vagum puluerē ſiccitate. Ea vbi retrorſum recedit, & in latitudinē panditur tres lacus obtinet. Quorum vnus quod piſciū copioſus eſt, non quidē admirandū duxerim; ſed quod ei proximus condenſis arbuſtis inter virgultorum opaca feras nutriat, & admiſſis venātibus per terrenos tramites quibus pedeſtres acceſſus excipit, duplicē piſcandi venandi; præbeat voluptatē, numeratur inter eximia: tertiū ara approbat; quæ in medio poſita breuia diuidit a profundis. qua ad eam pergitur, crurumtenus aqua peruenit: quod vltra eſt, nec explorari licet, nec attingi: & ſi fiat qui id*

auſus fuerit malo plectitur, quantámque ſui partem ingurgitauerit, tantũ id perditum. Ferunt quendã in hac alta, quam longiſſimã poterat, iecíſſe lineam. eam vt recuperaret, dum merſo brachio niſum adiuuat, cadauer manũ factã. E

SICVLO FRETO) Sicilienſe Cic. 3. nat. deo. Quid Chalcidio euripo in motu identidẽ reciprocando putas fieri poſſe cõſtantius quid freto Sicilienſi? pro Sext. Scyllæum vocat. Ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnã adhæreſceret, in tribunatus portum profugerat. Antigon. rer. mirab. c. 138. τῆς Ἰταλίας πορθ‹μόν› Italiæ fretum. Oroſ. l. 1. c. 2. Adriaticum. Sicilia ab Oriente cingitur mari Adriatico, a meridie mari Africo, quod eſt contra ſubuentanos & Syrtes minores, ab Occidente & Septẽtrione habet mare Tyrrhenũ, a Borea vſque Subſolanũ, fretum Adriaticum, quod diuidit Tauromenitanos Siciliæ & Brutios Italiæ. Lycophron Fretum Tyrrhenum, & Romane Tuſcum, quod id mare, vt Phil. Cluuerius cauſam dedit, Siculo ſeu Adriatico confundatur. Rhegium Iſiod. 13. c. 18. Fretum eſt anguſtum & quaſi feruens mare, ab vndarum feruore nominatum, vt Gaditanum vel Siculum. mox. Fretum Siciliæ quod Rhegium dicitur. Saluſtius ex tali cauſa vocari ſcribit dicens, Italiæ olim Siciliam coniunctã fuiſſe, & dum eſſet vna tellus, mediũ ſpatium aut per humilitatẽ abruptum eſt aquis, aut per anguſtiã ſciſſum. Strab. Mare Auſonicum, Thuc. l. 4. Charybdim fretum dixit. In eo enim, Mela l. 2. c. 7. Scylla ſaxum eſt; Charybdis mare vorticoſum vtrunq; noxium appulſis. Didymus Hom. ſchol. Charybdis gurges eſt, quo mare abſorbetur. Ser. 3. Æn. Femina fuit voraciſſima ex Neptuno & Terra genita: quæ quia boues Herculis rapuit fulminata a Ioue eſt, & in mare præcipitata vnde naturã priſtinã ſeruat. nam ſorbet vniuerſa quæ apprehendit. Strab. l. 6. Abſorptorum fragmẽta ad litus deuoluuntur Tauromenitanũ. quod ab hoc argumento Κοπρία, ideſt Sterquilinium appellatur. Ouid. Zanclæa Charybdis, irrequieta. Prop. ſæua. Virg. vaſta, implacata audijt. De ea Iuſt. l. 4. Nec mirum ſi fabuloſa eſt loci antiquitas, in quẽ res tot coiere miræ. primum quod nuſquam alias tam torrens fretum, nec ſolum citato impetu, verum etiã ſæuo; neque experientibus modo terribile, verum etiã procul videntibus: vndarũ porro in ſe concurrentium tanta pugna eſt, vt alias veluti terga dantes in imum deſidere, alias quaſi victrices in ſublime ferri videas. nunc hic fremitũ feruentis æſtus, nunc illic gemitum in voraginẽ deſidentis exaudias. accedunt vicini, & perpetui Aetnæ montis ignes, & inſularum Æolidum veluti ipſis vndis alatur incendium. neque in tam anguſtis terminis aliter durare tot ſeculis tantus ignis potuiſſet, niſi humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabulæ Scyllã & Charybdim peperere; hinc latratus auditus; hinc monſtri credita ſimulacra, dum nauigantes magnis vorticibus pelagi deſidẽtis exterriti, latrare putãt vndas, quas ſorbentis æſtus vorrago collidit. Mox. Iam ipſa Italiæ Siciliæq; vicinitas, iam promontoriorũ altitudo ipſa ita ſimilis eſt, vt quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit; credentibus, coeuntibus in ſe promontorijs, ac rurſum diſcedentibus ſolida intercipi abſumique nauigia. neq; hoc ab antiquis in dulcedinẽ fabulæ compoſitum, ſed metu & admiratione tranſeuntiũ. ea eſt enim procul inſpicientibus natura loci vt ſinum maris, non tranſitum putes: quo quum acceſſeris F G H

ris

Digitized by Google

A *ris diſcedere ac ſeiungi promontoria, quæ antea iuncta fuerant arbitrere.* Charybdis hodie *Caloſaro* dicitur & *la Rema* a ῥεῦμα *fluxus*. Quem Virg. ter die refluere ſcribit. quod Strabo *amplificationis tragicæ* more dictū refert, rationéque l. 15. pronunciat; quia fluxuoſum *maxime Siculū fretū; quod eodē quo Oceanus modo agitatur. Bis enim ſingulis diebus ac noctibus mutare fluxum, quēadmodū Oceanus bis inundat, biſq; in ſe remeat. Exundationē quidē, aquis e Tyrrheno mari in Siculum tanquā e ſublimiori ſuperficie delatis, fieri fatendum eſt, eamq; æſtum deſcendentē nominari Fatendum item eodē eum tempore incipere ac deſinere, quo maris adfluxus, eumque e contrario abeuntē æſtum vocari, qui vtroq; Luna ad mediū cæli adpulſu incipit, ſicut maris reſorbitio, & ceſſat Luna oriente vel occidente.*

405. ENSI FVGATO) Marcellus vulgo *populi Romani Gladius* dictus,
B vti *Fabius Cunctator Clypeus. quadragies pugnauit.* Plin 7. c. 25. ſexagenario maior belli *Punici* II. an. XI. inſidijs cæſus.

DIREPTIS SYRACVSIS) Val. 2. c. 3. *Carthaginis imperio rupta Hiſpania, & Siciliæ caput abſciſſum Syracuſæ.* Quo *Hannibalē* vinci didicere.

406. P. PLAVTIVS) *Plautij Siluani* filium puto, cum iiſdem quibus *Ti.* officijs, vnique baſi inſcriptus. *Plautij* plebei prius *Plotij*, nam M. *Ac. Plautus Sarſinas* ante *Plotius* appellatus. nomen ab admodum *planis pedibus*. Val. 4. c. 6. M. *Plautius* vxore peregre mortua *funerata ea, & in rogum impoſita inter officium vngendi, & oſculandi ſtricto ferro incubuit: quem amici ſicut erat togatum, & calceatū corpori coniugis iunxerunt, ac deinde ſubiectis facibus, vtrūque vna cremauerunt: quorū, ibi factū ſepulcrū Tarenti etiamnum conſpicitur, quod vocatur* τῶν φιλούντων. *Non dubito, quin ſi*
C *modo extinctis ſenſus ineſt, Plautius & Horeſtilla fati conſortione geſtientes vultus tenebris intulerint.*

AVGVR.) *Augures* ante *Hauſpices* dicti. Iſiod. Primo tres, mox IV. tandem ex *plebe* V. admixti. *Patricij Maiores, plebei Minores. Publici* S P Q R. *Priuati magiſtratus & Impp.* nominati. Cic. 3. de LL. *Interpretes Iouis Opt. Max. publici Augures ſignis & auſpicijs poſtea vidento. diſciplinā tenento. Sacerdotes vineta virgetaque & ſalutē populi augurato: quiq; rem agent duelli, quiq; popularē, auſpiciū promouento, olliq; obtēperanto. Diuorum iras prouidento, iſq; apparēto: cæli fulgura regionibus ratis temperanto: vrbemq; & agros & tēpla liberata & effata habento. quæq; augur iniuſta, nefaſta, vitioſa, diraue defixerit, irrita infectaq; ſunto. quiq; non paruerit, capitale eſto.* Ibid. *Eſt autē boni Auguris meminiſſe ſe maximis Reip. temporibus præſto eſſe debere, Iouiq; Opt. Max. ſe conſiliariū, atq; adminiſtrum da-*
D *tum.* Et l. 2. *Quid enim maius eſt, ſi de iure quærimus, quam poſſe a ſummis imperijs, & ſummis poteſtatibus comitia tollere, & cōcilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? quid grauius quā rem ſuſceptā dirimi, ſi vnus Augur alio die dixerit? quid magnificētius, quam poſſe decernere, vt magiſtratu ſe abdicent Conſules? quid religioſius quam cum populo, aut plebe agendi ius, aut dare, aut non dare?* Nec leue præſtantiæ ſacerdotij ſignū, quod *principū filij* ad id diſcēdum emiſſi. Cic. 1. de diu. Senatus *decreuit, vt de principiū filijs ſex ſingulis Etruriæ populis (decē principū filij S.C. ſingulis*

Digitized by Google

gulis Etruriæ populis. Val.1.c.1.) *in diſciplinam traderentur.* Legendum E
XII.tot enim *Tuſcorũ populi.* Quo munere ne vel noxius *exaugurari* va-
luit,cauſa Plutarcho videtur ; quod nefas ſit a *priuato* illa *ſecreta* ſcire,
quæ iuramento ſolutus enunciaret, & quod *diuinatio* detrahi nequeat.
Illorum inſigne *lituus.* Liu.l.1.Romulus *baculũ ſine nodo aduncũ tenens
regiones ab Oriente ad Occidentem determinauit. Auſpicia* faciebant ex
*cælo,fulminibus,ventis,*hos *deorum nuncios vota humana* ferentes dixere,
quę ſi *irrita,*non perlata credebãt.ex *volucribus*;quod *deorũ miniſtrę* ſint,
iuſſæ eorũ ſenſa homini interpretari. Marcel.l.21. *Volatus auium dirigit
Deus: vt roſtrũ ſonans, aut præteruolans pinna turbido meatu vel leni fu-
tura præmonſtret. Ex offenſione pedum.*Plin.2.c.7.*Fulgurũ monitus,oracu-
lorum præſcita,aruſpicũ prædicta,atq;etiã (parua dictu) in augurijs ſternu-
tamenta.& offenſiones pedum.*Ex *pullis* quoq;*addicentibus,damnantibuſq;* F
eorum *placita* exquirebant bene-mane imperato *ſilentio.* Plin.10.c.21.
*Vt plane dignæ aliti tanti honoris præbeat Romana purpura. horum ſunt tri-
pudia ſoliſtima. hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domoſque ipſis ſuas
claudunt, aut reſerant: hi faſces Romanos impellunt, aut retinent, iubent
acies aut prohibent, victoriarũ omnium toto orbe partarũ auſpices: hi maxi-
mo terrarum imperio imperant.* Factum id, quia *pullus* eſt *pugnaciſſimus.
Athenienſes* relata a *Perſis* victoria decreuere, vt *galli gallinacei* quot-
annis in theatro certarent. *Felix auſpicium* faciebat, ſi pullus ita
pauiſſet, vt quid *caderet,* quod cum terram *paueret,Terripauium & Tri-
pudium* vocatum. *Infauſtum,*ſi obiectam *offam reſpuerent.*Suet. in Ti.2.
*Claudius Pulcher apud Siciliã non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per
contemtũ religionis mari demerſis,quaſi vt biberẽt quãdo eſſe nollent.* Infe- G
licia quoq; *Aruſpices* ſeu *Extiſpices* pronunciarunt;ſi *victima e manibus
ſe proripuiſſet,altius exſiluiſſet,*ſemianimis *tellus calcitraſſet,* copioſo *ſan-
guine proflueret,* angues prolapſi. Liu.l.25: *Graccho, priuſquã ex Lucanis
moueret ſacrificanti triſte prodigium factum eſt.ad exta ſacrificio perpetra-
to angues duo ex occulto allapſi edere iecur, conſpectiq; repente ex oculis
abierunt.* Feſt. *Piacularia appellabant auſpicia, ideſt ſacrificia antiqua lo-
quendi conſuetudine,cum aut hoſtia ab ara effugit, aut percuſſa mugitum
dedit,aut in aliã quã oportuit partẽ corporis decidit. Siniſtra auſpicia* im-
pediebant ad agendum, *Silentium* minus. *Silentium omnis vitij in auſpi-
cijs vacuitas.*Feſt.Dirum omen *eludi & abominari* putabant,ſi ſignifica-
rent, *ſe id non accipere,*& dicerent εἰς κεφαλὴν σοι.Sen *Quis non ſi admo-
neatur, vt de ſuis cogitet, tanquã dirum omen reſpuat, & in capita inimi-* H
corum, aut ipſius intempeſtiui monitoris abire illa iubeat. Nefas tandem
erat auſpicium diſſimulaſſe.Liu.l.10.*Pulli cum non paſcerentur pullarius
mẽtiri auſus,tripudium Soliſtimum Cos.*(Papirio)*nunciauit.* Nec impune,
ab altero enim pullario *emiſſo temere pilo ictus cecidit.*

PR. AD AERAR) Suet.c.36.*Auguſtus* auctor *vt cura ærarũ a Quæ-
ſtoribus Vrbanis ad prætorios,prętoreſque trãſiret.*Iſiod.16.c 17.*Ærariũ di-
ctum,quia prius tantum æs in vſu fuit, & ipſum ſolũ recondebatur.* Idque
duplex,vnum *cõmunes Reip.cenſus cõdens.*aliud *ſacrum.* Liu.l.3. *Aurum*

A *vicesimarium, quod in ſanctiori ærario ad vltimos vſus ſeruaretur.* Flor. 4.
c. 2. Cæſar *ærarium ſanctum, quia tardius aperiebant tribuni, iuſſit effringi,
cenſumq; & patrimoniũ populi Ro. antea rapuit, quã imperiũ.* Quod etſi *pu-
blicũ* eſſet, tamẽ in vita *Attici* a Cor. Nep. *priuatũ ærariũ Cæſaris* citatur.
COMES) ex viris primarijs *Auguſtos* in prouincias *comitabatur*. Co-
mes quoq; omnis *honeſtior Præfectus* & in *palatio* & in *prouincia* dictus.
In lap. *Comes primi ordinis, Conſiſtorianus, in* Conſiſtorio *primi ordinis, Or-
dinis ſecundi, intra* Conſiſtorium, *intra Palatium domeſticorum, domeſticus
primi ordinis, ſacrarum remunerationum* ſeu *largitionum, Africæ, Orientis,*
(hic Dc. *apparitores in officio habuit.* l. 1. C. de appar. com. or.) *Aegypti &
Meſopotamiæ,* Comes *& Magiſter vtriuſq; militiæ.* In *Cod. præfecturarum,
Mariani; Comes largitionum* ; cui ſuberant *Comites Largitionum Orientis,*
B *Aegypti, Aſianæ, Comes Commerciorum per Orientem & Aegyptum, Mæ-
ſiam & Pontum, Illyricum, Ponticæ, Thraciarum* , *Metallorum per Illyri-
cum* , *largitionum Italicarum* ; *titulorum largitionalium per Africam,
domorum* , *veſtiarũ* , *auri, Gildoniaci patrimonij*. Comes *rerum priuata-
rum.* (Caſs. l. 6. f. 28. Cui inter alia contra *humani generis improbos appeti-
tus, quaſi parenti publico decreta cuſtodia eſt: ne quis ſe probroſa commix-
tione pollueret, dum vicini ſanguinis reuerentiam non haberet.* mox. *Contra
hos elegeris vnicus & continens inquiſitor; vt dum talia probra perſequaris,
conſequaris præconia caſtitatis. Defunctorum quin etiã ſacram quietẽ, æqua-
bilia iura tuæ conſcientiæ commiſerunt: ne quis veſtita marmoribus ſepulcra
nudaret: ne quis colũnarũ decorẽ irreligioſa temeritate violare præſumeret:
ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut voraci flamma con-
C ſumtos ſcelerata perſcrutatione detegeret: ne corpus quod ſemel relique-
rat moleſtias mundanas, humanas iterum pateretur inſidias.*) Comites *rei
militaris duo Aegypti, Iſauriæ. caſtrenſis* , *domeſticorum equitum* , *dome-
ſticorum peditum* , *Arcadiaci, Honoriaci* , *limitis, litoris Saxonici per Bri-
tanniam, Britanniæ, Italiæ tractus, Italiæ circa Alpes,* Com. *Argentoraten-
ſis, Illyrici, Hiſpaniarum.* In *comitiua Syracuſana* c. 22. *Militaris* munia
hiſce edocet. *Militum tibi numerus noſtris ſeruit expenſis. redderis inter
arma genatus, proceſſio tua procinctualis ornatus eſt. exercitu vteris pacato,
nec pericula belli ſubis, & armorum pompa decoraris. Verum inter hæc ci-
uilem cogita diſciplinam.* Et e. 23. in comit. Neapolit. *Ciuilia negocia
æquus trutinator examines: tantumque famam tuam habita maturitate cu-
ſtodias, quantum te illi populo, vel in leui culpa facile diſplicere cognoſcas.*
D *Vrbs ornata multitudine ciuium, abundans marinis terreniſque delicijs: vt
dulciſſimam vitam te ibidem inueniſſe diiudices ſi nullis amaritudinibus mi-
ſcearis. Prætoria tua officia replent, militum turba cuſtodis. Conſidis gem-
matum tribunal: ſed tot teſtes pateris, quot te agmina circundare cogno-
ſces: prætereа litora vſque ad præfinitum locum data miſſione cuſtodis. tuæ
voluntati parent peregrina commercia.* Sunt & Com. *ſolenniorum, protecto-
rum, theſaurorum, archiatorum, ſcholarum,* ſeu *Tribuni ſcholarum, laborum,
formarum,* ideſt aquæductuum, *ludorum, ſiliquatariorum* , hi pondera cu-
rabant. *Siliqua* enim *minimum* apud Rom. *pondus.*

DRVSI

Digitized by Google

DRVSI FIL. GERMANICI) ex *Agrippina Auguſti* nepte F. artibus *Seiani* hoſtis iudicatus, in vinculis *extinguitur, cum ſe miſerandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuiſſet*. Tac. 6. an. Sterile ipſi cum *Aemilia Lepida* coniugium. E

AVVNCVLVS DRVSI) *Ti.* enim *Claudi* vxor *Plautia Herculanilla*, quam repudiauit ſublato *Druſo Pompeio* & *Claudia*. illum *puberẽ amiſit pyro per luſum in ſublime iactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatum*, hanc *ex liberto ſuo Botere conceptam, quamuis ante quintum menſem diuortij natam, alibique ceptam exponi tamen ad matris ianuam & nudam iuſſit abijci*. Suet. in Cl. c. 27. 407. ARN.) *Arnienſis tribus*, ab *Arno Tuſciæ* amne, *vltima* dicta, quod ab Vrbe remotiſſima.

IN VTROQVE HONORE CANDIDATO) i. e. *in quæſturæ prou. Narb. & tribunatus pl. pr.* honore commendatus a *Traiano*. *Candidatorium* munus *in amicorum ſtudijs, & populari voluntate* ponendum. Cic. de pet. cos. Populi voluntas *deſiderat nomenclationẽ, blandiciã, aſſiduitatem, rumorẽ, ſpem in Rep.* Feſt. *Fartores, nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurẽ candidati*. Dicitur & *Monitor*, quod nomina ſubijciat. Suffragijs corrumpendis miniſtros alebant, *Sequeſtres apud quos pecunia deponitur; Interpretes per quos inducitur pactio*. Aſcon. F *Diuiſores viritim* numos *diuidunt*. Omni autem *candida toga profiteri rogationẽ*, & *populo ſupplicare* licebat, ſed vt ſit *priuatus*. Hi ergo ſub comitijs, cum *auſpicati* fuiſſent, in *Colle Hortulanorum* cõſiſtebant ab vniuerſis cõſpiciendi, inde *in Campũ Martiũ* deſcẽdebant, Dion. l. 2. Sed *abſq; togis in induſijs*, vt Plut. prob. inter alia opinatur, *ne argentum in ſinu geſtantes ſuffragia redimerent*. *Candidati & milites Oſtenſionales*. Quos *Gordianus Aug.* inſtituit *lectos velut eximios & valentes, magnaq; oris dignitate & numero, qui Scholares dicuntur, euexit ipſã ſcholã eius ordinis a ſuo nomine, Seniorum appellauit*. Mox. *Philippus* cũ *Philippo* F. repperit *Collegium magnorum Candidatorum ſelectis ſpeciatim iuuenibus e claſſe ſcholariorũ, ordinemq; illum ſeu ſcholã ab auctore eius dixit Iuniorũ*. Faſti Siculi. G

428. MAG. IV.) forte *Magiſtro Iuniorum*, ſed *Decurionum*. *Magiſter* in Imperio C. P. ingenti honore conſpicuus, cum in *patricios* relatus, *Imperatori* a ſanctioribus conſilijs, eiuſque *conſanguineus*, *frater* & *filius* eo titulo ornatus. Conſtant. Manaſſe & Cedrero teſtibus. Meurſius cenſet non alium fuiſſe, quam *Officiorum*. Quorum XXIV. in Eut. l. 6. c. 5. vides.

BREVC.) *Breuci* populi *Pannoniæ*. Plin. 3. c. 24. GEM.) gemina.

DONIS DONATVS) *Auguſtus Mutina* redux ſingulis *bis mille quingentas drachmas* victor diuiſit. App. vt Lipſius computat, CCL. *Philippæos*. IIX *legiones* cum fuerint, ſurgent *milliones* VI. ſine ducibus tamen. Idem, vt eſt in Dionis comp. *militi prætoriano iuſſerat centies HS. numerari* (Lipſij calculo CCL. M. *Philippicorum*) *& cum Agrippina mater mirata improuidã fortaſſe liberalitatẽ, iuſſiſſet totã eam pecuniã ipſo corã in menſa exponi & expãdi, vt ſic vel aſpectu pœnitentiã eliceret. ille magno animo iuſſit alterum tantum addi, & neſciebã, inquit, tam exiguum me dediſſe.* H

VEXILLO) Vop. *Probus* donatus *vexillis puris quatuor* (dicta quod

forte

A forte non tincta, & ſine auro, & textura forent) Auguſtus M. *Agrippam in Sicilia poſt nauale victoriam cæruleo vexillo donauit*. Suet. c. 25.

PROC. PROVINC. SICIL) in Notitia *Procurator rei priuatæ per Siciliam,* hunc hic reputo. ibidem & mentio habetur *Proc. Baphij* (vbi *purpura* tingebatur) *Syracuſani*, *vti & Baphij Tarenti Calabriæ*, *Salonitani Dalmatiæ*, *Ciſſenſis Venetiæ & Iſtriæ*, *per Africam Baphiorum omnium*, *Girbitani prou. Tripolitana*, *Inſularum Balearium in Hiſp. Telonenſis Galliarum, Narbonenſis.*

NORICAE) *Noricum* antequam a *Ti.* & *Druſo* prouinciæ formam ſubijſſet *Regnum*. Tac. *A Carnuto, qui locus Norici regni proximus.*

429. TERT.) Gel. 20. c. 1. *Quæri ceptum eſt, vtrum Conſul tertio inſcribendum eſſet, an tertium. Eam rem Pompeius exquiſitiſſime retulit ad*

B *doctiſſimos ciuitatis, quumque diſſentiretur, & pars tertio, alij tertium ſcribendum contenderent: rogauit Ciceronē Pompeius, vt quod ei rectius videretur ſcribi iuberet. Tum Ciceronē iudicare de viris doctis veritum eſſe, ne quorum opinionē improbaſſet, ipſos videretur improbaſſe. Perſuaſit igitur Pompeio vt neque Tertium neque Tertio ſcriberetur: ſed ad ſecundum vſque T fierent literæ, Tert. vt verbo non præſcripto res quidē demonſtraretur: ſed dictio tamen ambigua verbi lateret.* Hoc & in hac tabula obſeruatum vides. CONSEN) *Conſentinus.*

430. COCCETO) pro *Cocceio.* gens *plebeia Narnio* oriunda.

POL.) *Pollina tribus.* PP RR) *pro Prætore.*

SEVIR) *Magiſtratus municipalis & militaris* In lap. SEVIR AVGVSTALIS ET FLAVIALIS, Pius *Marcum Seuirū turmis equitum Romanorū*

C *iam Cos. deſignatum creauit.* Capit. in M. Ant. EQR.) Equiti Romano.

STL. iud.) ſic & *ſtlotū, ſtlatū* legitur. Pōp. ff. de orig. iur. *Cū eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ preeſſent Xuiri in ſtlitib⁹ iudicādis ſunt cōſtituti.*

433. LEG. V. MACED.) Imperij auſpicijs in *Macedonia* inſtituta eo declinante remanſit. NOVELLIVS) *Nouellius Torquatus Mediolanenſis tribus congijs* (*vnde & cognomen illi fuit*) *epotis vno impetu, ſpectante miraculi cauſa Tib. principe.* Plin. 15. c. 22.

434. VIAE SALARIAE) *Quæ nunc Collina a Colle Quirinali dicitur. Salaria autem propterea appellabatur, quod imperatum fuerit, vt ea liceret a mari in Sabinos ſalem portari.* Feſt.

436. VICANI VICORVM) ideſt *Magiſtri vicorum.*

COLLEG) Plut. *Collegia Numa* inuenit. l. 1. ff quod cuiuſq; vniu.

D nom. Quibus *permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſq; alterius eorum nomine proprium eſt, ad exēplar Reip. habere res cōmunes, arcā communē, & actorē ſiue Syndicum: per quē tanquā in Rep. quod cōmuniter agi fieri oporteat, agatur.* CENT.) *Centonarij* in caſtris *centones* curant. *Centones* ſunt *ſtragula*, quibus *viliorum lecti* ſternuntur, *caſtra, machinæ,* & *militaris ſupellex* tegitur. item *veſtes* varijs *pannis.*

DENDR.) *Dendrophori* ligna ad *expeditiones, operaq; publica* curabāt.

437. CONSVLI ORDINARIO) qui a *Suffecto*, & *Honorario* diuerſus. *Maiores magiſtratus* omnes *Ordinarij* appellabantur.

CAP.

CAP. XXI. Seruus. Præf. prætorio. Præf. vrbis. Pontifex Solis. Veſta. Tribunus laticlauus. Vicarius Africæ. Aur. Symmachus. Siculum bellum Aug. Torques. Armillæ. Phaleræ. Pyſſimus. Scriba. Mars. Tauromenium. Lictor. Siculæ apes. Helpis. E

SERBVS) Serui appellati a regionibus, victoribus, ac emtoribus. *Clodius* honoris cupidus *Cypros* illos ſeruos a ſe *Clodianos* dici contendit, Dio. l. 39. *Sulla proſcriptorum ſeruos* x. *M. a ſe* Cornelianos *publicauit.* Veſtibus diſtinguebantur: viles enim *pulli*, honeſtiores *rutili* ſeu *ruſi*, Cæſariani *albi*; quia color is proprius *libertatis*. Miſerrimi *ergaſtularij*, qui vincti *demenſum*, *diurnum* opus faciebant. hinc *vinctos* Apul. nominat. Apud *barbaros quoſdam, quia vernaculum eſt aurum, & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent*. Tert. de hab. mul. Multi *ſtigmatici* erant. Plin. l. 18. c. 3. *Illa* (rura) *vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus exercent*. Pet. *Inpleuit Eumolpus frontem vtriuſq; ingentibus literis, & notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. Samij* captiuis Athenienſium *noctuam*, & hi poſt illis *Samæam* nauis genus inuſſere, Plut. Belle hos Apul. l. 9. depingit: *Dij boni quales illi homunculi vibricibus liuedinis totam cutem depicti, dorſumque plagoſum, ſciſſili centunculo magis inumbrati, quam obtecti, nonnulli exiguo teguli pubem tantummodo iniecti: cuncta tamen ſic tunicati, vt eſſent per pannulos manifecti: frontes literati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati.* Talia ergaſtula & *Sicilia* habuit. Flor. 3. c. 19. *Terra frugũ ferax, & quodãmodo ſuburbana prouincia*, (diſerte Cic. 6. Ver. *Suburbana ac fidelis prouincia Sicilia.*) *latifundijs ciuium Latinorum*. (Lipſ. legit *lautiorum*, cum *Latini* ſocij non *ciues* ſint) *tenebantur. Hic ad cultum agri frequentia ergaſtula, catenatiq; cultores materiam bello præbuere.* Alexander *ergaſtula ſeruorum & libertorum tulit*. Spart. ideſt, *abſtulit*. trito illius æui ſcriptoribus loquendi modo. Quod de *publicis* intellige; nam *priuatorum facies, quæ ad ſimilitudinem pulcritudinis eſt cæleſtis figurata, minime maculetur*. Conſtantin. l. 17. ff. de pœn. cauit. Hadrianus *ſeruos a dominis occidi vetuit, eoſq; iuſſit damnari per iudices*. Spat. Aurelianus *multos ſeruos e familia propria, qui peccauerant legibus audiẽdos iudicijs publicis dedit*. In Ath. 14. c. 17. legis *Babyloniĩ feſtũ Saceas, in quo ſerui imperabant dominis ſuis, & e ſeruitio vnus ſtolam regiam induebat*. Simile apud *Theſſalos* in feſto *Peloria*. Quos amabant imminente obitu properabant liberare, ne in ſeruitute perirent. charos & patroni morituri manumittebant. quod præmium, & quandoque *feris* datum. Valentinianus *Innocentiam vrſam, qua diu fuerat oblectatus*. Marcel. l. 29. *vt benemeritam in ſiluas abire dimiſit*. H

438. POPVLONII) *Populonium*. Plin. *Poplonium*. Strab. *Populonia* Melæ, *Tuſciæ* vrbs maritima penitus exciſa. VAL.) *Valeria tribus*.

PONTIFICI FLABIALI) Quo cognomine *Veſpaſiani Flamines* dicti.

PRAETORI TVTELARI) Capit. in M. Ant. *Prætorem tutelarem primus fecit, quum ante tutores a Conſulibus poſcerentur*. l. 2. C. quand. mul. tut. off. fung. Prætor, *qui inpartiendis tutoribus præſidet*. Conſtan. l. 5. C. Th. de Præt. *Romæ* tres *Prætores* præfecit; *Flauialis* munia

Digitized by Google

A *Præfecti urbis* exequebatur, *Conſtantinianus*, *Triumphalis*. In lap. &
PRAETOR IVVENTVTIS. PERAEQVATORI CENSVS) is
Capitationem exegit, quæ *in capita* pendebatur.
PRAEF. PRAETORIO) ab *Auguſto Mecænatis* conſilio inſtitutus,
captus ex *equite*, raro ſenatore. Alexander *Præfectis prætorio ſuis ſena-
toriam addidit dignitatem.* Lamp. *ne quis non ſenator de Romano Senato-
re iudicaret.* Summa & *Auguſtææ* fere par *poteſtas*, quam Macrinus in-
de *Imp.* lectus. *potentia parum cedere* imperatoriæ ad ſenatum ſcripſit.
Herodian. hinc Eunapius in proæreſio *βασιλείαν ἀπόρφυρον Imperium
ſine purpura* vocat. Euagr.l.3. *ἡ κορυφαία τῶν ἀρχῶν, faſtigium poteſtatum*
Sid. in paneg. maio. *Superbum præfecturæ apicem quarto iam culmine rexi.*
Zoſimo *ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα*, *poteſtas ſecunda poſt ſceptra.*
B Caſs.l.6.l.3. *Poteſtate nulla dignitas eſt æqualis; vice ſacra vbiq; iudicat,
nullus ei miles de fori ſui auctoritate præſcribit, excepto officiali Magiſtro
militum.* mox. *In officio ſuo ius retinet ſingulare, & talibus tantiſque noſci-
tur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent Iudices in aliqua parte
contemnere.* Poſt. *Militia perſunctis Tribunorum & Notatiorum honorem
tribuit, & milites ſuos illis exæquat.* Eo fere loco fuit apud *Imp.* quo
Magiſter equit. apud *Dict. Ipſi aſſurgebat* princeps. Caſſ.l.1.e.20. In pala-
tium ingreſſus *adorabatur.* Idem l.6.e.3. *Iudiciorum ſummã tenere* l.1.C.
Th. de epiſ. iud. dicit, *ſummi faſtigia iuris.* Claud. Ideo ab eius ſententia
prouocare neſas, quin vere *ſacra vice iudicare* æſtimatus inde l.17.C. de
appel. *ſacrum iudicium.* Diſtinctus a *Præf. Vrbis*, quod eum *Imp. militari,
Vrbanum Senatus ciuili dignitate* eligeret. hinc Sidon. *Præf. ſenatui.* Ale-
C xander *Præfectum prætorij ſibi ex Senatus auctoritate conſtituit. Præfectum
urbis a Senatu accepit.* Lamp. *Ἔπαρχον τῆς αὐλῆς principem aulæ.* Proc.l.
1. Vand. bel. alij *Comitẽ aulicorum*, cis Iuſtiniani æuũ *Curopalatẽ* vocarunt.
Euag.l.5.c.1. Heliogabalus *ad Præfecturã prætorij ſaltatorem, qui hiſtrio-
nicam Romæ fecerat, aſciuit: præfectum vigilum Gordium aurigam fecit:
præfectum annonæ Claudium cenſorem, ad honores reliquos promouit com-
mẽdatos ſibi putibilium enormitate membrorũ.* Lamp. Titulum hunc & *Im-
peratores* geſſiſſe Lazius ſcribit, fons ſuæ aſſertionis nota illa PP in ſaxis.
ſed prolixe labitur; in *Cæſareis* enim titulis hæc *patrem patriæ* ſignat.
Magiſtratum hunc *Conſtantinus Maxentio* fuſo ſuſtulit *prætorio* euerſo,
Prætorianis quod contra ſteterant exauctoratis, & eius loco in *Noua
Roma*, eiuſque orbe quadripartito. tot *Præfectos præt. Galliarum* nem-
pe, *Italiæ, Illyrici, & Orientis* dedit. In lapide hi curſim mihi lecti *Italiæ
D & Illyrici. Galliarum. Galliæ atque Africæ. Illyrici & Orientis. Illyrican.
ſecundus per prou. Pannon. prou. Hiſpaniæ. Prou. Galat.*
PRAEFECTO VRBI) magiſtratus *extra Ordinem.* condita *Prætura*
intercidit. Tac.l.6.an. *Profectis domo regibus, ac mox magiſtratibus, ne
urbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui ius redderet, ac ſubditis
moderaretur, feruntq; ab Romulo Dentrem Romulium, poſt ab Tullo Hoſtilio
Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Sp. Lucretium impoſitos: dein
Conſules mandabant; duratq; ſimulacrũ, quoties ob ferias Latinas præficitur,*

Digitized by Google

qui conſulare munus vſurpet. cum *populo* tamen tunc agi non poterat ob E
ludorum religionẽ. Ordinariam *continuã poteſtatem & inſolentia parendi*
grauiorẽ Auguſtus induxit, manente & veteri *Præf.Vrb.Latinarũ cauſſa.*
Dioni πολίαρχος. Sen. *Vrbis cuſtos.* Caſs.l.1.e.34. *eximiæ vrbis præſul,* & in
lap. PRAEF. VRBI IVR. DIC. laudatur. Nou.62. *Vrbica præfectura omni-*
bus aliis præſedeat dignitatibus. Quare Vop. in *Carino* culpat quod *Præ-*
fectum Vrbis vnum ex Cancellariis ſuis fecit: quo fœdius nec cogitari potuit,
nec dici. Intra & extra Vrbem ad C. lapidem animaduertebat.

439. VITRASIO. ORFITO) Amm. Marcel.l.14. Sub Conſtantino
Orphitus Præfecti poteſtate regebat vrbem æternam, vltra modum de-
latæ dignitatis ſeſe efferens inſolenter. vir quidem prudens & forenſium ne-
gociorum oppido gnarus, ſed ſplendore liberalium doctrinarum minus quam
nobilem decuerat, inſtitutus: quo adminiſtrante ſeditiones ſunt concitatæ F
graues ob inopiam vini. Symmachi ſocer. Sym.l.9.e.121. l.10.e.47.

PONTIFICI SOLIS) In literis ad Conſtantinum *Rex regum Sapor*
particeps ſiderum, frater Solis & Lunę. Amm.l.17. Inpenſe *Sol* in *Oriente*
cultus, vbi per *Solem Deum* ſignificabãt, vti *Athenięſes* per *Deum Miner-*
uam. Perſæ ei & virgines ſacrarunt. Iuſt.l.10. *Artaxerxes* rex Dario *vt*
honeſte negaret quod temere promiſerat, (Aſpaſiã pellicẽ) Solis eã ſacerdo-
tio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Diod.
l.1. *Ægyptij Oſirim* q. *multoculum* dixere, quod *terram & mare quaſi mul-*
tis oculis colluſtret. Cap. in Mac. *Heliogabalum Phænices vocãt.* Lamp. Cui
Heliogabalus, eius olim ſacerdos *templum in eo loco conſtituit, in quo*
prius ædes Horci fuit, quem e Syria ſecum aduexit. Ibid. *Studens & Martis*
typum, & Veſtæ ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis ve- G
neranda in illud transferre templum, & id agens ne quis Romæ deus niſi
Heliogabalus coleretur. Dicebat præterea Iudæorum & Samaritanorum re-
ligiones & Chriſtianã deuotionẽ illuc transferendã, vt omnium culturã ſe-
cretum Heliogabali ſacerdotium teneret. Nomen Caſaubonus ex Syriaco
Alah Gabal ducit, quaſi *deus montis*, quod forte more *Orientalium* in
monte dedicatus, vti *Deus Carmelus* in *monte Carmelo.* Suet. Scaliger ab
Ela Gabal, hoc eſt *Deus Gabalitarum. Gabala* autem vrbs *Phœnices.* mo-
dum loquendi probat. quod & *Dea Auentina, Dea Satriana, Dea Suria* vel
Syria, deus patrius Neapolitanorum dicatur, & Aſſyrijs *deus Heliopalita-*
nus, cui *Traianus* in *Parthica* expeditione *miſit ſignatos codicillos, ad quos*
ſibi reſcribi vellet. Deus iuſſit afferri chartam, eamq; aſſignari purã, & mitti.
mox. *Aliis codicillis conſcriptis ſignatis conſuluit an Romã perpetrato bello*
rediturus eſſet. Vitem centurialẽ Deus ex muneribus in æde dicatis deferri H
iuſſit, diuiſamq; in partes ſudario condi, ac proinde ferri. exitus rei obitu
Traiani apparuit oſſibus Romam relatis. Macr. ſat.1.c.23. In lap. *Soli æterno,*
Alagabalo (in numo *Ant.* SOLIS DEI ELAGAB.) *Diuino, Domino, Hie-*
robo, Inuicto, Iuuanti, Sanctiſſimo, Socio Dei inuicti Mithræ, Dionoptes. In
Peruano tractu nouitio tempore, antequam in *prouinciã* ab *Hiſpaniarum*
rege redigeretur, *crebra,* ſcribit Lipſ. de Veſta c.15. *& magna templa di-*
cata Soli, & in iis virgines ſæpe cc. fuiſſe; e quibus ſi qua corpus polluiſſet,

morte

A *morte luebat, niſi tamen e Sole ſe concepiſſe ſancte adiuraſſet.* Templum
Solis & *Syracuſæ* habuere.
PONTIFICI VESTAE) Lap. SACERDOS VESTALIS. Putat
Lipſius in prouincijs, quæ *Veſtalibus* carerent, hos *pontifices* fuiſſe. Ego
Veſtalium Aedituos dixerim, qualis fuit *L. Cæcilius*. Dion l. 2. *Cum pri-
mum Romani cum Pœnis bello conflictabantur propter Siciliam, tunc enim
virginibus metu fugientibus æditu orum vnus L. Cæcilius Metellus vir Con-
ſularis, is qui deuictis in Sicilia Carthaginenſibus, in celebri illo triumpho*
CXXXVIII *elephantos duxit, poſthabito vtilitati priuato periculo irrupit in
ardens penetrale, ſacraq; a virginibus deſerta e flammis eripuit. Veſta de
numero Penatũ, aut certe comes.* Macr. 1. ſat. c. 4. Eius *ædes* omnibus *inter-
diu patebat*, at *pernoctare* inibi fas nemini maſculo. Dion. Hanc *Veſtali-*
B *bus* matroni *nudis pedibus* adibant, quod olim eo loci, vt Ouid. *lacunæ*
fuerint. Ibi *vigilẽ ignẽ*, & alia ſacra ſolis virginibus cognita ſeruabant.
Quærunt illa quænam fuerit. melior doctorum pars *Palladium* vult,
iuxta Apollodorum *cælo delapſum & Ilo Regi traditum.* Erat *magnitu-
dine tricubitale, quaſi regredientis:* dextra *haſtam ſublatam* præferens, *ſi-
niſtra fuſum & colum.* videtur in numo *I. Cæſaris* in dextra manu *Aeneæ*
ll. 15. *Anchiſem* læuo humero gerenti. Culta quoque *Veſta* in *pri-
uatis ædibus*, ſuſpenſa vaſis fictilibus. Val. 4. c. 4. *Per Romuli caſam, per-
que veteris Capitolij humilia tecta, & æternos Veſtæ focos fictilibus etiam-
num vaſis contentos, iuro.* His legibus Veſtales capi ſolitæ. Gel. 1. c. 12.
Minorẽ quam annos VI. *maiorem quam annos* X *natã, negarunt capi fas eſſe.
Itẽ quæ non ſit patrima & matrima. Itẽ quæ lingua debili, ſenſuve auriũ di-*
C *minuta, aliave quauis corporis labe inſignita ſit. itẽ quæ ipſa, aut cuius pater
emancipatus ſit: etiãſi viuo patre in aui poteſtate ſit. Item cuius parentes
alter amboue ſeruitutẽ ſeruierunt, aut in negotijs ſordidis diuerſantur. ſed
eam, cuius ſoror ad id ſacerdotiũ lecta ſit, excuſationẽ mereri aiunt. Itẽ cuius
pater Flamen, aut Augur, aut Quindecẽvir ſacris faciundis, aut qui Septẽ-
vir epulonũ, aut Salius eſt. Sponſę quoq; Pontificis, & tibicinis ſacrorũ filiæ
vacatio a ſacerdotio iſto tribui ſolet.* Mox. *Neq; eius legendã filiã, qui domi-
ciliũ in Italia non haberet. & excuſandã eius, qui liberos treis non haberet.
Virgo autẽ Veſtalis ſimul atq; capta, atq; in atriũ Veſtæ deducta & Pontifi-
cibus tradita eſt, eo ſtatim tẽpore ſine emancipatione, ſine capitis minutione
e patris poteſtate exit, & ius teſtamenti faciendi adipiſcitur.* Sortito e po-
pulo lectæ XX. Gel. at vt Ambr. ep. Mediol. l. 2. de non reſtituenda ara
D Victoriæ, vix *ſeptẽ Veſtales capiuntur.* & quidẽ *ſaluti publicæ dicata vir-
ginitas creſcit merito cũ caret præmio.* Symm. 10. e. 54. Veſtę ab anno vitæ
VI. vſque ad XXX *puræ, innuptæ* deſeruiebãt. hinc in lap. V. C. *Virgo caſta.*
Mamert. in paneg. Iul. Lectulus *Veſtaliũ thoris purior. Quo tẽpore* X *annos
diſcere debent,* X *ſacris operari,* X *docere.* Dion. Poſt *nubere* licebat *vitta &
ſuffibulo* inſignibus poſitis. Flor. l. 1. c. 2. Numa *inprimis focum Veſtæ vir-
ginibus colendũ dedit, vt ad ſimulacrũ cæleſtiũ ſiderũ cuſtos Imperij flamma
vigilaret.* Igne interſtincto virgines, & aliquando nudæ linteo prætenſo
in obſcuro & vmbroſo loco vapulabant. Plut. *Quibus mos erat tabulam a*

felicis materiæ tãdiu terebrare quouſque exceptũ ignẽ cribro æneo virgo in ædẽ ferret. Feſt. *Plus omnibus aut nunciatis peregre, aut viſis domi prodigÿs, terruit animos hominũ ignis in æde Veſtæ extinctus.* Liu. l. 28. Sacrificabant & *nocte.* Sen. de prou. c. 5. *Non eſt iniquũ nobiliſſimas virgines ad ſacra facienda noctibus excitari, altiſſimo ſomno inquinatas frui.* Ætate grandior V. V. *Maxima* vocata. Tac. *Veſtalium vetuſtiſſima.* Dion. ἡ πρεσβεύουσα. Singulas *lictor* præceſſit, quia aliqua earum a cæna rediens male habita fuerat. Mire honoratæ. Sen. 6. cont. 8. *Tibi* Veſtali *magiſtratus ſuos faſces ſubmittunt. tibi Coſs. Prætoreſq; via cedunt. Nunquid exigua mercede virgo es?* Plut. *Si reo ad ſupplíciũ qui ducitur, fortuito factæ ſint obuiæ, is pœna liberatur. oportet autẽ iurare a caſu non conſilio fuiſſe hunc occurſum. Qui vero lectica earũ aut ſellã qua vehuntur, ſubit, morte id luit.* Virgines ſtatuam *Prætextato,* qui Macr. ſat. c. 24. *arcanæ deorũ naturæ conſcius* dicitur, ponere, Symm. l. 2. e. 36. iudicauit non *honeſtati virginũ talia in viros obſequia conuenire, neque more fieri quod Numa auctor, Marcellus conſeruator religionũ, omneſq; Pontifices nunquã ante meruerunt.* Apud hos *teſtamenta* cuſtodiebantur. Suet. in Aug. c. 101. quæ antiſtes *virgo* legebat. Suet. c. 1. *Cæſar per has, perq; Mamercũ Aemiliũ & Aur. Cottã, propinquos & affines ſuos veniã* (a Sulla) *impetrauit.* Suet. in Vit. c. 16. *Vitellius ſuaſit Senatui, vt legatos cũ Virginibus Veſtalibus mitterent.* Cic. 2. agr. *Si quicquã deliquero nullæ ſunt virgines, quæ me a vobis deprecentur.* Ludis interuenere. Suet. in Aug. c. 44 *Veſtalibus locũ in theatro ſeparatim, & contra Prætoris tribunal dedit.* Earum capillũ ſeorſim humarunt. Plin. 16. c. 44. Arbor *antiquior* (CCCCL. annis) *illa eſt, ſed incerta eius ætas, quæ capillata dicitur, quoniã Veſtaliũ virginũ capillus ad eam defertur.* Quæ ſi *vitiatæ fuiſſent viuæ in parietibus ſtruebantur.* Schol. Iuu. *Tarq. Priſcus Veſtaliũ corruptã viuã ſpecu ſubterraneo* (Feſt. *Scelerato cãpo,* Plin. *cubiculo ſubterraneo*) *oblonga excauato, atq; ibi lectulo poſito & lucerna & menſa cibis referta, deducentibus eã multis, viuãque includens obſtruxit. & ſic deinceps pollutas puniri obtinuit. Qui autẽ polluerint in lignũ biceps, ſiue in furcam collũ inſerunt in ipſo foro, atque ita ad necẽ eos tradunt.* Zonar. E F G

XV. VIRO. S. F.) *XV viros ſacris faciundis Sullam* ex X. viris auxiſſe creditur. his cura *foliorũ Sibyllinorum,* & ex SC inde reſpondendi.

Q. K. *Quæſtori Kandidato.* MANCIPVM) *Mancipes ſunt Publicanorũ principes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa ſi decumas redimũt, decumanÿ appellantur; ſi pratũ aut paſcua publica portitores, aut pecuarÿ, quorũ ratio ſcriptura dicitur.* Aſcon. Tac. & pro iÿs vſus qui *vias reficiendas redimũt.* STATVAM SVB AERE) id eſt *æreã.* SVB AVRO *aurea.* H

440. LEG. LEG. II. MINER. P. F. CVR. COL. CLAVD.) *Legato legionis II. Mineruiæ, Piæ, Fidelis, curatori coloniæ Claudiæ. Colonia Vbiorum caput, Claudia* dicta a *Claudio,* cuius vxor Iul. *Agrippina* coloniam eo deduxit, vnde & Germanis *Colen,* quaſi *Colonia* nuncupata.

AMERINA) populi *Vmbriæ.* Vrbs Cic. *Ameria,* Seru. *Amerinum.*

TRIB. LATICL) *Tribuni lati & auguſticlaui* diſcrimen *Auguſti æuo* cœpit. Suet. c. 38. Aug. *In liberis Senatorũ, quo celerius Reip. aſſueſcerẽt, protinus*

tinus

A *tinus virilẽ togã, latũclauũ induere, & curiæ intereſſe permiſit*. Illi a *Laticlauo,clauis* intertexta *ſenatoria*, hi ab *Anguſticlauo equitũ* veſte appellati.

LEG. I. ADI) *legioni* 1. *adiutricis*. in Germania Inferiore.

441. T. MARIO) Val.7.c.9. *T. Marius Vrinas* (legerẽ *Vrbinas* ſuadet ibi *T. Marij* ara) qui *infimo militiæ loco, beneficijs D. Auguſti Imp. ad ſummos caſtrenſes honores perductus, eorũ vberrimis quæſtibus locuples factus.*

STEL.) *Stellatina*. Liu.l.6. *Tribus quatuor ex nouis ciuibus additæ Stellatina, Tromentina, Sabbatina, Arnienſis: eæq; viginti quinque tribuũ numerũ expleuere*. Feſt. *Dicta non a cãpo eo, qui in Cãpania eſt, ſed eo, qui parũ abeſt ab vrbe Capena.* LEG. XII.) *legio* XII. & in numo *M. Ant.* III viri a ſcriptoribus, vt Vrſinus, non citata.

DVOR. PRIN) id eſt *duorũ Principũ*. Hi medij inter *haſtatos*, & *tria-*
B *rios*, quorum caſtra *Principia* dicta. IN CLRAE) *in claſſe præfectus.*

CN LENTVLI) *Cn. Cor. Lentulus*. Sen. de ben. 2. c. 27. *Quater millies ſeſtertiũ ſuũ vidit, proprie dixi: nihil enim amplius quã vidit. Ingenij fuit tã ſterilis, quã puſilli, cũ enim eſſet auariſſimus, numos citius emittebat, quam verba. tanta illi inopia erat ſermonis. Cn. Cor. Lent.* ſub *Auguſto* triumphalia in *Africa* meruit, mortuo L. *Piſone Præfectus vrbis*. Hic abſque dubio erit. nec inconueniens colligitur cum *Auguſto* bello *Afro* interfuiſſe, qui IN SICILIA PRAEF. fuit.

442. FLAVIANO) ad hunc *Symmachus* II epiſtolar. librum ſcripſit.

VICARIO AFRICAE) *Vicarius* fuit ſub *Valente Gratiano* & *Valentiniano*, l. 2. C. Th. ne ſanct. bapt. iter. *Vicarij Vrbi* munia hæc fuere. Caſſ. l.6. f. 19. *Vices agentium mos eſt, ſic Iudicum voluntatibus obedire, vt ſuas*
C *non habeant dignitates. ſplendent mutuato lumine, nituntur viribus alienis, & quædã imago in illis videtur eſſe veritatis, qui proprij non habent iura fulgoris. Tu autẽ Vicarius diceris, & tua priuilegia non relinquis: quando propria eſt iuriſdictio, quæ datur a Principe. Habes enim cũ præfectis aliquã proportionẽ, partes apud te ſub prætoriana aduocatione confligunt. vice ſacra ſententiã dicis, & quod maximæ fidei ſignũ eſt, in inſcriptionibus vita tibi cõmittitur hominũ, quod inter mortales conſtat eſſe pretioſum. additur quod nec ſalutari te ſine chlamyde iura voluerunt: ſcilicet, vt ſub veſte militari ſemper viſus, nunquã credaris eſſe priuatus. ſed hæc omnia ad præfecturæ gloriã iudicamus eſſe cõceſſa, vt qui tãtæ ſedis vicariũ diceret, vmbratile nihil videret. Conſidera qualia de te præſtes, qui tanta auctoritate ſubueheris. Exuendus a crimine non videtur ab innoxia facultate. Nam quid tibi*
D *debere poſſit, ſi minimis ſuis imputet, quod euaſit? Ad ſimilitudinẽ quippe ſummorũ carpento veheris, intra quadrageſimũ ſanctiſſimæ vrbis iura cuſtodis. Præneſte ludos edis: in vicẽ conſulis in honorẽ poſitus dignitatemq; ſenatoris adquiris, & illa tibi panduntur atria, quæ ſummatibus probantur eſſe collocata.* Q. FAB. MEMMIVS SYMMACHVS) *Q. Aurelij* vnicus F. *Quæſtor, Prætor*, teſtibus epiſtolis patris, *Procos Africæ*, & *Præf.* Vrbi. patris epiſtolas *poſt obitũ*, vt vulgata cuiuſuis libri pręfatio refert, edidit. Expungo hic mendum, quod diu libros occupauit, nẽpe lib. 10. in vet. cod. & in *ſubſcriptionibus epiſtolarũ*, vbi *Flauius Memmius* legitur. errorẽ

vero

Digitized by Google

vero, quem *Fr. Auretus* MS. codici S. *Benigni* imputat, vbi titulo lib. 3. Q. E
Fabianus Memmius, & lib. 5. Q. *Fabius* ſupraſcribitur, minus probo. ſed genuinum *Memmii* nomen *Fabium* vel *Fabianum* eſſe, his lapidibus indicibus, in queis clare FAB. cernitur, euinco.

PROSOCERO) ſeu maximo ſocero, id eſt vxoris auo.

443. EVSEBII) hunc putarim *archiatrum*, cuius crebro in Symmachianis epiſtolis mentio, & quem Macr. 1. ſat. c. 2. *Rhetorē inter Græcos præſtantē omnibus, nostra ætate profeſſis, doctrinæ Latialis haud inſcium*, & c. 6. *Graia & doctrina & facundia clarum Rhetorem* laudat.

1. Q. AVR. SYMMACHO) L. *Aur. Auianii Symmachi Praef Vrbi* filium exiſtimo, cuius honores lapidi *Romæ* inſcripti proſtant. Quem Q. *Aurelius* filius ep. 6. auctuarij, ni illa epiſtola *Memmii* eſt ad patrem, ſic celebrat. *Vnus ætate noſtra monetam latiaris eloquij Tulliana incude finxiſti. Quicquid in poetis lepidum, in comicis autenticum, apud oratores graue, in annalibus fidele, inter grammaticos eruditum, in Philoſophis myſticum ſolus hauſiſti; ex ſolus heres veterum literarum.* F

PROCON. AFRICAE) omnes honores qui in hac tabula adſcribuntur, & in epiſtolis expreſſi ſunt. Cum ſe nominet l. 10. e. 16. *Proconſularē virum*, viri docti putarunt loqui *Africā*, cum l. 2. e. 63. eam ſibi *charam*, & ep. 5. l. 8. *apud Africam meritis & laudibus* ſe celebratū referat. quod hic lapis primus firmat. ORATORI) Prud. l. 2. Symmachus *orandi arte potens*. ibid. *Exſultat, fremit, intonat.* *ventiſque eloquij tumet*. l. 1.

Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro
Si mallet laudare Deum, cui ſordida monſtra
Prætulit, & liquidam temerauit crimine vocem.

Paganus enim fuit. G
Paria Auſonius cōmendās addit: *Quis ita affectat ſingula, vt imples omnia? Quid enim aliud es, quā ex omnium bonarū artiū ingenio collecta perfectio?* Ædes in Monte Cælio Symmachum poſſediſſe ipſe l. 7. e. 18. ſcribit. *Proxime de Formiano ſinu regreſſus in larē Cælium.* Vbi illa extiterit, modo innuunt hæ baſes inibi erutæ, quas *priuatis ſtatuis Memmius* domi patriæ dicauit.

444. M. AVRELIVS) in parandis tormentis vna cum P. *Minidio*, *Cn. Cornelio*, & Vitruuio ſuam operam *Auguſto* præbuit. Vit. l. 1. præf.

BELL. ACT.) Suet. c. 9. Auguſtus *bella ciuilia quinque geſſit Mutinenſe, Philippenſe, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum ac nouiſſimum aduerſus M. Antonium: ſecundum aduerſum Brutum & Caſſium: tertium aduerſum L. Antonium III viri filium: quartum aduerſus Sex. Pompeium Cn. Pompeij F. omnium bellorum initium & cauſſam hinc ſumpſit, nihil conuenientius ducens, quam necem auunculi vindicare, tuerique acta.* H

SICVL) Siculum bellum Auguſtus *diu traxit, intermiſſum ſæpius modo reparandarum claſſium cauſſa, quas tempeſtatibus duplici naufragio, & quidem per æſtatem amiſerat, modo pace facta, flagitante populo, ob interclusos cōmeatus famemq; ingraueſcentem, donec nauibus ex integro fabricatis, ac XX ſeruorum millibus manumiſſis, & ad remum datis, portum Iulium apud Baias immiſſo in Lucrinū & Auernum lacum mari effecit. In quo cum hieme tota copias exercuiſſet. Pompeium inter Mylas & Naulochum ſuperauit.* Suet. c. 16. Hoc abunde ipſi periculoſum: nā *cum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppreſſus ex improuiſo a Demochare*

charo

A *chare, & Apolloſane praefectis Pompeij, uno demum nauigio ægerrime effugit. Item cum preter Locros Rhegium pedibus iret, & proſpectis biremibus Pompeianis terram legentibus, ſuas ratus deſcendiſſet ad litus, pene exceptus eſt. Tunc etiam per deuios tramites refugientem ſeruus Aem. Pauli, comitis eius, dolens proſcriptum olim ab eo patrem Paullum, & quaſi occaſione vltionis oblata interficere conatus.*

HISP) emendo PHILippenſe. In quo bello *nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt, ſed capite Bruti Romam miſſo, vt ſtatuæ Cæſaris ſubmitteretur. in ſplendidiſsimum quemq; captiuum non ſine verborum contumelia ſæuit, & quidem vni ſuppliciter ſepulturam precanti reſpondiſſe dicatur. iam iſtam in volucrum poteſtatem fore: alios patrem & filium pro vita rogantes, ſortiri vel dimicare iuſsiſſe, vt alterutri concederetur: ac ſpectaſſe vtrumque morientem, cum patre, qui ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntaria occubuiſſet nece.* Suet. c.13.

TORQ ET PHAL.) Polyb. Imp. ei *qui hoſtem percuſſerit haſtā do-*
B *nat, qui vero deiecerit & ſpoliauerit, pediti quidē phialā,* (Lipſ. pro φίαλην legit ψάλιον *armillā* docte. nā *phialæ* nō niſi in Vopiſco, ſemel inter *caſtrēſia præmia* lectæ) *equiti phaleras. olim autē haſtā tantum.* Præberi autem illi, non qui in iuſta acie, ſed *in excurſione aut velitatione periclitatus.* *Torques* a *phaleris* forma differt, quæ in *phaleris* planior, in *torque* contorta: illæ ad *pectus* vſque dimiſſæ. Sil. *Phaleris hic pectore fulget:* hic *collum* ambibat. Sil. *Torque aurato circundat bellica colla.* Plin.33.c.2. *Auxiliares & externos torquibus aureis donauere, at ciues non niſi argenteis.* Auguſtus C. *Nonium Aſprenatem lapſu debilitatum aureo torque donauit: paſſuſq; eſt ipſum poſteroſq; Torquati ferre cognomen.* Suet. c.3. Ludorum etiam hęc munera. Capit. in Maxim. *Natali Getæ filij minoris Seuerus militares dabat ludos propoſitis præmijs argenteis, id eſt armillis, torquibus &*
C *baltheolis.* poſt. *Tunc Maximinus* XVI *lixas vno ſudore deuicit,* XVI. *acceptis præmijs minuſculis non militaribus.* mox. *Ille more ſolito* VII. *fortiſſimos vno ſudore vicit, ſolusque omnium a Seuero poſt argentea præmia torque aurea donatus eſt, iuſſuſq; inter ſtipatores corporis ſemper in aula conſiſtere.*

ARMIL) Iſiod.19.c.31. *Armillæ proprie virorum ſunt collatæ victoriæ cauſa militibus ob armorum virtutem. vnde & quondā vulgo viriliæ dicebantur.* Plin.33 c.2. *Armillas ciuibus dedere, quas non habent externi.* Harum ſpecies *dextrocherium* quaſi δεξιόχειρον, quod dextrum brachium circundaret. Hoc videtur Treb. in Quieto feminis tribuere. In *Macrianorum* familia id *ſpeciale ſemper habuerunt, Alexandrum Macedonem viri in auro & argento, mulieres in reticulis, & dextrocherijs, & in annulis, & in omni ornamentorum genere exſculptum ſemper habuerunt.*
D Cap. Maximinus *maiori pollice ita vaſto vt vxoris dextrocherio pro annulo vteretur.* His large L. *Sicinius Dentatus* honoratus eſt. *Pugnaſſe in hoſtē dicitur centum & xx prœlijs, cicatricem auerſam nullam: aduerſas quinq; & quadraginta tuliſſe: coronis eſſe donatum aureis octo, obſidionali vna, muralibus tribus, ciuicis quatuordecim, torquibus tribus & octuaginta, armillis plus centum ſexaginta, haſtis duodeuiginti: phaleris item donatus eſt quinquies viciesque.* Gel l.2.c.11.

445. SACERDOS CERERIS PVBLICA) Dion. l.1. Arcades Cereri *per feminas ſacerdotes ſacra fecerunt abſtemia more Græco.* Cuius ſacra e

Sicilia

Digitized by Google

Sicilia prodiere. Diod. l. 5. *Siculis cum propter Cereris & Proſerpinæ familiaritatem primi frumenti vſum participaſſent, vtrique deæ ſacrorum feſtorumque ſolennitatem ipſarum nomine celebres inſtituerunt. Feſtum enim Proſerpinæ deducendæ eo tempore celebrant, quo fruges matureſcere ſolent, & hoc ſolenne tanta cura & ſanctitate peragunt, qua referre gratiam eos decet, qui per eam muneris exhibitionem vniuerſis mortalibus antepoſiti ſunt. Ad Cereris autem ſacrum primæ ſationis tempus delegerunt. per x id dies continuatur, deæ nomine inſignitum, & magnificentiſſimi apparatus ſplendorem habet, ceteroque cultu priſcæ habitum vitæ imitatur. Interea turpes colloquijs ſermones admiſcere moris eſt, quod deæ ob raptum natæ merenti verborum obſcenitas riſum prouocarit.* Publici ſacerdotes, qui *præter alia ſacrificia publice pro ciuitate ſacra tributim & curiatim facerent, quales ex illo* (Romulo) *regnante deſignati ſunt*. Dion. l. 2. E

SICVLA) fortaſſis Rom. ceremoniæ *Siculam* quærebant, quæ *Cereris* ſacra obiret, quod deæ a ſuis *prouincialibus* puriora & gratiora munera parari perſuaſum fuerit. In *Siculis* numis tria illa femora *Gorgonij* ſeu *Ægidis*, τὸ τρίσκελον Higin. c. 276. vocata, tot illius inſulæ *promõtoria* deſignare populare eſt. Inſertam faciem *Mineruæ Coryphaſiæ Panormi* cultæ, Goltzius, ſi bene memini, opinatur. ego *Cereris* ſtatuerim, vel certe *Proſerpinæ*; nam his deabus inſula dicata fuit. Vſurparunt illum *Siciliæ typum* in ſuis numis *Panormitani*, etſi variatum, modo enim *atratæ* ſeu *velatæ* caput inpreſſerunt, modo cruribus alatis, modo cum anguibus. *Syracuſani* cum *pinnis & talaribus* in pedibus, *Segeſtani* ſine *ſpicis & capite*, ſimiliter & *Mazarienſes* abſq; *capite*. Adi opus numiſmatum *Ph. Parutæ*. Idem *Siciliæ ſymbolum* & in *Terinæ & Velienſium* numis apparet, forſan quod illa hos populos ſubegerit. Sic Goltzius. F G

446. PIISSIMO) Cic. 13. Phil. Tu Antoni *ne pius quidem, ſed piiſſimos quæris, & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam diuinam mentem nouum inducis*. Sed hic diu ante vocem familiarem legis. ſi *Cloelio Siculo, T. Largio Flauo Coſs*. lapis ſcriptus, id eſt, an. V. ccLv.

DD) dedicarunt. CLOELIO SICVLO) *Cloelia* gens *patricia*. Feſt. *a Cloelio Æneæ comite eſt appellata. Siculi cognomen*, Vrſino arbitro, tulit ab inſigni aliquo apud *Siciliam* facinore, vel quod inde oriunda *Albam*, & mox *Romã* cõmigrarit. T. LARGIO) *Sp*. F. primus *dictator*.

447. SICELITANVS) nec alibi hoc gentilitium cognoui. formatum videtur a *Siceliota*, quo *exteri Græci* dicti. Conſtant. Porphyrogennetæ Imperij Orient. l. 2. th. 10. *Ligures ex Italia Siculi dicuntur. aduenæ autem Græci ſunt Siceliotæ, vt Italiotæ*. Nota multiplicem patriam. H

BATESTANVS) Strab. *Bateſtani, Baſiſtani* populi *Hiſp*. cis *Calpẽ montẽ*.

SCRIBA QVAESTORIVS) Feſt. *Scribas proprio nomine antiqui & librarios & poetas vocabant: at nunc dicuntur ſcribæ quidem librarij, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis*. Cic. 3. Ver. Scribarum ordo eſt *honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaq; magiſtratuum committuntur*. Cum magna eorum *Romæ* turba eſſet, in *decurias* diſtributi magiſtratibus operam locaturi. hinc *ſcribæ ædilitij, prætorij*,

pontifi-

Digitized by Google

A *pontificum. Pontifices Minores Maiorum* ſcribæ. Quorũ *ſcriba Macrinus* fuit:Capit Lap. SCRIBA PVBLICVS PONTIFICVM. A LIBRIS PONTIFICIALIBVS.Munus hoc *liberti* emebant.Cor.Nep.in Eumene. *Apud Romanos ſicut ſunt mercenarij, ſcribæ exiſtimãtur: & apud Græcos econtrario nemo ad id officium admittitur niſi honeſto loco, fide & induſtria cognita: quod neceſſe omnium conſiliorum eum eſſe participẽ.* In Liu. l.2.Porſennæ *ſcriba cũ rege ſedens pari fere ornatu.* Iuſt.in Nou.90.*Scriba clariſſimus in prouincijs quaſi prætor Tutelaris.* Adſtipulatur tab. 400. vbi *Adranio* ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ inter magiſtratus eminentiores recenſetur & in tab. 448. ſcriba EQ. PVBL. DONATVS.

OB H) *ob honorem.* F.I.) *fieri iuſſit.*

449. MARTI. CAMPESTRI) Cat. de re ruſt. *Mars Siluanus* dici-
B tur. idem & *Quirinus*,quod *nomen ipſi Sabini poſuerant a Quiri haſta.* Ser. 8.Æn.*Qui belli curam ſuſceperat ſacrarium Martis ingreſſus, primo Ancilia commoueret, poſt haſtam ſimulacri ipſius, diceretq; Mars vigila.* In lap. *Marti Aug. Auxiliatori. Britouio. Camulo. Caſtrorum. Conſeruatori corporis* Aug.*Domino. Inuicto. Leucetio. Militari. Patri Vltori. Segnoni. Victori. Vincio. Tutelari menſis Octobris.*

EQVIT. SING.) quid hoc in principe? forſan reſpicit ad *Troſſulos equites*, quos inter fuit *Commodus.* G. FEL.) *Geminæ Felicis.*

CAMP.) in lap. CAMPI DOCTOR. COHORTIS DOCTOR. *Armi-doctor.* Græce παιδοτρίβης. Plaut.*Exercitor.* gloſſæ ὁ πλοδιδάκτης, tirones *arma tractandi & formulas militiæ* docebat,ſtationes deſignabat.

450.SVRAE MAMERTINI)*Petronios Mamertinum & Suram* Com-
C modus interemit. *filiumque Mamertinum ex ſorore ſua genitum.* Lamp. *Mamertinus* ergo gener Imp. *M. Antonij.*

452. ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΩΝ) opidani *Tauromenij* vrbis, qui & *Tauromenitæ* & *Tauromenitani* a *Tauromenio*, & a *Tauromenia Tauromenij.* Nominis originem Diod.l.16.explicat. *Andromachus Tauromenita Timæi hiſtorici parens, vir opibus & animi ſplendore excellens, quod exulum Naxi, quam Dionyſius exciderat reliquum erat, hinc inde congregans, collem, qui Tauri nomine Naxo imminebat, habitandum illis dedit, & quia ad longum temporis ſpacium illic ſubſtiterat, a manendo, Græcis* μένειν, *in Tauro Tauromenium nuncupauit.* Iam olim *portum* ibi fuiſſe *Cluuerio* videtur.

454. A LAGVNA) Græce οἰνοχόος, Liu.*pocillator*, Auſon. *pincerna. Spectabiles lagenas ex fici radicum filis nectunt.* Plin.16.c.31.

D TRICLINIARCH)*Tricliniarcha* & *Archtriclinius.* Ath. τραπεζοκόμος. in lap.MINISTRI TRICLINIARES. Sen.*Structores*, ad quos ſpectabat *conuiuij cultus*, vti eius *imperium* ad *conuiuij dominum*, qui Plaut.Stich.3. ſc.4.*Strategus*, Tac.in Ner.*Rex cõuiuij*, Var. *Modiperator*, Lãp.in Heliog. *Magiſter conuiuij*, Mart. *Magiſter cœnæ.* Hor.*cœnæ pater.* item *Parochus* & *Conuiuator*, *Græcis* οἰνόπτης, ὀφθαλμὸς appellatur. Talorum eum iactu ſortiebantur. qui *modum cœnæ*, quomodo quis biberet, præſcribat.

LICTORI PROXIMO) præibant *lictores* magiſtratum non *confuſe* & *gregatim*, ſed *ſinguli in lineam.* numus *Bruti* docet, vbi cum *faſcibus* in

 hume-

humeris *lictores*. *Proximus* ergo, qui *proxime magiſtratui*, reliquis præſtantior erat. Gloſſæ *Summus lictor*, ἀρχιραβδοῦχος nominatur. Val. l. 1. *Maxima diligentia maiores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter Conſulem & Proximum lictorem, quamuis officij cauſa vna progrederetur, interponeret*. Perperam Clariſſ. *Turnebus* cum *Primo*, qui *primus* dictus ex *ordine*, non *honore*, confert. Lictorum inſignia *Toga, faſces & virgæ*. Cic. in Piſ. *Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt*. Quibus acceptis *ſagula* reiecerunt & *paludamentum* Liu. *Secundum vota in Capitolio nuncupata lictoribus paludatis profectus*. *Faſces* erant *teretes bacilli* in modum faſcis ligati, vt in Plaut. Epid. a. 1. ſ. 1. elucet. at Plin. 16. c. 18. *Betullam* arborem *terribilem* ait *magiſtratuum virgis Vetruriæ Etruriæ* vrbis inuentū, auctore Silio. Hos per viam obuijs magiſtratibus ſummatibus ſubmittebant, more a *Valerio* retento, qui primus *ſubmiſſis faſcibus in concionē venit Gratum id multitudini ſpectaculum fuit ſubmiſſa ſibi eſſe imperij inſignia, confeſſionemq; factam populi quam conſulis maieſtatem vimque maiorem eſſe*. Liu. *Virga*, vnde lictor in gloſſa *Virgarius* ῥαβδοῦχος vocatur. fores *pulſabat*, vbi magiſtratus ingreſſurus. hac *ſubmouebat* turbam & infames. Sen cont. 11. c. 9. *Maieſtatem læſam dixiſſem ſi tibi exeunti lictor e conſpectu non ſubmouiſſet meretricem* Sed *matronæ a magiſtratibus non ſummouebantur, ne pulſari contrectari viderentur, neue grauidæ concuterentur. nec viri earum ſedentes cum vxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur*. Feſt. Hinc a Liu. l. 45. *Summotor aditus* vocatur. Etiam clamore, *ſtrepitu, verbere* repulit. Lat. Pacat. in paneg. *Tam longe populus arcebatur: nec otioſa viatoris manus plebem verbere ſubmouebat*. Lictorum quoque fuit iubere magiſtratui *aſſurgere, equo deſcendere & ſemita cedere*. Apul. 3. Flor. *Si quem conſpiciunt ex principalibus viris bene conſultum bene conſtitutum, quanquam opido feſtinant, tamen honoris eius gratia cohibent curſum, reuelant gradum, retardant equum, & illico in pedes deſiliunt: fruticem quem verberando equo geſtant, eam virgam in læuam manum transferunt. itaque expedita manu adeunt ac ſalutant*. Dion. l. 36. *Pompeius Tigranem regē equo ſibi deſcendere* per lictorem præcepit. Pœnam quoque infligebant. Liu. *Miſsi lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique percutiunt*. *Conſtantinopoli*, vt ſcribit Meurſ. in gloſ. Δεκανοί audiebant, quibus & humandorum cadauerum cura incumbebat. eorum cIↃc *Conſtantinus* inſtituit. PROXIMVS parro in militia pro *Vicario* & *Optione* fuit. Tac. *Proximus admiſſionum*. in palatio *Proximus memoriæ, ſcriniorum*.

A COMMENT. BENEFICIORVM) item A MEMORIA & *ad memoriam* Caute hæc munia accipienda, a *memoria* enim *libertorum* fuit, *ad memoriam* V.C. qui ſub *penultimis Impp.* MAGISTER MEMORIAE audijt. lap. SATVRNINO SECVNDO V.C. PRAESIDI PROVINCIAE AQVITANICAE MAGISTRO MEMORIAE.

SELINVNTE) non eſt *Selinus Siciliæ*, cuius gentiles *Selinuntij & Selinuſij*. Eius reliquiarum moles in *Terra de li Pulci* prope *Caſtrum Vetranum* ſtupendas vidimus. ſed *Ciciliæ*, vbi *Traianus* Imp. morbo perijt,

NIGRO

A NIGRO ET APRONIANO) hic Coſſ. *Traianus* obijt an.C.cxviii. Ind.i.vitæ Lxiii. RELIQVIAE TRAIECTAE) *transferre reliquias*. Var. *commouere funus*. PIACVLO FACTO) *Manibus expiandis* cum *nigræ hoſtiæ* cæſæ, *vinum effuſum*, *vaſa in rogum miſſa*, *viſcera rogo appoſita oleo reſparſa*, *piaculum fieri* dicebant.

A VESTE) in lap. A VESTE IMP. PRIVATA, MAGNA LIVIAE, MATVTINA, REGIA, SCENICA. quæuis ergo veſtis ſuum cuſtodem habuit.

455. DE SICVLIS APIBVS) *Sicularum* apum *mel* primas a *Cecropio* ſeu *Attico* ex *Hymetto Monte* tenebat. Sil. *Nectareis vocat ad certamen Hymetton audax Hybla fauis*. Mart. epig. 102. *Cum dederis Siculos medijs de collibus Hyblæ, Cecropios dicas tu licet eſſe fauos*. Var. de re ruſt. *Siculum* B *mel fert palmam, quod ibi thymum bonum & frequens*. Inprimis *Hyblæi colles* ob id claruere, qui penes *Marcellinum* flumen *Alabi amnis* fonti imminent. Virg. ecl. 7. *Thymo mihi dulcior Hyblæ*. Ouid. *Cana prius gelido deſint abſinthia ponto, & careat dulci Trinacris Hybla thymo*. Apul. 1. metam. *Æginenſis quidam ſum Ætnæo melle vel caſeo, & huiuſcemodi cauponarum mercibus per Theſſaliã diſcurrens*. Iſiod. l. 20 c. 3. mel *Sardoum amarum eſt abſinthij cauſa*. Cuncta fere quæ *Sicilia* produxit veteres ob præſtantiam magnifecere. Vinum *Mamertinũ* inter *Falernum*, *Chium* & *Lesbium* in triumphalibus cænis Cæſar appoſuit. Plin. *Amphora Neſtoria tibi Mamertina ſenecta, ſi detur quoduis nomen habere poteſt*. Mart. ep. 115. *Dulce vinum Pollæum Syracuſanum*, a *Pollide* rege inuẽtum Poll. l. 6. c. 2 celebrat, hodie *Muſcadello* appellatur. *Murana* Mart. ep. 77. *Quæ* C *natat in Siculo grandis muræna profundo*, id eſt in Freto, *Non valet exuſtã mergere ſole cutem*. *Cattabus Siculus, carnes, columbæ, thynni e Sicilia conditi*, *caſeus Syracuſanus* in Athenæo commendantur. Plura Sicula ſuſpexere, quæ modo in hanc ſcenam non intromittimus.

456. HELPIS) *Meſſanæ* in armario vulgo *Teſoro*, vbi nobilis illa *bibliotheca* Mſs. *membranarum* in omni genere literaturæ diues, vbi *illuſtriſſimi hominis Conſtantini Laſcaris Conſtantinopolitani*, de Græcis literis præclare emeriti libri publice ſeruari teſtamento iuſſi, vbi abſque dubio tot *ſelecti authores* longo deſiderio exules tãdem reperti, quorum nonnullos *Siculo nomine* donarũt. Bibliotheca certe, qualẽ vniuerſa Sicilia cõparem haut poſſidet. ibi exacto anno ciuiles Vrbis faſces gerẽtibus DD. *Ant. Iacobo Lentini & San Baſili*, *D. Palmerio de Ioanne*, *D. Fran. Marullo*, D *Io. Petro Arena*, *D. Iac. Campulo Baroni Bonuicini*, & *Io. Tuccari*, forte fortuna in detritum librum incidi, ſignatũ nomine *Nicolai Coxæ Canonici*, florentis an. cIↃ ccccLxvi. in charta Pergameni *Helpidem Meſſanenſem* legi. quare adprime gauiſus ſum tandem innotuiſſe, quod multos latuerit. Vxor fuit, quod me monuit *Antoninus Amicus Regius Siciliæ Hiſtoriographus*, qui modo eius prou. *annales* ab an. cIↃ Lx meditatur, nõ *Anicij Manlij Seuerini Boethij Philoſophi*, vt *Oct. Caietanus Syracuſanus* Soc. IESV in *idea ſanctorum Siculorũ* opinatur, ſed alterius *Boethij Seueri Torquati Romani*, indicante eadem membrana. Quod ſic colligitur.

Digitized by Google

Boetij Oratoris coniunx fuit *Ruſticiana*, mater *Symmachi* & *Boethij*, qui A. Iↄxxii adhuc *pueri Conſules*, quo tamẽ anno *patrem* cum *Symmacho conſulatum* geſſiſſe *Sigonius* refert. Diſerde contra eſt *pater*, qui ob id in filios beneficium *Theodorico regi* grates egit, & *munera ſparſit*, vt ipſe l. 2. de conſol. phil. Dein teſte *Iac. Bergomenſi* de illuſt. fem. *Helpis* inter homines eſſe deſijt *Vigilio Papa* & *Iuſtiniano* rerum potente, anno ſalutis Iↄxl. at *Boetius* cum *Symmacho Socero*, quem gener *pretioſiſſimum generis humani decus* laudat, pro CHRISTO animã effudit & conformẽ cum *Dionyſio Areopagita* vitæ exitũ ſortitus, *Theodorico* rege ſæuiente A. Iↄ xxv. Procop. Anno Iↄ xl *Ruſticiana* adhuc ſuperſtes erat, & *Totila Vrbem* expugnante vidua *panem ab hoſtibus emẽdicabat, cum ditiſſima olim egenis multa erogaſſet*. Proc. l. 3. de bel. Goth. *Helpis* vero prior marito ad DEVM redijt, ſic ipſa: LVX MEA NON CLAVSA EST TALI REMANENTE MARITO. Inter ingenij ſui monumenta nobis reliquiſſe ferunt hymnos in SS. *Petrum* & *Paulum Apoſtolos*, quorum vnum *Aurea luce*, alterum *Oliuæ binæ* auſpicantur. F

CAP. XXII. Quirinalia. Temſa Bruttiorum opidum. Ludi Magni. Proc. ad alimenta. Rationalis. Præſes. Vicarij Magiſtratus Regni Siciliæ.

457. C. FABIVS. Q. F.) h. e. Q. *Fabij*, qui primus *Maximi cognomen* ſtirpi ſuæ adiecit. M. N.) *Marci nepos*. id eſt, *M. Fabij Ambuſti*.

GVRGES) ſic appellatus ob abſumtum patrimonium.

QVIRINALIBVS) Feſt. *Quirinalia menſe Februario dies, quo Quiritium fiunt ſacra. idem ſtultorum feriæ appellantur, (ante, quam in eum commigrarent fere Sabini Curibus venientes poſt foedus inter Romulum, & Tatium) quod quidem ſuorum fornacalium ſacrorum cognominant, eo potiſſimum rem diuinam faciunt*. Var. l. L. 5. *Quirinalia a Quirino, quod ei deo feriæ, & eorum hominum qui forcanalibus ſueis non fuerunt feriati*. G

